H-E
4
24

Sala 7e
Gab.
Est. 11
Tab. 5
N.°

IO. AUGUSTINI

BARBOSÆ

I. U. D. LUSITANI

REPERTORIUM

IURIS CIVILIS ET CANONICI

H
E
4
24

D. AUGUSTINI

BARBOSÆ,

J. U. D. LUSITANI,

REPERTORIUM

JURIS CIVILIS ET CANONICI.

IURIS CIVILIS ET CANONICI

REPERTORIUM

I. U. D. LUSITANI

BARBOSAE

D. AUGUSTINI

D. AUGUSTINI
BARBOSÆ
I. U. D. LUSITANI,

PROTONOTARII APOSTOLICI.

OLIM IN ROMANA CURIA CONGREGATIONIS INDICIS
Consultoris, & insignis Ecclesiæ Vimaranensis Thesaurarii Majoris;
posteà in Regno Neapolitano dignissimi Episcopi Ugentini,

REPERTORIUM
JURIS CIVILIS ET CANONICI,

IN QUO ALPHABETICO ORDINE PRINCIPALIORES,
& Practicæ utriusque Juris Conclusiones collectæ indicantur, & magnâ
Doctorum copiâ exornantur.

OPUS POSTUMUM

Judicibus & Advocatis utilissimum; studio & industriâ D. SIMONIS VAZ BARBOSÆ J. U. D.
Authoris fratris, ejusdemque insignis Ecclesiæ Vimaranensis Canonici apprimè digestum.

Editio novissima, à mendis quæ prioribus irrepserant, expurgata.



LUGDUNI,
Apud BOUDET, DE CLAUSTRE, DE VILLE & DE LA ROCHE.

M. DCC. XII.
CUM PRIVILEGIO REGIS.

H-E 4 24
UNIVERSIDADE DE COIMBRA
BIBLIOTECA DA Faculdade de Direito

D. AUGUSTINI

BARBOSAE

I. U. D. LUSITANI,

PROTONOTARII APOSTOLICI

OLIM IN ROMANA CURIA CONSISTORIALIS ADVOCATI,

Consultoris, & tribunis Sacrae Viterbensis Theologiae Magistri;

postea in Regno Neapolitano dignitatis Episcopi Ugentini,

REPERTORIUM

IURIS CIVILIS ET CANONICI,

OPUS POSTHUMUM



LUGDUNI,

Apud BOUDET, DECLAUSTRE, & DELA ROCHE.

CUM PRIVILEGIO REGIS

AD SACRATISSIMAM
ET VENERABILEM DEIPARAM
VIRGINEM MARIAM
DA OLIVEIRA,
ANGELORUM REGINAM,
ET DOMINAM NOSTRAM,

Atque insignis Regalisque Collegiatæ Ecclesiæ valdè notabilis Oppidi antiqui Vimaranensis Patronam;

DEDICATORIA ORATIO.

ERRAREM sanè (VIRGO TER MAXIMA) nisi Te quærerem in Patronam, cujus patrocinium omnes qui officiosè ambiunt, feliciter sentiunt. Cùm in omnibus meis Operibus semper patrocinium tuum implorem, in hoc præsertim implorandum existimavi. Nam qui ingentium beneficiorum, quæ pro exiguis officiis Tibi sacratis confers, largitatem fuerit expertus (VIRGO SANCTISSIMA) facilè audaciæ meæ veniam donabit, quod hunc Tibi Librum dicaverim, sub Regioque tuo patrocinio & præsidio munitus in lucem ediderim, cujus peculiari invocatione ab Oliva, & tutela, ac protectione, tot tantisque fœcundioribus miraculis nostra Regia, & insignis Ecclesia ornatur, atque pluribus prærogativis, exemptionibus, privilegiis, & libertatibus illustratur eidem Ecclesiæ à Regibus Lusitanis concessis, qui felicis Olivæ ramis in signa victoriæ, & pacis sua etiam suspendebant spolia, atque vexilla. Sed ut munus hoc exiguum eleganter offeram, multiloquio mihi coram Te opus non est, quia etsi laudum tuarum tota die præconia cantem, ac linguis hominum loquar, & Angelorum, non erit mihi possibile exhaurire amplissimum mare tuarum virtutum. Igitur (VIRGO BEATISSIMA) quia cordis magis, quàm Operis dedicatio Tibi accepta est, cùm acceptione tua dignum non sit hoc Opus, suscipe offerentis animum, & pro benignitate, atque clementia tua votis annue Supplicantis.

AD LECTOREM

HAS Utriusque Iuris Concluſiones ex pluribus Doctorum libris depromptas, variiſque ſcriptis perilluſtris ac Reverendiſſimi Domini Epiſcopi Don Auguſtini Barboſæ fratris mei collectas, & alphabetico ordine diſpoſitas Typis mandare in Studioſorum gratiam operæ pretium duxi, Opus non minùs utile, quàm neceſſarium in Forenſibus Controverſiis, vel Academicis Agonibus verſantibus; ubi quæ alibi ſparſim magno cum labore quæruntur, luculentiſſimè collecta invenientur. His tutò utere, BENEVOLE LECTOR, & vale.

Summa Privilegii Regis Chriſtianiſſimi.

LUDOVICUS XIV. Dei gratiâ Galliarum & Navarræ Rex Chriſtianiſſimus, ſingulari Privilegio ſanxit, ne quis per univerſos Regnorum ſuorum fines, intra decem annos à die finitæ impreſſionis computandos imprimat, ſeu typis excudendos curet, & venales habeat Libros, tam editos, quàm edendos, *D. D. Auguſtini Barboſæ Luſitani, Epiſcopi Ugentini, &c.* præter PETRUM BORDE, Bibliopolam Lugdunenſem, aut illos quibus ipſemet conceſſerit. Prohibuit inſuper eadem authoritate Regia omnibus ſuis ſubditis eoſdem Libros extra Regni ſui limites imprimendos curare, vel quempiam, ubicumque fuerit, ad id agendum impellere ac inſtigare ſine conſenſu dicti PETRI BORDE. Idque ſub confiſcatione Librorum, aliiſque pœnis contra delinquentes expreſſis, uti latiùs patet in Literis datis Pariſiis die 17. Septembris 1685.

Ex mandato Regis Signatum LEPETIT.

Quievit hujus editionis ultimæ prælum die 26. Septembris 1688.

VOCABU

VOCABULARIUM,

Sive Elenchus Verborum, ex quibus totum hoc Repertorium conflatur

A

ABBAS, Abbatia, Abbatissa. pag. 1
Absolvere, Absolutio Absolutus. ibid.
Acta; Actio. p. 2
Actor Actus. p. 3
Accusare, Accusatio, Accusator. p. 4
Addictio. ibid.
Adulter, Adulterium. ibid.
Advocatus, Advocare. ibid.
Ædificium, Ædificare. p. 5
Æstimatio. ibid.
Ætas. ibid.
Ager, Agricultura. p. 6.
Alapa. ibid.
Alienare; Alienatio. ibid.
Alere, Alimenta. p. 7.
Alternativa, Alternativè, p. 9
Amicitia, Amor. p. 10
Annata Animal, Antiqua. ibid.
Appellare, appellatio. ibid.
Aqua, Arbiter, Arbitrium. p. 13
Arbor, Archiepiscopus. ibid.
Arma. ibid.
Articuli. p. 14
Assecuratio, Assecurator. ibid.
Attentare, Attentata. ibid.
Auditor Cameræ Apostolicæ, & Rotæ. p. 15

BAmitus. p. 15
Baptizare, Baptismus, p. 16
Bastardus, Bellum. ibid.
Beneficium, Beneficiatus. ibid.
Bigamia, Bigamus. p. 20
Bona, Bonus. p. 21
Bulla. p. 22.

C

CAmbium. p. 23
Canonicus, Canonicatus. ibid.
Capella, Capellania, Capellanus. p. 25
Capitularis, Capitulum. p. 26
Captura. p. 27
Carcer, Carceratus, Carceratio. ibid.
Cardinalis. p. 28
Casus, Causa. p. 29
Cautio, Censura. p. 30
Censualis, Censuarius, Census. ibid.
Cessatio à Divinis. p. 32
Citare, Citatio, Citatus. ibid.
Civis. p. 33
Clericus. ibid.
Coadjutor, Coadjutoria. p. 38
Collatio Beneficiorum, & Bonorum. p. 39. & 40
Collecta. p. 40
Colonia, Colonus. ibid.
Commenda, Commendatarius. p. 42
Compensatio. ibid.
Concubinarius, Concubinatus. ibid.
Conditio, Conditionalis. p. 43
Conductor. p. 44
Confessio, Confessus. ibid.
Confines. p. 46.
Confirmationis Sacramentum. ibid.
Confirmatio actus. ibid.
Conjunctus. ibid.
Conservator. ibid.
Constitutio. ibid.
Consuetudo. p. 47
Contractus, Contrahens, Contrahere. p. 49
Contumacia. p. 50
Creditor, Culpa, Curia. ibid.

D

DAmnum. p. 51
Datio in solutum. ibid.
Debitor, Debitum. ibid.
Decima, Decisio, Decretum. p. 52
Decurio. ibid.
Defunctus. p. 53
Delegans, Delegatio Delegatus. ibid
Delictum, Delinquens. p. 54
Deportatio, Deportatus. p. 56
Denunciare, Denunciatio. ibid.
Depositarius, Depositum. ibid.
Dignitas. ibid.
Dispensare, Dispensatio. p. 57
Dispositio, Dispositum. ibid.
Distributiones. p. 58
Divisio. p. 59
Doctor, Doctoratus. ibid.
Dolus, Domicilium. p. 60
Dominium, Dominus. ibid.
Domus. p. 62
Donatio, Donare, Donatarius. ibid.
Dos, Dotale, Dotare. p. 64

E

ECclesia, Ecclesiasticus. p. 66
Electio, Electus, Eligere. p. 68
Eleemosyna. p. 69
Emphyteusis, Emphyteuta. p. 70
Emere, Emptor, Emptio. p. 79
Episcopus. ibid.
Errans, Error, Exceptio. p. 81
Excommunicatio, Excommunicatus. p. 82
Executio, Executor. p. 86
Exemptus. p. 88
Expensa. p. 89

F

FActum. p. 89.
Falsitas, Falsum, Fama. ibid.
Familia, Familiares, Famulus. p. 90
Fideicommissarius, Fideicommissum, p. 91
Fidejussor, Fidejussio. ibid.
Filiatio, Filius. p. 92
Fiscus, Fœmina, Forma. p. 96.
Frater, Fraus. p. 97
Fructus, Fructificatio. ibid.
Fumentum. p. 98
Fuga, Fundus, Funus. p. 99
Furor, Furiosus. ibid.
Fur, Furari, Furtum. p. 100

G

GAbella, Gabellarius. p. 100
Generare, Generatio. p. 102
Gerundium, Gratia. ibid.

H

HÆres, Hæreditas p. 104
Hæreticus. p. 107
Hypotheca, hypothecarius. ibid.
Homicidium. ibid.
Honor. p. 108
Hospitale. ibid.

I

IGnorans, Ignorantia. p. 109
Immunitas. ibid.
Incendiarius, Incendium. ibid.
Indulgentia. p. 110
Infamia, Infamis. ibid.
Inimicitia, Inimicus. ibid.
Injuria, Injuriosus. p. 111
Instrumentum. ibid.
Interdictum, Interdictus. p. 114
Interesse. p. 115
Inventarium. p. 116
Irregularis, Irregularitas. ibid.
Judex, Judicium. p. 118
Juramentum, Jurans. p. 121
Jurisdictio, Jus. p. 122
Jus patronatus. p. 124

L

LAudemium. p. 129
Legatum, Legatarius. ibid.
Legitima. p. 128.
Legitimatio, Legitimatus, Legitimus. p. 129
Legitimatio judicialis. p. 130
Læsio. p. 131
Lex. p. 132
Libellus. p. 134

Liber

Elenchus Verborum

Liber. p.135
Libertas. ibid.
Lis, Litigans, Litigiosum. ibid.
Litera. p.136
Locatio, Locator. ibid.
Ludus. p. 137

M

Majoratus. p.138
Mandans, Mandatum. p.143
Maritus. p. 144
Matrimonium. ibid.
Medicus. p. 145
Melioramenta. ibid.
Mendacium. p.146
Mercator. ibid.
Metus. p.147
Militare, Milites, Militia. ibid.
Minor. p.148
Missa. p. 149
Molendinum, Molendinarius. p.150
Monachus. ibid.
Monasterium. p.152
Moneta. ibid.
Moriens, Mors, Mortuus. p. 153
Mulier. ibid.

N

Negativa. p. 153
Neophytus. p. 154
Nobilis, Nobilitare, Nobilitas. ibid.
Nomen. p. 156
Nominare, Nominatio. ibid.
Notarius. p.157
Notorium. p. 158
Nullitas, Nullum. ibid.

O

Obedientia. p.158
Obligare, Obligatio. ibid.
Occidere, Occisor. p. 159
Officialis, Officium. ibid.
Onus. p. 160
Ordinarius. ibid.
Ordo, Ordinare. p. 161
Originale. p. 162
Origo. ibid

P

Pactum. p. 162
Pallium. p. 163
Papa, Papatus. ibid.
Parochus, Parochialis. p. 165
Pascua. ibid.
Pater, Paternus. ibid.
Patrimonium. p. 166
Patronus. ibid.
Pauper, Paupertas. p.167
Pecunia. ibid.
Pœna, Pœnalis. p.168
Pœnitentia, Pœnitentiarius. ibid.
Pensio, Pensionarius. p.169
Permutatio. p.174
Pestis. ibid.
Petitio. ibid.
Pluralitas. ibid.
Possessio, Possessorium remedium. 175
Prabenda. p.177
Prædicatio. p. 178
Prædium. ibid
Prælatus. ibid.
Præscribere, Præscripio. p. 179
Præsumptio. p. 180
Pretium. ibid.
Princeps. p. 181
Prior. p. 183
Privilegium, Privilegiatus. ibid.
Probare, Probatio. p. 185
Procuratio, Procurator. p.186
Proditor. p.188
Promissio, Promittens. ibid.
Proprietas. ibid.
Prorogatio. p 189
Protestatio. ibid.
Protonotarii. ibid.

Q

Qualitas. p.189
Querela. p. 190

R

Ratificare, Ratificatio. p.190
Ratihabitio. p. 191
Ratio. ibid.
Reconductio. ibid.
Reconvenire, Reconventio. ibid.
Recusatio in scriptis. p. 192
Redditus. ibid.
Regnum. ibid.
Regulares. p. 193
Religio, Religiosus. ibid.
Remedium. ibid.
Remissio. ibid.
Renovare, Renovatio. p.194
Renuntiare, Renuntiatio. p. 196
Replicatio. p.197
Res. ibid.
Rescriptum. ibid.
Reservare, Reservatio. p.198
Resignans, Resignatarius, Resignatio: ibid.
Respublica. p.199
Restituere, Restitutio. p. 200
Retentio. p. 201
Rex. p. 202

S

Sacerdos, Sacer Ordo. p. 205
Sacramenta. ibid.
Salarium. ibid.
Scholaris. ibid.
Scriptura. p.206
Senator. p. 207
Senectus, Senex. p 207
Sententia. ibid.
Sepulchrum, Sepultura. p.110
Sequester Sequestrare, Sequestrum. p.211
Servitus, Servus. p.212
Simile. p. 213
Simonia, Simoniacum. ibid.
Societas, Socius. p.214
Sodomia. p. 215
Solennia, Solennitas. p.216
Solvere, Solutio. ibid.
Spoliare, Spoliator, Spoliatus. p. 218
Spurius. p. 219
Statutum. p. 220
Stylus. p. 221
Stuprum. ibid.
Subhastatio. ibid.
Subreptio. ibid.
Subrogatus, Substitutio. ibid.
Succedere, Successio, Successor. p.223
Suplicare, Supplicatio. ibid.
Suspectus, Suspicio. ibid.
Suspensio, Suspensus. ibid.

T

Tabellio. p. 223
Tempus. ibid.
Terminus. p.224
Testamentum, Testari, Testator. ibid.
Testis, Testimonium. p.226
Titulus. p. 234
Tortura. p. 235
Transactio. p. 236
Tributa. ibid.
Tuitiva. ibid.
Tutela, Tutor. p. 237

V

Valor. p. 238
Vasallus. ibid.
Vectigalia. ibid.
Venari, Venatio. ibid.
Vendere, Venditio, Venditor. p.239
Verisimile. p.240
Verbum. ibid.
Via. p. 244
Vicarius. ibid.
Vicinus. p. 245
Vidua. ibid
Vinum. p. 246
Virgo. ibid.
Vita, Vivere. ibid.
Unio, Unitas. p. 247
Voluntas, Voluntarius. ibid.
Votum. ibid.
Ususfructus, Usufructuarius p.248
Usura, Usurarius. p. 249
Vulnus, Vulnerans, Vulneratus. ibid.
Uxor, Uxoratus. ibid.

REPERTO

REPERTORIUM LOCORUM COMMUNIUM UTRIUSQUE JURIS

Alphabetico ordine disposítum.

LITERA A.

Verbo Abbas, Abbatia, & Abbatissa.

ABBAS est potius nomen sollicitudinis quàm honoris, *cap. tuam, de ætate & qualit.* Steph. Gratian. *disceptat. forens. c.* 270. *num.* 26.

Abbas, vel Prælatus potest esse testis pro suo monasterio, Farin. *praxi crimin. p.* 2. *tit.* 6. *de oppos. contra personas testium, quæst.* 61. *n.* 544. *cum sequentibus.*

Abbates soli Regulares sunt in dignitate constituti, ita Sebastian. Cæsar *in sua hierarchia Ecclesiast. p.* 3. *disput.* 13. §. 2. *num.* 4.

Abbates in suis Monasteriis jurisdictione utuntur ordinaria, Augustin. Barbosa *ad cap. quanto* 7. *num.* 6. *de offic. Ordin.*

Abbates Ordinum expedit esse perpetuos, non temporales. Fr. Emman. Roderic. *tom.* 1. *qq. Regular. quæst.* 16. *art.* 1. Navar. *comment.* 3. *de Regular. n.* 31. Azor. *instit. moral. p.* 1. *lib.* 12. *cap.* 20. *col.* 1250.

Abbatia & Episcopatus æquiparantur, Flamin. *de resignat. l.* 8. *quæst.* 11. *n.* 28. & *q.* 15. *n.* 6. De Abbate exempto habente jurisdictionem Episcopalem, vide plures casus apud Flor. *Var. q* 24. *per tot.*

Abbatissa, vel *Prioriss*a non potest esse illegitima absque Papæ dispensatione, seclusis Religionum privilegiis, Barbosa *in collect. ad Concil. Trident. sess.* 25. *de Regular. c.* 7. *num.* 2. & 3.

Abbatissæ possunt esse moniales, etiamsi habeant impedimentum ex genere maculato, Fr. Emman. Roderic. *t.* 1. *quæst. Regular. quæst.* 15. *art.* 13.

Abbatissa, seu præposita esse, non potest monialis, si fuerit minor quadraginta annorum, & non habuerit octo annos post suam professionem, Cardos. *in praxi Judicum & Advocatorum*, verbo *Regulares, num* 31.

Abbatissæ possunt habere jurisdictionem Ecclesiasticam, Barb. *in addit. ad collect. cap. dilecta* 12. *de majorit. & obedient. pag.* 25. Non possunt tamen excommunicare, nec benedicere, nec sacra vasa tangere, nec velare Moniales, nec absolvere, nec judicare, nisi aliqua eorum habeant de consuetudine; possunt verò instituere & suspendere suos subditos, ut ex Alex. *in cap. nova*, ubi Gloss. *fin*, & Doct. *de renuntiat. & cap. dilecta*, ubi Gloss. *de majorit. & obedient.* probat Cardos. *in praxi Judicum & Advocator. lit. A*, verbo *Abbas, n.* 9. *de cognoscentibus Moniales tertii Ordinis.* Vide Farin. *in praxi. p.* 5. *quæst.* 146. *num.* 19.

Verbo Absolvere, Absolutio, & Absolutus.

ABSOLUTIO excommunicationis probat excommunicationem præcessisse, & petens absolutionem videtur fateri se esse excommunicatum, Barbos. *in c. per venerabilem* 34. *de elect. n.* 24. quamvis contrarium notet *ad cap. exhibita* 12. *n.* 5. *de homicidio.*

Absolutionem excommunicationis potest petere ad cautelam, qui allegat nullam fuisse, quia lata post appellationem, aut errorem manifestum habere. Cardos. *in praxi Jud cum & Advocator.* verbo *absolutio, n.* 1. Barbos. *ad cap. perpetuas* 40. *n.* 3. *de sentent. excommunicat.* ubi *n.* 1. quod Judex appellationis statim absolvere potest à censura lata per Judicem à quo appellatur, si constiterit sententiam excommunicationis esse injustam: limita nisi sit excommunicatus pro manifesta Clerici percussione, Cardos. *ubi proximè.*

Absolutio ab excommunicatione potest fieri absenti, *ex text. in capit. quanto* 2. *quæst.* 5. Lesdem. *p.* 1. *sum. cap.* 8. *de la descomunion.* vers. *la tercera duda es.*

Absolutio ab excommunicatione probatur unico teste, Mascard. *de probat. concl.* 12. *n.* 3.

Absolutio ab excommunicatione potest fieri per procuratorem, Perez *lib.* 8. *Ordin. tit.* 5. *pag.* 182.

Absolutio una non prodest duabus excommunicationibus, Suar. *de cens. tom.* 5. *disp.* 7. *sect.* 9. *num.* 4. & 6.

Absolutio à peccatis non potest fieri per scriptum, Quarant *in sum. Bull.* verbo *confessio Sacramentalis, fol.* 202. *verso*, Paul. Comitol. *respons. moral. l.* 1. *q.* 161. Barbos. *in coll. ad Concil. Trident. sess.* 13.

de Sacramento pœnitentiæ, cap. 2. n. 2. & de poteſtate Parochi, cap. 19. n. 44. ubi refert decretum Summi Pont. Clementis VIII. hoc prohibens.

Abſolutio non valet, niſi prius ſatisfiat parti offenſæ. Garcia *de benefic. p. 2. cap. 5. num. 55. cum ſequentibus*, Sanch. *de matrim. lib. 3. diſput. 33. n. 1.* Quomodo intelligatur Vide Barboſ. *in addit. ad c. ex parte 33. de verb. ſignificat. pag. 155. col. 1. & 2.* Sayr. *de cenſur. lib. 2. cap. 18. à num. 1. & num. 6. & 7. lib. 5 cap. 15 in fine.*

Abſolvendi facultas per Jubilæum aut Bullas à quibuſcunque caſibus, cenſuris, pœnis & ſententiis conceſſa, non tribuit facultatem diſpenſandi in irregularitatibus Papæ reſervatis ex delicto. Sayr. *de cenſ. lib. 7. cap. 14. à num. 1.* Garc. *de benefic. p. 7. cap. 11. num. 57.* Gutier. *canonicar. cap. 3.*

Abſolutus à peccatis reſervatis virtute Jubilæi, licet poſtea opera Jubilæi non perficiat, abſolutus remanet, nec reſolvitur abſolutio ſemel præſtita, quia nullam recipere potuit conditionem vel ſuſpenſivam, vel reſolutivam, tradunt Navar. *in man cap. 26. n. 12 & de orat. miſcel. 93.* Pat. Suar. *de pœnit. diſput. 31. ſect. 4. n. 5.* Henriq. *in ſum. lib. 7. de indulg. c. 11. §. 4.* Bellarm. *eod. tract. cap. 10. verſ. 1.* poſt alios Sanch. *de matrim. lib 8. diſp. 15 n. 20* Illuſtriſſ. Dom. Roderic. à Cunha *in inſtruct. Jubilæi, cap. 9. num. 6.* Quid in abſolutione à cenſura & commutatione votorum ſimiliter impertita è Confeſſario virtute Jubilæi illi, qui poſtea opera non implevit. Vide Henriq. *ad cap. 11. §. 4. & lib. 13. de excommunicat. c. 29. §. 3 lit. V. in fine* Pat Suar. *de Religione, tom. 2. lib. 6. de voto, cap. 16.* Sanch. *in præcepta Decalogi, lib. 4. cap. 54. n. 43.* ubi reſolvunt quod manet verè abſolutus, & reſervatio non reviviſcit.

Abſolutio neceſſaria eſt ab excommunicatione quæ lata fuit ad tempus tacitum vel expreſſum, & abſque ea ſolemni abſolutione minimè tollitur ex-excommunicatio, ut per Cov *in c. Alma mater, p. 1 §. 11. n. 5. de ſent. excommunicat. 6.* Anton. Ricciul. *de jure perſonarum extra gremium Eccleſiæ exiſtentium, lib. 4. cap. 65. n. 7.* ubi *num. ſequentibus*, ampliat etiamſi excommunicator vel excommuncatus ſint mortui, & etiamſi excommunicator velit excommunicatum haberi pro abſoluto. Idem eſt dicendum quando excommunicatio fuerit lata ſub hoc modo (donec & quouſque ſatisfecerit,) adhuc enim in hoc caſu ſequuta ſatisfactione requiri abſolutionem, aliàs remanere excommunicationem tenent Gloſſ. verbo *donec, in Clem. 1. de decimis*, Gloſ. eodem verbo, *in Clement. præſenti, de cenſibus* & plures Doctores quos referunt & ſequuntur Suar. *tom. 5. diſp. 7. ſect. 1. n. 11* Mar. Alter. *de cenſur. lib. 4. diſp. 1. pag. 381.* Ricciul *d. cap. 65. n. 25.*

Abſolvere non poteſt Ordinarius excommunicatum à delegato Summi Pontificis, *cap. Paſtoralis 11. §. præterea, de offic. Ord.* Mol. *de juſtitia, t. 6. tract. 5. diſput. 26. num. 1.* Quia delegatus major eſt Ordinario quoad illam cauſam, in qua eſt delegatus, *cap. ſanè 11. de offic. deleg.* ubi Barb. plures citat, *cap. eod. tit. cap. cùm contingat, de reſcriptis*, Stephan. Gratian *diſceptat. forenſ. cap. 3 n. 67.* Gabr. Pereira *deciſ. 91. num. 35.*

Abſolutus ab excommunicatione in foro interiori, non cenſetur abſolutus in foro exteriori, Roderic. *tom. 1. Regular. quæſt 20. artic. 6. & in expli at Bullæ, fol. 105 verſo.* Salzed. *in pract. cur. non cap. 26. lit. E, verſ. ſexto.* Paul. Comitol. *reſponſ. moral. lib. 6. quæſtione 6.* Garc. *de benefic. p. 2. cap. 5. numero 55. cum ſequentibus*, Cov. *libro ſecundo Var. cap. 10 in n. 2.* Barboſ. *in leg. 1. p. 4. num. 46. ff. ſoluto matrim.* Gom. *de delict. cap. 1. num. 40.* Sanch. *de matrim. libro tertio, diſput. 33. num. 1. & lib. 8. diſput. 34. num. 29.* Sayr. *de cenſur. lib. 2. cap. 20. num. 31.* Tuſch. *tom. 4. lit. E, concluſ. 443.* Pat. Suar. *de legibus, libro 8. c. 6. à num. 11.* Cened. *ad Decretal. Collect. 113. n. 2.* Put. *p. 1. deciſ. 95.* Gut. *Canon. quæſt. cap. 2.* Aloyſ. Ricc. *deciſ. Cur. Archiepiſcop. Neapolit. p. 2. deciſ. 230.* ubi *num. 6.* ait quod poſt abſolutionem in foro conſcientiæ obtentam ab excommunicatione, plures non celebraverunt ad evitandam irregularitatem, ſuper qua in hoc caſu ſolus Papa diſpenſat, ſecundùm Navar. *in cap. 27. num. 141.*

Verbo Acta, & Actio.

ACTA facta coram Judice ſæculari non probant coram Eccleſiaſtico Aloyſ. Ricc. *deciſ. Cur. Archiepiſcop. Neapolit. p. 2. deciſ. 229. num. 1.* Mart. *de juriſdict. p. 4. cent. 2. caſ. 169. n. 11.* Probant inter eaſdem perſonas, Maſcard. *de probat. concl. 33 num. 24.*

Acta non poſſunt probari per teſtes, *c. quoniam contra, de probat.* Maſcard. *de probat. concl. 1231. numero tertio.*

Acta facta coram uno judice faciunt fidem coram alio inter eaſdem partes, Menoch. *conſil. 366. n. 14. & conſil. 367 num. 21.* Farin. *p. 7. fragmentorum crim num. 9.*

Acta facta in judicio civili faciunt fidem in criminali, Clar. *lib. 5. §. final. quæſt 54 num. 3. & 5.* Bonacoſ. *p. 1.* verbo *Acta, fol. 6.* & verbo *teſtis, fol. 172. & p. 2. fol. 17. num. 60.* Maſcard. *de probat. concluſ. 34.* Farinac. *de delict. 5. p. 7. fragment. crimin. num. 17. cum ſequentibus.* Mart. *de juriſdict. p. 4. cent. 2. caſu 169*

Acta facta in judicio poſſeſſorio faciunt fidem in petitorio. Put. *p. 1. deciſ. 171.* Mart. *d. caſ. 169. numero quarto.*

Acta facta in judicio ſummario non faciunt fidem in plenario, *cap. veniens 2 de teſtibus*, Surd. *de alim. titul. 1. quæſt. 126 numero quarto*, Farinac. ubi ſuprà, *num. 24* Bernard. Græv. *ad pract. Cam. Imper. libro primo, concl. 103.* Cald. *in leg. unic. Cod. ex delictis defunctorum, p. 2. n. 10.* Et probationes factæ in judicio ſummario non faciunt fidem in plenario, Costa *in memorabilibus*, verbo *probatio, p. 707.* alis citat Barboſ. *in d. cap. veniens de teſtibus n. 5.* Et teſtes examinati & publicati in judicio ſummario fidem faciunt in plenario inter eaſdem partes, Menoch. *conſ. 366. num. 14. & conſ. 367. num. 22.* Farin. *num. 23. d. loco 54.* Et ubi cauſa fuit planè diſcuſſa in judicio ſummario, probatio facta in eo plenè probat in plenario, Innocent. *in cap. ſuborta de re jud.* & eſt recepta traditio ex Surd. *d. q. 126. num. 10. & 11.*

Acta facta contra unum non nocent tertio, qui non fuit citatus, Surd. *deciſ. 256 num. 5.* Ubi idem aſſerit locum quoque habere in probationibus.

Actiones quando competunt ex diverſis cauſis, electione unius remedii non tollitur alterum, Stephan. Gratian. *diſceptat. forenſ. cap. 529. n. 82.*

Actio quando variatur, requirur nova citatio, Bart. *in l. aut qui aliter, in princi. ff. quod vi aut clam.*

Actione & reconventione appellatio interpoſita, ſi reconventio ſit majoris quantitatis, & actio minoris non conceditur gravamen ad judicium ſuperius: ita Speculat. *in pract. tit. de reconvent. §. videndum. n. 7.*

Actiones omnes tranſeunt ad hæredes, text. *in l. 1. Cod. ut actiones ad hæred. l. pacto ſucceſſorum. Cod. de pactis, l. 1. Cod. Si cert. pet.* Surd. *de alim. titul. 9. quæſt. 8. num. 104. & tit. 6. quæſt. 22*

Actio

Actio personalis non datur contra tertium successorem, *l. fin.§.fin.ff.de contrah.empt.l.eum cui* 13. *Cod. de action. & obligat.* Surd. *decis.*52. *num.*3. & *dec.*90.*num.*3 *& decis.*173.*n.*9.*& decis.*304.*num.ult.* Sanch.*de matrim.lib.*9.*disp.*4.*num.*29.Gabr.Pereira *dec.*15.*n.*2.Idem procedit si actio debetur intuitu alicujus fundi, Surd. *decis.*264.*num.*2. ubi *num.*6. ait quod si acceptavit fundum sciens esse debitum, videtur acceptare cum omnibus suis qualitatibus: & *num.*22.24.*&* 26. quod excipiendi jus quæritur conductori ex pacto venditoris, quando interest domini servari pactum, & transit in singularem successorem quando exceptio competit occasione rei, vel si rem detineat. Quid in actione familiæ erciscund.Vide Valasc.*de partit cap.*2. *num.*34. Ubi ait quod datur etiam contra tertios rei possessores, quia tales actiones mixtæ sunt, tam in rem,quàm in personam.

Actio personalis perpetua non potest præscribi, quâ præscribens habet possessionem injustam, & ita malam fidem, Duen. *reg.*6.Menchac.*de succes. creat.*§.10.*n.*26.*& illustr. cap.*76.*num.*1. Tiraquel. *de præscript. glos.*2. *in princip.* Perez *l.*3.*num.* 13. *lib.*3.*Ordinam* Cald.*in l.si curatorem,* verbo *sua facilitate*, *num.*75.

Actionibus realibus forum competens est ubi res sita, super qua litigatur, existit, *l* 1.*Cod. ubi in rem actio*, *cap.*3. *& cap. ult.*ubi notant omnes, *de foro compet.*

Actio judicati non datur contra procuratorem, sed adversus dominum,*l.*4.*ff.de re judicata.l.Plautius* 61. *ff. de procurator.*

Actio civilis & criminalis non potest intentari principaliter ex eadem causa antequam alterum judicium absolvatur, ex Sanch. *de matrim. lib.* 10. *disp.*8.*n.*18. *cum sequentibus.*Barbos.*in l.*1.*in principio*, *p.*1. *n.* 138. *soluto matrim.* Quod possit simul intentari probat Cardoso *in praxi judicum & advocator.* verbo *actio*, *num.*14.

Actiones pœnales non transeunt ad, successores, etiamsi sint hæredes,ut probat cum pluribus quos refert.Gom. *lib.*3.*var. cap.*1. *num.*85. Regulariter finiuntur spatio 30. annorum prætoriæ verò per lapsum anni Cardoso verbo *actio*,*num.*28.

Verbo ACTOR, & ACTUS.

ACtor quod asseverat probare debet, *l. actor, Cod. de probat.* Aloys.Ricc. *decis.Cur. Archiepiscop Neapolit. p.*1. *decis.*211, *numero* 1. *& p.*2. *decis.*80.*num.*1. *cum sequent.* & *in collect. dec.p.*5. *collect.*1677.

Actor non potest trahere reum per rescriptum Papæ seu Principis ultra unam dietam à fine diœcesis numeratam,*cap.statutum§.cum verò, &* §. *seq. de rescript.l.*6.*Clem.*1.*eod.tit. & Clem. unica de foro compet.* Cardoso verbo *actor*, *num.*5.ubi addit quod hoc non est intelligendum in causa appellationis, nec quando reus originarius appellavit ab aliqua sententia.

Actuum pluralitas in dubio non est præsumenda, Stephan.Gratian.*disceptat.forens.cap.*540.*n.*26. *& cap.*657.*n.*41.*& cap.* 90. *n.*4. *cum sequent.* cum aliis citatis per Barbos. *in collect. ad cap. in præsentia.*8.*de probat. num.*16.

Actus duo eodem die & loco, & coram eisdem testibus gesti, unus videtur contemplatione alterius factus,& sunt correspectivi.Surd.*de alim.tit.*1. *quæst.*42.*n.*46. Bernard.Græv. *in pract. Cam. Imper. lib.*2.*concl.*12.*num.*7.

Actus qui debet præcedere, si reperitur simul cum alio factus, præsumitur præcessisse, Vant.*de nullit.sentent.in.quid sit nullitas,n.*26.*p.*15.Et prioritas licet præsumatur secundum ordinem litteræ, secus tamen est quando actus aliàs redderetur nullus.Aloys.Ricc.*decis.Cur.Archiepiscop.Neapol.p.*2. *decis.*129.*num.*7. Et qui possidet,videtur possidere ex titulo præcedenti,Cald.*de empt. cap.*25.*num.*29. *cum sequentibus*, Stephan. Gratian. *disceptat.forens. cap.*175.*num.*8. Ricc. *d.p.*2. *decis.*116.*num.*7.*cum sequentibus.*

Actus qui sit ex duplici capite, sustinetur ex altero, Stephan. Gratian. *disceptat. forens. cap.*557. *numero* 41.

Actus gestus sine solemnitate in favorem ejus cujus favore introductus est, valet Surd.*de alim. tit.*8.*privil.* 56. *num.*63.*cum sequentibus.*

Actus qui confertur in tempus mortis, potest revocari usque ad mortem. Ordinat. *lib.* 4.*tit.* 37. *l.*4.*ff. de donat. inter virum & uxorem*, Gom.*l.*17. *Tauri*, *num.*6.

Actus duo ubi reperiuntur facti, semper videtur factus qui præcedere debuit, Mascard. *de probat concl.*244.*n.*4.Flamin. *de resignat.lib.*4. *quæst.*2. *n.*36.*cum sequentibus*, Cotta *in memorabilib.* verbo *actus*, Surd. *decis.*288.*num.*33.Et actus qui sequitur,videtur factus in executionem actus præcedentis, idem *decis.* 325.*num.* 7.

Actus dispositio ita interpretari debet,ut videatur provisum causæ magis necessariæ & utili,Bart. *in l. triticum,ff.de verbor.obligat. & in l. ult.Cod.de alim.pupillo præst.*Menoch.*cons.*195.*n.*5.*& cons.*81. *num.*36.

Actus censetur perpetuus, qui certo temporis spatio non concluditur, *l. juris peritos*, *in princip.* & ibi Bart.*ff. de excusat.tutor. l.de pupillo,*§.*Si quis ipse prætor,ff.de novi operis nuntiat.l.Servus,Cod.de pœnis,cap.Si gratiosa,de rescriptis,lib.*6.Flamin. *de resignat.lib.*11.*quæst.*5.*num.*42.

Actus in dubio videtur factus nomine proprio, non alieno, *l. & magis, ff. de solut.l.Papinianus,ff. mandati,l.si ita stipulatus fuero,* §.*Chrysogonus,ff.de verbor.obligat.l.pro hærede,ff.de acquir.hæredit.*Tiraquel.*de retract.lig.*§.10.*gloss.*1.*n.*3 Gut.*de tutel.p.*2. *cap.*10.*num.*1.Et procurator præsumitur actum facere procuratorio nomine,Surd.*de alim.tit.*6.*q.*14. *n.*8. Ubi *n.*9. quod actus si pertinet ad dominum, præsumitur factus tanquam à procuratore.

Actus omnis justificatur propter scientiam & patientiam superiorum, *l. Si quis sit fugitivus* 17. §. *Egoputo*, *l. quod si nolit* 31. §. *qui assidua*, *ff. de Ædilit.edicto,cap.nisi essent, de præbendis*,Gonzal. *ad reg.*8.*Cancel. gloss.*9.§.8 *num.*88.

Actus præsumitur gestus ut omninò valeat, & non pereat,*l.*3.*ff.de militari testam.*Ricc. *dec.Curiæ Archiepiscop.Neapol.p.*2.*decis.* 129.*n.*3

Actus prohibitus à lege non videtur per talem legem annullatus, Gam.*decis* 40.*n.*3.

Actus censetur factus ob causam præcedentem, & præcessisse, qui præcedere debuisset, licèt præposterus sit ordo scripturæ. Cyn. Bald. & Imol. *in l. cùm in testamento,* §. *hæc verba, ff. de hæred instit.* Jas.*in l.hac consultissima,n.* 2.*eod. qui testam.facere possint*, Cotta *in memorab.* verbo *Actus.*

Actus qui potest trahi ad bonum & malum, in dubio debet trahi ad bonum. Aym.*cons.*205.*n.*9.

Actus annullatus est pœna,*cap.dispendia.*§.*fin.de rescriptis,lib.*6.Menchac.*controvers. illustr.cap.*28. *num.*3.*& num.*5. Boër. *decis.*1.*n.*16. Sanch. *de matrim.lib.*3.*disput.*4.*num.*8.Gonzal. *ad reg.*8. *Cancel. de mensibus alternat.ad declarationem litera,num.*10. Vant *de nullit.sensent.in principio,quid sit nullitas, n.*15.*p.*10.Cald.*de empt.cap.*1.*num.*15. Garc. *de be-*

*nefic.p.*8. *cap.* 1. *n.*98. Phœb.*decis.* 101. *n.*27. *p.* 2.

Actus annullatio facta in favorem alicujus intelligitur si ille in cujus favorem fuit facta, ea annullatione uti velit, Menoch.*cons.*153.*num.*28. *cum sequent* Surd.*decis.*179.*n.*17.*&* 18.Flamin. *de resig. lib.*3.*quæst.*4.*n.*3.*cum sequentibus*, Stephan.Gratian. *disceptat.forens.cap.*100.*num.*7.

Actus celebratus noctis tempore, præsumitur suspectus, Gloss. verbo *tenebras*, ubi notatur *in cap. consuluit, de offic. delegati*, Mascard. *de probat.conclus.*531. Menoch *de præsumpt.lib.*3.*præsumpt.*126. *num.*10.*&* *l.*4 *præsumpt.*12.*num.*5. *cum sequentibus.* Phœb. *arrest.*29 *p.*1. Idem si quis contrahat in domo aliena, Menoch. *lib.*5.*præsumpt.*3.*num.*109.

Verbo Accusare, Accusatio, & Accusator.

ACCUSARE non potest filius patrem, Vincent.de Franchis *dec.*162.*n.*8. Cardos.*in praxi Judicum & Advocatorum*, verbo *accusatio*, *n.*15.

Accusatio criminalis intenta contra filium fam. non requirit partis citationem, quia ex ea patri nullum datur præjudicium, Bart. *in l.fin.*§.*necessitate*, *n.*2.*Cod.de bonis quæ liberis*, Barb.*in l.*2. §. *quod si in patris*, *n.*19.*ff.soluto matrim.* Sed si accusatus fuerit minor, erit ei dandus curator ad litem: Vide Ordinat.*lib.*3.*t.*41.§.8.*&* *tit.*63.§.1. Valasc.*de partit.cap.*7.*n.*42. Gom.*tom.*3. *Variar.cap.* 1. *num.* 64. Azeved. *ad l.*10.*num.*6.*cum sequentibus*, *tit.*17.*lib.*4. *novæ recopilat.* Si tamen minor fuerit reus, & non comparet, non dabitur ei curator ad litem, nec nomine ejus audietur, ut resolvit Cald. *in l.si curatorem*, *in princip.n.*10.& verbo *Læsis*, *n.*5.*Cod.de in integrum restitut. minor.* Intellige in minore excedente 14. annum, & in fœmina 12.

Accusationes criminales potest filius fam. major 14. annorum prosequi sine patre, Gloss. *in l. cum non solùm*, §.*necessitate*, *Cod.de bonis quæ liberis*, ubi Bart.*n.*13.Perez *ad leg.Ordinam.lib.*4.*col.*891.*vers. dubitari*, Clar. *in pract.crim.in.*§.*ult.quæst.*14.*n.* 5.

Accusationes criminales extinguuntur spatio 20. annorum, Cardos.verbo *Accusatio*, *n.*25.

Accusatore mortuo accusatio non transit ad hæredes, juxta *tit.Cod si reus vel accusator*, *mortuus fuerit*, resolvit Clar.*in pract.crimin.lib.*5.§.*fin.q.*51.*n.*9

Ubi declarat quod non habet locum quando hæres prosequitur damnum datum. Si verò agat ad vindictam, potest intra triginta dies prosequi accusationem cœptam, *l.libellorum*, §.*fin.* & ibi Bart. *ff. de accusat.* Gom. *tom.*3.*variar.cap.*1.*n.*36.*&* 85. Clar. *d.quæst.*51.*n.*10.Barbos. *in l.*2.*in princ.n.*117. *ff.soluto matrim.* Anton.Correa *ad lib.*5.*Ordin.n.*48. *cum sequentibus*, *p.*20.

Verbo Addictio.

ADDICTIO est facienda ab eo in cujus commodum tendit, *l. si ob causam*, *Cod.de evict.* Cald. *de emp.cap.*31.*num.*20.

Addictio facta in hasta publica præsumitur semper justo pretio facta, Barb.*in l.si mora*, *n.*59.*&* 60. *ff.soluto matrim.* Et venditiones sic factæ ex solo læsionis prætextu rarò dissolvuntur, Steph. Gratian. *disceptat.forens.cap.*7.*num.*12. ex quibus ita resolvit Phœb. *decis.*201.*n.*18.*&* 19.*p.*2.

Addictione dominium acquiritur, *l.* 3. *ad finem*, *ff.de Publiciana in rem act.* Menoch.*cons.*512.*à n.*20 Fachin. *controv.lib.*1.*cap.*62. Morla *in empor.tit.* 4. *de transact.quæst.*1 *n.*5. *&* 6. Cabed.*p.*1.*decis.* 160. Et traditione perficitur, juxta text. *in l. traditionibus*, *Cod.de pactis*, *&* *notata ad l.nunquam nuda ff.de acquir. rerum domin.* Cald. *de empt.cap.*12.*num.*56. Cavalc. *p.*2.*decis.*35.*num.*28.

Verbo Adulteri, & Adulterium.

MARITI solent irrideri à Judicibus, cùm accusant uxores de adulterio, Paul. *cons.*275. *col.pen.lib.*2. Soc. junior *cons.*74.*n.*9. *lib.*4.Men.*de arb.lib.*2. *cent.*4.*n.*26. Bajard. *ad jul.Clar.*§.*adulterium*, *n.*59. Et ideò justam habent mariti excusationem si ad judicium non habent recursum, sed propria authoritate se disponât ad vindictam violati tori, Boër. *decis.*298.*num.*1.Baiar.*ubi proximè.* *Ægyptii pœnam castrationis imponebant adulteris*, Tiraq. *ad leg.connubial.gloss.*15.*n.*7. Pined.*tom.*1.*in Job*, *cap.*31. *vers.*22. *p.*329. & est exemplum Petri Portugaliæ Regis, prout refert Eduardus Nonius *in vita ejusdem Regis*, *fol.*179.*verso.*

De *Adulterio* vide alia per Cardos.verbo *adulterium*, *num.*1.*cum sequentibus.*

Verbo Advocare, & Advocatus.

ADVOCATUS potest cogi advocare, Avil. *ad c.*28.*Prætor.* verb.*acogidos*, *n.*1. Judex potest punire illos qui minis vel terroribus inducunt Advocatos & Procuratores à desistendo, Farin. *in praxi crimin.p.*5.*quæst.*114.*num.*61.

Advocatus consultus in causa poterit contra consulentem advocare, Guter. *lib* 1. *pract.quæst.*30. *num.*6. quem vide per totam quæstionem.

Advocatus qui habet salarium pro duobus clientulis, si ambo litigent, cui primò promisit, tenetur patrocinium ferre, Azeved.*l.*18.*num.*2. *tit.*16.*lib.* 2*i p.*195. Bertachin. verbo *Advocatus*, *n.*128.Roland. *cons.*44.*num.*24.*vol.*2.

Advocatus potest sequi aliorum opinionem probabilem contra suam. Azor. *instiint. moral. p.* 1. *lib.*2.*cap.*17.*p.*134.

Advocatus potest consulere die festo, Azeved. *l.*4. *tit.*1.*num.*2. *nov.recopilat.* Rebuff. *de privileg. scholar.privil.*1.*num.*13. *p.*473. Azor.*instit.moral. p.*2.*lib.* 1. *cap.*27. *vol.*113.Sayr. *in clavi Regia*, *lib.*7 *cap.*3.*num.* 13.Cened.*ad decretal.collect.*142. *n.*7. ubi etiam agit an liceat studere, legere, vel scribere pro pretio, de quo idem Rebuff.*de priv.*1.*p. quæst.*71. & Sayr. *ubi proximè.* Ubi asserit hæc licita esse si ex necessitate fiant, aut alia ex causa justa; secus autem si fiant principaliter ob lucrum, etiam audita Missa.

Advocatus tenetur læso de ignorantia sua, Perez *l.*12. *tit.*19.*lib.*2.*Ordinam.p.* 310. Et si Advocatus fovet causam injustam, mortaliter peccat, & ad restitutionem tenetur, ut resolvit Paz *in praxi*, *fol.*15. *num.*38.Cened.*ad decretum*, *collect.*28.*n.*16.*cum seq* Azeved. *l.*6.*n.*16.*lib.*2.*nov.recopilat.p.*183. Parlad. *lib.*1.*rer.quotid.cap.*2. Guter.*l.*1 *pract.quæst.*29.*n.*1. Sayr. *clavis Regiæ lib.*1.*cap.*11.*n.*17.*&* *lib.*12.*c.* 23. *num.*13 *cum sequent.* Menchac. *Usufrequent.c.* 10. *num.*49. Et qui causam super possessorio defendit sciens clientulum suum in proprietate jus non habere, peccat mortaliter, teneturque ad damna. Guter. *cons* 6. *num.*12.

Advocatus non tenetur defendere clientulum extra locum ubi advocationis non exercet officium, *l.sancimus*, §.1. *Cod.de advocat.diver.judic.*

glos.

glos. verbo *ren'tentem, in c. Pastoralis, de offic. delegati*, Bart. *in l. Sed hæc. §. non solùm, n. 2. ff. de procurator.* ubi glos. verbo *tribunal, ad finem.*

Advocatus vel quælibet alia persona quæ facit litigantes ire ad se vel alium, relicto advocato, tenentur resarcire damnum, Azeved. *l. 12. num. 18. & seq. tit. 23. lib. 4. novæ recopilat.*

Advocati verbosi aliqua vide per text. *in l. quisquis, Cod de postul. l. Si manumiserit 4. Cod. de obsequiis patrono præstandis, ibi, sine atrocitate verborum, l. ampliorem, §. in refutatoriis. Cod. de appellat.* Rebuf. *in l. 1. §. quoties, ff. de offic. præfecti urbis, n. 2. & in l. ex ea causa, ff. de postul.* Et de advocatis qui malè contra alios loquuntur vide Bernard. Græv. *in pract. Cam. Imper. lib. 1. con. l. 51. considerat. 1. n. 5.*

Advocatus invitus cogitur patrocinium suscipere, Bernard. Græv. *ad pract. Cam. Imper. lib. 1. conclus. 43. considerat 2. à n. 4* ubi *n. 17.* secus asserit in procuratore, qui non tenetur invitus acceptare mandatum, de quo etiam Stephan. Gratian. *discept. forens. cap 56. n. 22. 23. & 32.* De advocatis extorquentibus à clientulis immoderata salaria, vide Perez *ad l. 2. tit. 19. lib. 2. p. 404. col. 2.* Et de utentibus cavillatione, vide Gratian *dicto tract. cap. 186. num. 54. cum sequentibus.*

Advocatus non potest esse infamis, & quid in procuratoribus ad negotia? Vide Barbos. *in l. cùm prætor, §. ult. ff. de judic. n. 126. cum seq.* Et advocati quibus patrocinari prohibitum est, possunt in domo sua privatim consulere, Bart. *in l. 1. §. 1. ff. de postul.* & vide Cabed. *p. 1. decis. 214. n. 14.*

Advocati inimici non possunt recusari, & idem in procuratore Regio, Cabed. *decis. ult. n. 9. & 10. p. 1.* Cardos. *in praxi judicum & advocator.* verbo *procurator, num. 108.*

Advocare prohibitus non prohibetur advocare in una causa. Innocent. *in cap. 1. de obligat. ad ratiocinia, & in cap. Sed nec, per text.* ibi: *ne Clerici vel Monachi*, Præpos. *in cap. per venerabilem, in princ. num. 8. qui filii sint legitimi.*

Advocati militibus comparantur, *l. advocati 4. Cod. de advocat. diversi. judic.* Tiraquel. *de nobilit. cap. 29. à num. 11.* Garc. *eod tract. g' off. 34. num. 10.* optimè Baëza *de inope debitore, cap. 16. anum. 48.* Et sunt nobiliores Medicis, juxta resoluta per Bernard. Græv. *ad pract. Cam. Imper. lib. 1. onc. 43. n. 6.* Cened. *ad Decret. collect. 163. n. 9.* Mallara *cent. 10. resp. à num. 63.*

Advocati excusantur ab onere hospitandi milites, quia advocati non minus militant in Republica quàm ipsi milites, *advocati, Cod. de advocat. diversi. judic.* Et advocationis officium requirit animi quietè, unde propter hoc malleatores possunt expelli à sua vicinia, ut notant Doct. *in l. 1. ff soluto matrim*, & ibi Bart. *n. 30* Menoch. *de arbitr. cas. 237. n. 4. & n. 6.* resolvit immunitatem concessam professoribus esse etiam concessam advocatis, magistri autem literarum pro necessariis artibus vel liberalibus disciplinis excusantur ab hoc onere, *l. archiatros, Cod. de metatis & epidemitatis, lib. 12.* Et de Doctoribus idem resolvunt Perez *tit. 1. lib. 4. p. 771.* Azeved. *l. fin. num. 61. tit. 21. lib 4. novæ recop.* Rol. à Valle *cons. 96. num. 36. cum sequentibus, vol. 1.* Ubi *num. 38. agit de procuratoribus.*

Advocati impedimentum, vel alterius procuratoris sufficiens est ad petendam restitutionem ex clausula generali, ut in notabili casu probat *l. præses, Cod. de appellat. & in l. cùm à matribus, Cod. Ubi petantur curatores*, Oldrad. *cons. 208. ad finem*, Gregor. Lopez *l. 24. tit. 23. gloss. 3. part. 3.*

Advocatus non punitur si fecit petitionem injuriosam cum protestatione quod non intendit injuriare, ut per Stephan. Gratian. *discept. forens. cap. 81. num. 18*

Advocati non possunt patrocinari in propria causa, Valasc. *cons. 25. ad finem, tom. 1.*

Advocati juvenes & mendici solent gratis servire, ut plures acquirant, qui ad eos confugiant, Bart. *in l. quod Nerva, num. 32. ff. depositi*, Rebuff *in l. 1. ff. de postul. num. 3.*

Advocatus qui extra provinciam exit pro clientulo, ultra conventum honorarium debet habere expensas, victus & alia Surd. *de alim. tit. 1. quæst. 68.*

Advocatus seu procurator, accusatoris non dicitur inimicus accusati, Farin. *in praxi crimin. p. 1. quæst. 49. num. 73.*

Advocatus potest sua manu constituere procuratorem, refert judicatum Phœb. *decis. 162. num 10. p. 2.*

Advocare an possit Clericus vel Monachus, Vide Illustriss. Dom. D. Roderic. à Cunha *ad c. perlatum. 4. dist. 88. n. 2. cum sequentibus, pag 700.*

Verbo Ædifiiare, & Ædificium.

ÆDIFICANS scienter in re aliena præsumitur donare, & amittit meliorationes, *§. diverso, instit. de rerum divis.* Aloys. Ricc. *decis. Cur. Archiepiscop. Neapol. p. 2. decis. 176. num. 8.*

Ædificium dicitur pars rei cui adhæret, *l. 1. §. is autem, ff. de superficieb.* Cald. *de resolut. emphyt. c. 16 n 8.* Surd. *dec. 78. n. 10. cum seq.* Et augmentum rei ad dominum cum re ipsa pertinet. Cald. *ubi proximè, n. 9.* Surd. *d decis. 78 n. 11.* Et cedit solo, idem *dicta decis. 78. n. 10. & decis. 168. n. 2.* Stephan. Gratian. *discept. foren. c. 42. n. 28. cum sequentibus.*

Ædificia ut non destreantur, interest Reipublicæ, cùm hoc pertineat ad decus urbis, Gratian. *disc. forens. cap. 32. num. 19.*

Ædificio non potest quis adumbrare aream vicini ad triturandum panem, ita ut solem & ventum impediat, Duen. *reg. 33. vers. sextò fallit*, Boër. *decis. 322. n. 12.* Si quis habeat aream vacuam ante domum, non potest prohibere vicino, ne ibi pascat pecora sua, Surd. *decis 236 n. 12.*

Ædificatum corruit fundamento destructo, *l. nam origo, ff. quod vi aut clam, l. ego tecum, ff. de excep. rei judic. cap. cum Paulus 1. quæst. 1. cap. veniens, d. presbytero non baptizato*, Flamin. *de resignat. lib. 9 q 25. num. 36.* Anton Monach. *Lucen. decis. 15. num. 24.* & Florent. *decis. 48. num. 3.* & Bonon. *decis. 18. n. 45.* Gonzal. *ad reg. 8 Cancel. glos. 31. n. 30. cum seq* Gutier *lib. 3. pract. quæst. 65. ad finem, & quæst. 43. n. 34.* facit text. *in l. cùm tale, §. falsam causam. ff de cond. & demonst.* junctis traditis per Cabed *decis. 30. n. 5. p. 1.* Ubi ait quod impediro qui potuit impedimentum removere, tempus currit

---

Verbo Æstimatio.

ÆSTIMATIO & interesse reputatur idem cum ipsa re, Bart. *in l. 1. ff. de action. empti, n. 6* Surd. *dec. 35. n. 10.* ubi *n. 11.* quod facit emptionem. Æstimatio succedit loco rei, Surd. *decis. 81. n. 5.*

Æstimatio rerum facit emptionem & venditionem, *l. quoties. Cod. de jure dotium*, Cov. *pract. c. 28.* Æstimatio rei diminuitur propter onus quod habet annexum *l. 1. §. hæres, ff. ad Trebel.* Tiraquel. *in præfat. retract. lig. n. 27.* Pinel. *in l. 2. Cod. de rescind. vendit. p. 3. cap. ult. n. 18* Cov. *lib. 2. var. cap. 3. num. 4. vers. 5.* Menoch. *cons. 358. n. 26.* Gam. *decis. 37. n. 3. & decis. 138. n. 2. & decis. 256.* Valasc *consult. 43. & cons. 70.*

*conſ.*74.*num.*4.Cald.*conſ.*33.*n.*30.*& de extinct.emphy.ap.*4.*n.*2.*& in l.Si curatorem,*verbo *ſua facilitate,n.*81. *ad finem,Cod.de in integrum reſtitut. min.* Surd. *deciſ.*155. *n.*10. Steph.Grat. *diſceptat forenſ. cap.*54. .19. Gem.*de uſuris comment.*2.§.5. .128. Et commodum an onere regulatur. Gloſſ.& Doct. *in l.ſi duolu,§.fin.ff de leg.*1.Gratian.*cap.*141.*n.*26. *& cap.*461.*num.*9 *d cto loco.*

Æſtimatio rei diminuitur ex eo quod vendita cum pacto de retro, Pinel. *in l.*2.*Cod. de reſcind. vend.p.*3.*cap.ult.num.*19.Nav.*in man.cap.*17.*n.*240. Tiraquel. *in præfat. retract.lig.num.*27.*& in præfat. retract.convent.num.*20.Gam.*deciſ.*178.*n.*8.*cum ſeq.* Cald. *in l.ſi curatorem,*verbo *ſua facilitate,num.*81. *&* 83. *Cod.de in integrum reſtitut.min.* Joſeph. Ludoviſ. *dec Peruſ.*97 *n.*6. Gemin. *dicto loco,* Valaſc. *conſult.*70.*n* 4.*&* 10.Menoch.*conſ.*358.*n.*26. Maſc. *de probat.conc.*447.*n.*10.*&* 13.*&* *concl.*960 13.

Æſtimatio debet fieri de toto, & non de ſingulis rebus in particulari,Bald.*in l.fin.*§.*præterea,n.* 6. *in fine, Cod.de jure dotium,l.Nævius,*§.*fin.*ubi gloſ. verbo *partes,ff.famil herciſc.*gloſ.*in l.*1.verbo *parte Cod.eod.tit.*& Pinel.*in l.*2.*Cod.de reſcind.vendit p.*5 *cap.*4.*n.*36.Rol. à Valle *conſ.*71.*n* 16.*vol.*3.Garc.*de expenſis,cap.*24.*n.*6. Surd. *deciſ.*155.*n.* 4. *cum ſeq.* ubi *n.*7. aſſerit quod in judicanda læſione totus contractus eſt conſiderandus,etiam quando agitur remedio *l.*2.*C de reſcind.vendit.*Et res minùs valet cùm non tota, ſed pars venditur, & prædia unita ſunt majoris valoris,Menoch.*conſ* 358.*n.*29.Tiraquel *de retract.lig.*§.23.*gliſſ.*1.*num.*17.

Æſtimationem non poſſunt partes annullare ſententia lata,Cabed. *deciſ.*21.*n.* 15 *&* 16.*p* 1.

Æſtimationem non recipit libertas, Cabed. *arreſt.*75.*p.*1.*&* *arreſt.*87.*p.*2. Valaſc. *tom.*1.*alleg.*99. *n.*6. *cum ſeq.*ubi refert res quæ non recipiunt æſtimationem,& juriſdictio cum ſit honor,nullo pretio comparari valet,Gonzal. *ad reg.*8. *Cancel.*§. 4. *præm. n.* 29 Et vulnus in facie ex quo remanet cicatrix, nullum admittit æſtimationem, Valaſc.*ubi proximè,n.* .Farin. *in praxi crimin p.*1.*quæſt* 8.*n.*98.

illam attingere,& tenetur intra duos menſes à diposſeſſionis adeptæ facere profeſſionem fidei, & ordinari preſbyter intra annum,*cap unic.*ubi Doct *de ætate & qualit.lib.*6.Concil.Trident.*ſeſſ.*24.*c.*12 *de reformat.*Cardoſ.d.verbo *ætas,n.*10.

Verbo ÆTAS.

ÆTATES hominum ſunt ſeptem,infantia durat uſque ad ſeptimum annum, ætas pupillaris uſque ad 14.annum in maſculo,& in fœmina uſque ad 12.pueritia uſque ad 18.adoleſcentia uſque ad 25.juventus uſque ad 50.in robuſtis tamen uſque ad 60.ſenectus uſque ad 80 decrepita uſque ad 100.refert Cardoſ.*in praxi judicum & advocatorum*, verbo *Ætas,num.*1.

Ætas probatur ex libris baptiſmi,& parochi,& patris,Menoch. *præſumpt.*5.*n.*53.*cum ſequent.* Maſcard.*de probat.concl.*672.*&* *concl.*1059 *num.*22. *& concl,*1082.*n.*7.Farin.*de delict.p.*7.*in fragment lit.A num.*56. *cum ſequentibus,& n.*141. Garz. *de benefic. p.*6.*cap.*2.*num.*248.*cum ſeq.*Barboſ.*de offic. & poteſt Epiſcopi,allegat.*32.*n.*175.*n. ſeq.* Cald.*in l.ſi curatorem,* verbo *minoribus,num.*38.*Cod.de in integrum reſtitut.min.*Flamin *de reſig.lib.*10 *quæſt.*3.*num.* 38. Juſt.Liſp. *in addit.ad Cornel,Tacit.lib.*3.*p.*260.*cum ſequentib.*Stephan.Gratian *diſcept.forenſ. cap.*155. *n.*12.*cum ſequentibus,& cap.*555.*n.*10 Gabr Pereira *deciſ.*10.*n.*7. Et ex Curati libro in quo baptizatorum nomina profiteri ſolent, probatur quis originarius,Maſcard *concl.*1141.*n.*21. Rebuf.*ad l.*147. *de Verborum ſignificat.pag.*513.

Ætas 15.an requiritur in illo qui collocatur in aliqua dignitate,aut ſimplici beneficio curam animarum annexam habente; ſufficit tamen ætatem

---

Verbo AGER, & AGRICULTURA.

AGRI limitati limitatum quoque habent dominium,*l.in agris,ff.de acquir.rer.dõ.* ac proinde eorum poſſeſſores ſuis limitibus debent eſſe contenti,Brun.*de augmento,q.*6.Corn.*conſ.*322 *l* 1. *& conſ* 288. *lib.*3.facit quod tradit Valaſc.*de jure emphyt.q.*16 *n.*10.Et hæc limitatio agrorum excludit jus accreſcendi,Bald.*in l.*1.*col.fin.Cod.de ſecundis nuptiis,per l.Lucius,*§.*qua habebat ff. ad Trebel.* & ibi gloſſ.*& in l.Dominus,*§.1.*ff.de uſuf. uctu,*Curt Senor. *conſ.*56.*n.*2.*verſ. eandem ſententiam.*Montalaris *ad leges fori,lib.*3 *tit.*4.*l* 14.

Agro in alieno nemo poteſt lapides frangere contra Domini voluntatem, *l.venditor,*§.*ſi conſtat ff.communi.præd.* Gregor. *l.*27.verbo *pondera,tit.*11. *part.*4.Cov.*practic.* 37.3.*col.*3.Surd.*dec.*236.*n.*21. Intellige quãdo fundi Dominus neceſſe habet pro uſu,Surd.*ubi proximè,*Cab.*dec.*74.*n.*6.Farin *tom.* 3. *de variis ac diu.q.æſtionibus,quæſt.*104.*n* 51.*p.* 442.

Agrum vel fundum ſuum poteſt unuſquiſque pariete vel vallo cingere, *l per Provincias,C. de ædificiis privatis*, Menoch. *de præſumpt.lib.*6.*præſumpt.*29.*num.*21.*cum ſequentibus.*

Agricultura non derogat nobilitati, quam quis habet à majoribus ſuis,Tiraquel. *de nobilit.cap.*31. & alii relati per Vargas.*de nobilit.diſcurſu* 15.*n.* 2. *propè finem.*

Verbo ALAPA.

ALAPA reputatur gravis injuria, *l.* 20. & ibi Gregor. verbo *en el ojo,tit.*9 *part.*7. Fr.Emman.Roderic. *tom.*1.*quæſt.Regul.q.*15.*art.*3.*verſ.*9. Et eſſe atrociſſimam injuriam ex Bald.& aliis tradit Bobadil.*in ſua Polit.tom.*1.*lib.*12.*cap.*14.*n.*43.*de* quo vide Farin. *in tract.de variis & diverſ.crimin. p.*3.*q* 97.*n.*157.*&* *q.*105.*n.*207.*cum ſeq.* Aloyſ.Riccius *in coll. ill.dec.p.*3.*collect.*170.Et dicitur gravis vel levis ex facti & perſonarum qualitate, Maſc. *de prob. concl.* 1131.*n.*4.Et in hoc communis opinio hominum attendi debet,Perez *lib.*8. *Ordinam p.*380 An ſit caſus elogii,vulgo *de vaſſa,*vel querelæ alapa in vultu? vide Phœb. *arreſto* 93.*p.* 2. Ubi etiam quod ex alapa poſt intervallum unius diei non fuit adjudicata pœna ordinaria mortis uni, qui alium occidit, & ibidem diſputat an licitè quis poſſit occidere percutientem ejus maxillam manu vacua? ad quod citat text.*in l.prætor edixit.*§.*fin.ad finem,ff de injur.* Maſcard.*de prob.concl.*491,*n.* 7. & Farin.*quæſt.*4.*num.* 207.

Alapam dans judici tenetur pœna mortis, Avil. *ad c.*1.*Prætor.n.*12.*fol.*42. Cotta *in memorab.*verbo *poteſtas,p.*986.Fr.Emman.Roder *tom.*1 *quæſt.Regul q.*22.*art.*1 Quid ſi ſit in ſindicatu? vide Tiraquel. *tr.ceſſante cauſa,limitat.*15.*n.*10. Avil.*ad dict. cap.*1. *Prætor.num.*9.*fol.*73.*verſo.*

Verbo ALIENARE, ALIENATIO.

ALIENATIONIS appellatione quæ contineantur? vide Barboſ.*tract.de apellat.verbor. utriuſque juris ſignificat.* verbo *alienatio,*14 *num.* 1. *cum ſeq.*

Alienationis appellatione venit emphyteuſis,*ult. Cod.*

Cod de rebus alien. non alien. c. nulli, de rebus Eccles. non alien. Molin. *de primogen. lib. 1. cap. 21. num. 31.* Cald. *de extinct. emphyt. c. 5 n. 53.*

r *Alienare* prohibitus quæ prohibeatur facere? Vide Barbos. *ad cap. nulla 5. de reb. Eccles. non alien. n. 10. cum sequentibus.*

Alienatione prohibita, prohibetur & omnis actus per quem pervenitur ad illam, Surd. *dec* 278. *n.* 2. Et prohibetur etiam conceſſio emphyteuſis, Barbos. *d. cap. nulli, n.* 17.

Alienare prohibitus extra familiam poteſt uni de cognatione dare etiam in gradu remotiori, Menoch. *conſ.* 327. *num.* 104. etiam fœminæ. Maſcard. *de probat. concl.* 1236. *n.* 42.

Alienare videtur qui non acquirit cum poteſt; Surd. *de alim. tit.* 7. *q.* 15. *n.* 20.

Alienare qui non poteſt, nec poterit compromiſſum facere, ut eſſe receptum tradit Jaſ. *in l. fin. n.* 119 *Cod. de jure emphyt.* Dec. *conſ.* 39. Capic. *deciſ* 93. *n.* 3. Socin. jun. *conſ.* 77. *lib.* 1. Blanc. *de compromiſſ. p.* 4. *num.* 28. Tiraquel. *de jure mariti gloſſ.* 5. *n.* 202. Et de compromiſſo neceſſario, vide Cald. *in l. ſi curatore*, Verbo *læſis, n.* 5. *col.* 4 Sicut nec tranſigere poterit; *l. non ſolum Cod de prædiis min. c. cum tempore, de arbit.* Dec. *conſ.* 44. *n.* 5. Pinel *in l.* 1. *Cod. de bonis maternis, p.* 3. *n.* 44. Molin. *de primogen. lib.* 4. *cap.* 9. *n.* 10. Ut etiam nec dividere bona, Valaſc. *conſult.* 53. *n.* 4. Gam. *deciſ* 300. *n* 4. Alia vide per Barboſ. *in rec. inviſſ. ad Ordinat. lib.* 5. *tit.* 2. *num.* 12. *cum ſequentibus.*

Alienare poteſt Epiſcopus rem immobilem parvam abſque ſolemnitatibus. Barboſ. *ad cap. terrulas* 12. *quæſt.* 2. *& de Offic. & poteſt. Epiſcopi, p.* 3. *allegat* 95. *num* 50.

Alienatio neceſſaria poteſt fieri lite pendente, Surd. *de alim. tit.* 9. *q.* 32. *num.* 68.

Alienatione rei Eccleſiaſticæ ſolemnitates præſumuntur interveniſſe ex antiquitate temporis Rebuf. *in compend. alienat. num.* 12. Valaſc. *conſult* 89. *n.* 2. Tiraquel. *de præſcript. pag.* 107, *verſ.* 36. Maſcard *de probat. concl.* 75. *n.* 14. & 15. *concl.* 487. & *concl.* 1316. *n.* 3. Næv. *conſ.* 3. *de cenſibus, num.* 7. Menchac. *illuſtr. cap.* 6. *num.* 3. & 4. Gam. *deciſ.* 49. & 83. & *deciſ.* 325. *num.* 3. ubi quod alienatio rei Eccleſiaſticæ valida eſt non obſtante allegatione defectus ſolemnitatis; ſi tempus longiſſimum tranſactum ſit, quia ſolemnitas extrinſeca præſumitur interveniſſe ex diuturnitate temporis, quamvis notarius nullam fecerit mentionem in ſcriptura de prædicta ſolemnitate, quæ eſt tractatus, utilitatis diſcuſſio, ſuperioris conſenſus, & hujuſmodi.

Verbo ALERE; ALIMENTA, & ALIMENTARE.

ALIMENTA & litis ſumptus an dives pendente lite teneatur inopi litigati ſubminiſtrare, vide Mendoz. *in praxi ſæculari, lib.* 1. *c.* 4. *n.* 1. ubi pro affirmativa parte refert in Senatu deciſu quando lis eſt inter eos quibus aliàs de juræ naturæ alimenta debentur, & pro eo adſit aliqua præſumptio juſtitiæ. Et lite pendente ſuper præbenda Eccleſiæ poterit ſe interim poſſeſſor ex ejus fructibus alere, Ricc. *deciſ. Cur. Arciepiſcop. Neapolit. p.* 1. *deciſ.* 191 *n.* 3. ubi etiam quod quando omnibus ſequeſtratis nihil ſupereſſet unde poſſit litigans vitam ducere, litemque ſuſtinere, ſunt nihilominus præſtãda alimenta litis expẽſis. Et Monacho accuſanti Abbatẽ debentur expenſæ litis de bonis monaſterii, juxta qualitatem ſuæ perſonæ, & reditum monaſterii: ſic etiã filio & uxori litiganti tenetur pater & maritus alimenta præſtare, Ricc. *d. p.* 1. *dec.* 191. *n.* 3. & *deciſ.* 251. *num.* 18. *p.* 2. Barboſ. *in cap. Olim* 26 *de accuſat. numer.* 2. ubi *numer* 3. quod hujuſmodi ſumptus & expenſæ non poſſunt repeti, etiamſi quis ſuccumbat, & idem *de alimentis lite pendente præſtitis.*

Alimenta poteſt filius à patre percipere pendente cauſa filiationis ex ſummaria cognitione mandato judicis, Ricc. *dicta deciſ.* 191. *num.* 3. Cov. *pract. c.* 6. *n.* 8. ubi etiam quod non repetuntur poſtea, etiamſi filius ſuccumbat. Et circa alimenta filiis debita, vide Barb. *in addit. ad Collect p.* 114. *col.* 2. ubi quod pater poſt triennium tenetur filium ſuũ alere, quæ obligatio ipſi, & non matri incumbit, & hoc etiam juxta ſtatum ſeu dignitatem perſonæ, & ibidem limitat ſi mater ſit dives, & pater pauper.

Alimentorum materiam vide per Menoch. *conſ* 8. *n.* 20. *cum ſequentibus, & conſ.* 62. Cordub. *in l. ſi quis à liberis, ff. de liberis agnoſcendis*, & Surd. *tract. de alimentis.*

Alimenta tam debentur filiis legitimis, quàm naturalibus, quia quando tractatur de alimentis, æqualis eſt omnium filiorum conditio, Surd. *de alim. tit.* 7. *quæſt.* 9. *n.* 5. Stephan Gratian. *diſceptat. forenſ. cap.* 567 *num.* 26. ita & parentes à filiis alũntur, *l. ſi quis a liber. § ſed ſi parens ff. de liber. agnoſc.* Gom. *l.* 9. *Tau i, un.* 46.

Alimenta præſtãda ſunt juxta parentum facultates, & perſpecta filiorum qualitate, gloſ. *in l. nepos Proculo ff. d verbor ſignificat.* Cov. *de ſponſal. q.* 2. *c.* 8 *§.* 6. *n.* 7. Perez *tit* 1. *l.* 3. *Ordin. p.* 454. Farin. *dec.* 431 *in noviſſ n.* 5. Cardoſ. *in praxi judicum*, verbo *alimenta, n.* 17. Et regulariter præſtantur & ſunt ſolvenda ſecundùm dignitatem, & qualitatem perſonæ cui debentur. Surd. *de alim. t.* 4 *q* 18 *à n.* 1. Et ſolvuntur ex reditibus & fructibus patrimonii. Idem *q.* 9. *à n.* 1. Ex fructibus, reditibuſque parentum ali debẽt filii, nec proprietates vendi debent, G. *l.* 9. *Tauri*, *a.* 40. Surd. *d. tit.* 4. *quæſt.* 9. & *tit.* 8. *quæſt.* 6. *num.* 22. Et ſunt præſtanda intra domum, Stephan. Gratian. *diſceptat. forenſ c.* 552. *n.* 41. *cum ſequentibus.* Item extra domum præſtari debent ab illo, qui tenebatur præſtare domi, quando ſunt ortæ inimicitiæ. Cabed. *deciſ.* 178. *p.* 1 Cald. *de poteſt. nomin cap.* 1. *num.* 38. Et ſi filius nolit alimenta à patre recipere, & velit ad Indos proficiſci, non poteſt pater abſque juſta cauſa eum compellere ut ſibi inſerviat, Sanch. *de matrim. lib.* 6. *diſput. t.* 39. *num.* 6.

Alimenta præſtanda ſunt in domo patris, Cordub. *l. ſi q is a liberis, in princip, num.* 8 *ff. de liber. agnoſcend.* Et ſi filius habeat unde ſe alat, nil à patre conſequi debet, Menoch. *conſ.* 321. *num.* 26. Idem eſt ſi ſit robuſtus; qui poſſit ſe alere ex operibus corporalibus, Barboſ. *in l.* 1. *ff. ſoluto matr. p.* 4. *n.* 61. Et ſocer debet præſtare alimenta nurui, Menoch. *de arbitr. caſu* 348. *n.* 14. Et idem in genero, Menoch *conſ.* 22. *num* 3 Et quod debeant præſtari in domo hæredis, tradi Menoch. *conſ.* 62. *n.* 2. Si filius ſpiritualis eget, tenetur eum alere pater ſpiritualis, Cened. *ad decretum, collect.* 38. *num.* 1.

Alere tenetur mater filios triennio, Barboſ. *ad cap. ult. de converſ. infidelium, num.* 8. poſt triennium tenetur pater alimentare filium, niſi vivere poſſit ex ſuis bonis vel officio, Cardoſo verbo *alimenta num.* 13.

Alimenta non tenetur præſtare pater filio, qui habet bona propria, ſecus ſi habet proprietatẽ ſine uſufructu, Barboſ. *in l. maritum, n.* 13. *ff ſoluto matrim*

Alimenta pater tenetur præſtare ſpurio, *cap. cum haberet, de eo qui duxit in matrim.* ubi Barboſa *n.* 4. *cum ſeq. l.* 2. *tit.* 19. *p.* 4. & ibi Gregor. verbo *padre* Beja *reſ. caſuum conſcient. p.* 2. *caſu* 12. Non tamen ſi habeat unde ſe alat. Stephan. Gratian. *diſceptat.*

forenſ. cap. 586. *num.*16.*cum ſequentibus*, cum aliis citatis per Barboſ. *ad dictum cap. cùm haberet*, *num.*11.

Alimenta ſpurio præſtantur ſecundùm neceſſitatem,non ſecundùm dignitatem,Surd.*de alim tit.*4. *q.*18. .49.Molin. *de primogen.lib.*2.*c.*15.*n.* 55. Bernard.Græv.*ad pract.Cam.Imper.lib.*2.*concl.*38. Stephan.Gratian. *diſceptat forenſ.c.*112.*&* *c.*586.*n.*29. *&* *c.*613 *a n.*6.Cald. *forenſ.quæſt.*18.*n.*12. Cordub. *in l.ſi quis a liberis,*§.*idem reſcripſit,num.*48.*cum ſequentibus.ff. de lib.agnoſcend.* Barboſ *in l.*1 *ff. ſoluto matrim.p.*4.*n.*61.*&* 65. Quod ſi pater habet filios legitimos, an poſſit relinquere ſpurio ultra tertiam ad alimenta,quando tertia non ſufficit? Vide Guter *lib.*2 *pract.q.*109 ubi pro parte negativa reſolvit. Et pater poteſt ſtipulari emphyteuſim filio ſpurio pauperi ad alimenta Surd. *tit* 2.*q* 13 *n.*2.

Alimenta ſpurio debita ſunt petenda coram judice Eccleſiaſtico,Surd. *de alim.tit.*8.*privil.*9. *n.* 6. Cordub.*in l.ſi quis à liberis,*§. *idem reſcr. n.*78.*ff. de liber.agnoſc.* Molin.*de primogen.lib* 2.*c.*15.*n.*75. Barboſ. *in l.*1.*ff.ſoluto matrim.p.*4.*n.*82.

Alimenta debent dari illi, qui fuit bonis privatus,ſi pauper ſit, Surd. *de alim.tit.*1.*quæſt.*10.*n.*22. *&* *q.*123.*&* 129.*n.*2.

Alimentare tenetur creditor debitorem pauperem pro debito civili incarceratum, dum lis pendet,Cardoſ.*in praxi judicum*, verbo alimenta,*n.*8. ubi limitationes aliquas adducit, Ricc. *p.* 2. *deciſ.*291.*num.*17. Et alimenta tenetur præſtare creditor carcerato in domo eo modo quo tenetur illa ſubminiſtrare carcerato in vinculis publicis,Phœb *deciſ.*3.*p.*1.

Alimentorum appellatione quæ contineantur? vide Barboſ.*tract.de appellat.verbor.utriuſque juris ſignificat.*verbo *alimenta* 15.*num.*1.*cum ſequentibus* ubi plures citat, quibus adde Cald. *forenſ.lib.*1. *quæſt.*18. *num.*13. Stephan. gratian.*diſcept. forenſ. cap.*610 *n.*10.11.*&* 12.

Alimentorum obligatio tranſit ad hæredes in filiis illegitimis & ſpuriis, mortuo patre, ex citatis per Barboſ. *in cap.cum haberet, numero* 5.*de eo qui duxit in matrim.*

Alimenta de ſui natura ſunt executiva,& cauſa eorum ſummaria, & non poſſunt dilatari,nec ſuſpendi, cùm venter non patiatur dilationem, Caſſad.*deciſ.unic.n.*1.*de m tuis petit.*Surd.*de alim tit.*8. *privil.*60.*num.*5.8.10.*&* 11.Lotter.*de benefic.lib.*1. *q.*38.*n.*3.Ricc.*deciſ.Cur. Archiepiſco .Neapolit.p.*2. *deciſ.*272. Cardoſ.*in praxi judicum*,verbo *alimenta num.*5.

Alimentorum cauſa dicitur pia & favorabilis, Surd.*de alim,tit.*8.*privil* 1.*num.*1.*cum ſeq.*in quibus appellatio non poteſt ſuſpendere executionē cùm agitur de alimentis futuris, ex citatis per Barboſ. *in remiſſ.ad Ordinat.lib.*3. *tit.*70. *in princip.num.* 8. quibus adde Phœb.*arreſt.*72.*p.*2.Cabed.*dec.*56 *p.*1 Cordub.*in l.ſi quis à liberis,*§.*ſi vel parens,n* 32.*ff. de liber.agnoſc.* Tiraq.*de privil.piæ cauſæ,priv.*153. ubi etiam idem reſolvit in pia cauſa, Aloyſ Ricc. *deciſ.Cur. Archiepiſcop.Neapolit.p* 2.*dec.*131.*n.*3.9. *&* 10. Steph.Gratian. *diſceptat.forenſ.cap.*665.*n* 1. *&* *cap.*726.*n.*18. *cum ſeqq.* Et in alimentis præteritis ſi petantur, erit locus appellationi,Surd.*d. privil.*60.*n.*15.Nec auditur appellans niſi priùs ſolvat alimenta,idem *d.tit.*8 *privil.*96. Nec in cauſa pauperis admittitur appellatio, ut per eundem *deciſ.* 60.*num.*23.

Alere patrem potius tenetur filia quàm maritum. Surd. *de alim.tit* 1.*q.*33.*n.*33. & quàm filium, Azor, *inſtit.moral.p.*2. *lib.*2. *cap.*2. *col.*130.& filia excluſa à maſculo, debet ali ab eo & dotari,Cov *de ſponſal.p.*2.*cap.*8.§.6.*n.*4. Et extra caſum neceſſitatis vir potius tenetur alere uxorem quàm parentes, Sanch. *de matrim.lib.*9.*diſp.*4.*n.*26.Et extra caſum extremæ neceſſitatis potius quis filium, quàm patrem,Sayr.*clavis Reg.l.*7.*q.*5.*n.*16.Et primogenitus ſucceſſor alicujus majoratus & dignitatis tenetur aliis fratribus providere de alimentis. Cord.*in l.ſi quis a liberis,*§.*idem ſcripſit num.*1 .8. *&* 139.*ff.de lib.agnoſc.*Surd.*de alim.t.*1.*q.* 27. Mol. *de primog.lib.*2.*c.*1 .*n.*57.*cum ſeq.*ubi *n.*67.quid in nepotibus ex fratre,ubi quod frater majoratus poſſeſſor non tenebitur alere, vel dotare fratrum vel ſororum filios, etiam eorum parentibus mortuis, niſi eis legitima à primo inſtitutore debeatur, quæ obligatio in fratribus atque ſororibus finitur.

Alimenta lite pendente præſtanda ſunt uxori & filio etiam divitibus, Valaſc. *conſult.*1.*n.* 2. Barboſ. *in rub.ſoluto matrim.p* 1. *n.*18. Cordub *in l.ſi quis à liberis,*§.*ſi vel parens,n.*64.*ff.de lib.agnoſcend* Stephan. Gratian *diſceptat.forenſ.cap* 567.*num.*23. *cum ſequentib.*Aloyſ.Ricc *deciſ.Cur.Archiep. Neapolit.p.*1.*deciſ.*191.Et ſumptus ad litigandum,Gonzal. *reg.*8 *Cancel.glo.*2.*n.*45.Et non poſſunt repeti etiamſi quis ſuccumbat,Gratian. *diſc. forenſ.c.* 33. *n.* 27.*&* 28. *cum ſequentibus, & c.*236.*n.*54.*cum ſequentibus*,Ricc. *p.*2.*deciſ.*251.*n.*19. Et de alimentis præſtandis filio hæreditatem patris petenti, vide Ricc. *dict. dec.*251. ubi refert alia plura. Et de alimentis agi non poteſt niſi poſtquam conſtiterit illa eſſe præſtanda,Cald.*quæſt.forenſ.quæſt.num.*70. Gratian. *forenſ. cap.*552. *num.*4. *cum ſequentibus*,& faciunt quæ *c.*559.*n.*4. Fallit in ſervo proclamante ad libertatem, qui petit alimenta ſibi à domino præſtari,Phœb. *arreſto* 44.*tom.*1. Onde diſe que el Señor nueſtro tien obligacion de dar donze in al ſu eſcravo cativo pera quaſtar no demanda que lheguer mover ſobre ſe fortar, e que aſſi ſe julgen no Senado

Alimenta pendente accuſatione debentur accuſato,Farin. *de delict.p.*5.*quæſt.*143,*num.*42.Ricc.*d. deciſ.*251.*n.*7. Quid ſi uxor recedat à viro propter concubinas? Vide Farin. *dicta quæſt.*143. *num.* 46.

Alimenta debent ſubminiſtrari filio & filiæ pendente lite ſuper hæreditate paterna,Ricc.*d.dec.*251 *num.*1.*&* 6. ubi *num* 2. idem in pronepote & quolibet deſcendente à teſtatore, & *num.*3.*&* 4 etiam quod lis pendeat de alimentis præſtandis,idē proedit in ſorore, & *n.*5. quod frater litigans petens ſucceſſionem fratris debet habere alimenta,& *n.*8. quod clerico beneficio ſuſpenſo, niſi habeat alia bona, debentur alimenta,& *num.*11. quod pupillo litiganti contra patruum de inofficioſo teſtamento alimenta debentur,& *n.*12.quod alimēta debentur etiam pendente lite, & proceſſu ipſorum alimentorum & *n.*13.*&* 15.quod uxori accuſatæ de adulterio lite pendente ſunt ſubminiſtranda alimenta,

Alimenta debentur ei cujus bona ſunt ſequeſtrata, & alia ſibi non remanent ex quibus alatur, Valaſc. *conſult.*1.*n.*1.*ubi n* 7.quod danda eſt cautio de reſtituendis præfatis alimentis, vel computandis in fine litis,& *num.*9.*verſ.nec exiſtimo*, conſulit quod adeat Regem quiſquis hoc deſideravit, qui tanquam viva lex poteſt præſumptionibus, quæ ſibi ſufficientes videbuntur, & præhabita informatione judicum alimenta,& litis ſumptus decernere,ut aliquando impetratum vidiſſe teſtatur, & plura in hac materia vide per Mol.*de primog.lib.*2. *cap.ult.* Cald. *quæſt.forenſ.lib.*1. *q.*21.*n.*38.

Alimenta debentur in principio, non autem in fine anni, Farin. *deciſ.Rot.Rom.*244.*n.*10.

Alimenta taxantur arbitrio boni viri.Gloſ. *in* §. *conſideremus*, verbo *legitima*,*in Auth.de triente & ſemiſſe*,

semisse Surd. *de alim. tit. 4. q. 23. num. 41.* Steph. Grat. *disceptat. forens. c. 613. num. 1.* ubi *num. sequent.* quo pacto sint taxanda ? de quo etiam Menoch. *de arbitr. casu 169.*

Alimenta recipiens non tenetur dare fidejussorem. Phœb. *p. 2. arresto 89.* Mendez *in praxi, lib. 1. cap. 4. n. 1.* quamvis contrarium sequatur Barb. *in cap. Odoardus, n. 25. de solution.*

Alimenta petens filius interim dum lis pendet, debet probare summariè saltem per unum testem filiationem, vel per famam, & non tenetur postea restituere alimenta data, Gov. *pract. cap. 6. ad finem,* Cordub. *in l. si quis à liber. §. si vel parens num. 39. & n. 54 ff. de lib. agnoscend.* Menoch. *de præsumpt. lib. 1. præsumpt. 35. num. 32. & 36.* Vincent. de Franch. *decis. 336.* Gam. *decis. 152. num. 1. & decis. 225. n. 2. & 3.* Barb. *p. 1. rub. ff. soluto matrim. num. 18.* Et non possunt repeti si succubuit. Surd. *de alim. t. 6. q. 20.* Aloys. Ricc. *decis. Cur. Archiepiscop. Neapolit. p. 2. decis. 251. n. 19.* Et admittitur repulsatio testium, Menoch. *de arbitr. quæst. 32. num. 10.* Barbos. *in l. 1. ff. soluto matrim. p. 4. num. 74.* ubi *num. 60.* agit de cautione.

Alimenta præterita non potest filius petere à patre, *l. si quis à liberis, ff. de liber. agnoscend. junctâ l. cum postulassem, ff. de damno infecto.* Dec. *in l. de alimentis, n. 6. Cod. de transact.* Afflict. *decis. 10. in fine,* Garc. *de expensis, cap. 4. n. 22. vers. de alimentis,* Tiraquel. *de jure primogen. quæst. 75. n. 4.* Chassan. *in consuetud. Burgund. pag. 217. versa, num. 7.* Quia debentur per officium judici, & sunt alimenta debita jure sanguinis, non autem jure actionis, Burs. *cons. 120. num. 42. l. primo,* Surd. *de alim. tit. 5. quæst. 1. n. 40 & 43.* Steph. Gratian. *discept. forens. c. 104. num. 57.*

Alimenta possunt denegari ei, qui ex quacumque causa potest exhæredari, Glos. 1. *in l. fin. Cod. de alend. liberis, l. 6 tit. 19. p. 4.* Tiraq. *de prim. q. 62. n. 19.* Gom. *var. tom. 1. cap. 11. num. 13.* Cord. *in l. si quis à liberis, §. idem judex, à principio, ff. de liber. agnoscend.* Pereg. *de jure fisci, p. 178. num. 82.* Vald *ad Soar. p. 2. p. 53. & 57.* Surd. *de alim. tit. 7. q. 1.* Phœb. *decis. 45. num. 2. tit. 1.* Gab. Pereir. *decis. 19. n. 8.* Cald *forens. lib. 1. quæst. 18. n. 9. & n. 26.*

Alimenta filiis data non conferuntur, nec imputantur in legitimam, quia ex necessitate legis debentur, *l. quæ pater ff. fam. herciscæ.* Surd. *de alim. tit. 8. privil. 57. & tit. 9. q. 34. in princip.* Valasc. *de partit. cap. 13. num. 33. & n. 85.* alter Valasc. *tit. 1. alleg. 59. n. 10. cum sequent.* Gam. *decis. 140. & decis. 164* Barb. *de offic. & potest. Episc. p. 2. alleg. 19. n. 65.* Nec patet imputat filio alimenta quæ præstitit, Surd. *d. tit. 9. quæst. 2. n. 6.* Et de vestibus quotidiano usui servientibus, quod non debeant conferri, resolvit Gam. *decis. 310. n. 13.* Et quod conferri debent illa omnia quæ ultra dotem monialis solent insimul dari monasterio, putà valor vestium, cum quibus ingressa est, lectum, culcitra, & linteamina, & alia similia, tradit Valas. *d. c. 13. n. 36. & 37.*

Alimenta quæ mater, tutrix, vel curatrix filiæ ei præstitit, potest repetere, ut probat tex *in l. Nesennius,* ubi Bart. *ff. de negot. gestis,* Masc. *de probat. concl. 76. num. 5.* Surd. *ne alim. tit. 6. quæst. 8. n. 46. cum sequentibus.* Quid si filia fecit aliquod servitium matri ? Vide Gam. *decis. 216. num. 2. & decis. 362. incip. judex in causa,* ubi quod servitium cum alimentis compensandum, quando locari solet, & mercedem meretur.

Alimenta tenetur præstare frater dives fratri vel sorori pauperibus, Guter. *de tutel. p. 2. cap. 3. à num. 19.*

Alimenta prius reservantur aviæ, quàm neptibus, Surd. *de alim. tit. 7. quæst. 15. ad fin.* Steph. Grat. *disceptat. forens. c. 552. num. 2.* Et avia ardentiùs amat nepotes, quàm mater, *l. liberorum, in fin. ff. de verbor. significat.* Surd. *de alim. tit. 4. quæst. 13. num. 26.*

Alere nepotes & neptes non tenetur avus maternus, quando pater non eget & est superstes, Surd. *de alim. tit. 6. quæst. 7. num. 13.* Cordub. *in l. si quis à liberis, §. non tantùm, num. 69. ff. de liberis agnoscendis.*

Alimenta potest præstare judex secularis mulieri lata sententia contra eam ab Ecclesiastico judice, Barbos. *in l. 1. ff. soluto matrim. p. 1. num. 58.* Surd. *de alim. tit. 8. privil. 10, num. 4. & 5.* Ricc. *decis. Cur. Archiepiscop. Neapolit. p. 2. decis. 103. n. 3.* Mart. *de jurisdict. p. 2. c. 8. num. 35. cum sequentibus,* & durante lite intentata ad divortium, cogendus est vir in foro externo alimenta & litis expensas ministrare uxori ad condemnationem, Sanch. *de matrim. l. 10. disp. 8. n. 28.* Bernard. Græv. *ad pract. Cam. Imper. lib. 1. concl. 17. considerat. 3. n. 8.*

Alimenta cum vita extinguuntur, Steph. Gratian. *disceptat. forens. cap. 104. n. 38.*

Verbo ALTERNATIVA, ALTERNATIVÈ.

ALTERNATIVA Apostolicæ Sedis concessa pro Episcopis residentibus prodest Capitulo in beneficiis pertinentibus ad collationem utriusque, Put. *p. 3. decis. 88.* Gonzal. *ad reg. 8. Cancel. glos. 24. num. 48. cum seq.* Stephan. Gratian. *discept. forens. cap. 115. num. 11.* Hæc alternativa conceditur Episcopis residentibus, Flamin. *de resignat. lib. 1. q. 10 num. 45. cum seq.* ubi *num. 57.* quod hujusmodi potestas videtur data accumulativè, non privativè. Et præscriptione acquiri potest alternativa. Mascard. *de probat. concl. 1214. num. 47.* Et potiuntur eâ Episcopi absentes, causa Reipublicæ, ita Flamin. *de resignat. lib. 1. q. 10. n. 58. cum sequentibus,* Grat. *c. 166. n. 13.* Et Prælati inferiores Episcopo, ut est Prior Vimaranensis, non potiuntur alternativa. Flor. *var. quæst. 4. n. 50.* Garc. *de benefic. p. 5. cap. 1. num. 418.* Et vacante Sede Apostolica cessat alternativa, Flor. *d. quæst. 4. n. 5. cap. 1.* Garc. *d. cap. 1. n. 645.*

Alternativæ natura est ut verba posita in una ejus parte interpretentur, & declarent verba alterius partis, Menoch. *cons. 122. num. 3.*

Alternativis sufficit alteram partem esse veram *l. si is qui ducenta, l. utrum, ff. de rebus dubiis, l. si quis ita stipulatus fuerit, ff. de verbor. obligat. cap. in alternativis, de regul. jur. lib. 6.* Cald. *de nominat. quæst. 10. n. 51. cum sequentibus, & de renovat. quæst. 18. n. 14.* Cotta *in memorabilibus,* verbo *alternativarum,* Spin *de testam. glos. 8. n. 34.* Reinoso *in suis observat. pract. observat. 14. n. 2.* ubi *n. 3.* asserit, quod ejus est electio, in cujus favorem verba alia natura proferuntur, & quando agitur cui danda sit electio, attenditur persona ad quam verba diriguntur.

Alternativè ubi aliquid promittitur, sufficit unũ adimpleri, Valasc. *cons. 10. n. 29.* Cald. *de potestate eligendi, cap. 4. n. 39.* Flor. *Var. quæst. 21. n. 19.*

Alternativa remedia conceduntur *l. 3. §. Scævola, ff. de eo quod certo loco,* Gom. *tom. 2. var. cap. 11. n. 41.* Stephan. Gratian. *disceptat. forens. cap. 599. num. 1.* Et actoris est electio, *l. quod in hæredem, §. eligere, ff. de tributor. act.* Gom. *ad l. 59. Tauri, n. 30. col. 4.* Et electio est debitoris, *reg. in alternativis, de reg. jur. l. 6. l. 3. ff. de eo quod certo loco, l. plerumque, ff. de jure dot.*

Alternativè pœnis impositis quando electio detur reo? Vide Barbos. *ad cap. sicut Judæi 9. num. 6. de Judæis,* ubi ait quod si verba legis pœnas alternativè

irrogantes

rogantes ad judicium referuntur, ipsius erit electio, si verò reum respiciunt, veluti solvat centum vel recedat à civitate, ad illum electio spectabit.

Verbo Amicitia, & Amor.

AMICITIA similis est consanguinitati, notatum est *in libello de princ. utriusque juris, lit. A n.*84. Et amicus arctissimus præfertur consanguineo, Surd. *de alim. tit.* 1. *q.* 88. *n.* 1. Plura de amicitia vide per Rebuff. *de privil. scholar. privil.* 104. Tiraquel. *de pœnis causa* 22 *per totam*, ubi latissimè, & *in l. si unquam*, verbo *libertis*, *n.* 92. *Cod. de revocandis donationibus.* Ubi quod nulla amicitia major fraternitate.

Amor conjugalis vincit omnem amorem, Cald. *de nominat. quæst.* 3. *num.* 13. Tiraquel. *in l. si unquam in præfat. n.* 12. & verbo *liber. n.* 117. *cum sequentibus.* Et nullus amor vincit paternum, Aloys. Ricc. *dec. Cur. Archiepiscopat Neapolit. p.* 1. *decis.* 186. *n.* 2. & *p.* 2. *decis.* 21. *num.* 5 *cum sequentibus.*

Amore captus æquiparatur ebrio, Barbos. *ad c. cùm in juventute, de præsumpt. num.* 5. & *ad cap. veniens* 10. *de sponsal.*

Verbo Annatæ.

ANNATÆ fuerunt introductæ à Bonifacio IX. *anno* 390. ut probatur *in supplem.* 1. *Chronicor. fol.* 355. de quo etiam vide Illesc. *in Chronic. Pontific. lib.* 9. *cap.* 9. *pag.* 37. Et de annatis atque quindenniis, vide Azor. *instit. moral. p.* 2. *lib.* 7. *cap.* 12. & 13. *col.* 855. *cum sequentibus.* Et annata non solvitur de canonicatibus, Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancel.* §. 7. *proœm. n.* 166. *cum sequentibus*, nec de Vicariis perpetuis, ubi computantur emolumenta & obventiones, idem *gloss* 5. §. 3. *num.* 8. Et sunt introducta quindennia, quia redditus quindecim annorum constituit justum pretium, *l. si quis argentum*, §. *sin autem*, *Cod. de donat.* Flamin. *de resignat. lib.* 4. *quæst.* 10. *num.* 4.

Verbo Animal.

ANIMAL captum alieno laqueo est capientis Paul Comitol. *respons. moral. ib.* 4. *q.* 19. Steph. Gratian. *discept. forens. cap.* 13. *n.* 19.

Animalia mea possum immittere in terram vacuam, quam quis habet juxta domum meam, Surd. *decis.* 236. *num.* 12. ubi cum aliis hoc probat per regulam, quod alii prodest, & mihi non nocet, concedere teneor, juxta textum *in l.* 2. §. 1. *ff. de aqua pluvia arcenda.*

Animalis reperti in segetibus & vineis retentio licita est donec damnum emendetur, Menoch. cum aliis quos citat *de interdict. remed.* 9. *recuper. possess. num.* 281. Stephan. Gratian. *discept. forens. cap.* 80. *num.* 2. & 3. & *decis.* 57. *n.* 12. Chassan. *in consuetud. Burgund. rub.* 1. §. 5. *in princip.* verbo *en mesusage pag.* 28. & *pag.* 71. *versa*, & 72. *num.* 11. & 13. Ubi cum Bart. quem citat resolvit satius esse reponere in manibus justitiæ, & si animal pereat post inclusionem, peribit periculo domini, si captura fuit justa, & constet de consuetudine includendi, & ignoretur dominus animalis, de quo vide etiam Gregor. *ad l.* 24. *tit.* 15. *part.* 7. verbo *enserre*, *ex decis.* 45. Avend. *de exequend. mandat. cap.* 13. *n.* 2. *p.* 1. Cardos. *in praxi judicum*, verbo *animal*, *num.* 9. Barbos. *in remiss. ad Ordinat. l.* 5. *tit.* 87. *in rub. num.* 3. Et si dum retinuit fecit expensas cum animali, non tenetur probare. Surd. *de alim. tit.* 6. *quæst.* 23. *n.* 18. & *tit.* 8. *privil.* 2. *n.* 3. Gratian. *de cis. cap.* 80. *n.* 11. & 12.

Verbo Antiqua, & Antiquus.

ANTIQUA quàdo probent? Vide multos casus apud Ricc. *in collect. dec. p.* 2. *coll.* 383.

Antiquior meliùs præsumitur scire veritatem, Alciat. *de præsumpt. reg.* 1. *præs.* 145. & ibi additio lata.

Antiquum quid dicatur? Vide Tiraquel. *in l. si unquam*, verbo *omnia*, *num.* 31. *pag.* 175. *Cod. de revocand. donat.* Menoch. *de arbitr. casu* 3 Guter. *cons. num* 5. Garc. *de benefic. p.* 12. *cap.* 2. *num.* 261. *cum sequentibus*, ubi quod requiritur tempus centum annorum.

Verbo Appellare, & Appeliatio.

APPELLATIO summè est necessaria, ita ut dicat D. Bernard. *lib.* 3. *de consider. ad Eugenium*, *col.* 1029. Fateor grande & generale mundo bonum esse appellationes, idque tam necessarium quàm solem ipsum mortalibus. Et dicit Put. *de synaicatu*, verbo *appellatio*, *cap.* 4. *n.* 1. *in fine*, esse juris divini, & vide alia per Azeved. *tit.* 18. *l.* 4. *in princ.* qui ibidem *in l.* 1. dicit quod appellatur Theriaca contra judicum venenum, probant etiam Bald. *in l. unic. Cod. si de mon. cnt. possess.* Curt. *cons.* 63. *num.* 8. Surd. *de alim. tit.* 8. *privileg.* 60. *n.* 4. & *tit.* 9. *quæst.* 32. *num.* 63. *cum sequentibus*, Bobadil. *in sua polit. lib.* 2. *cap.* 21. *num.* 219. Næv. *ad l.* 1. *ff. à quibus appell. non licet*, *num.* 115. Azeved. *ad Cur. Pisan. lib.* 4. *cap.* 6. *num.* 47. *cum sequentibus.* Ubi etiam ait mortaliter peccare eos qui appellant à sententia justa, & teneri ad restitutionem damnorum ac expensarū. Et appellationi favendum, Surd. *decis.* 36. *num.* 4. Et regulariter appellatio magis favorabilis est quàm sententia, Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancel.* *gloss.* 9. §. 1. *in anno. tat. num.* 205 Et an consuetudine vel statuto possit tolli appellatio ad Principem, vide Næv. *ubi proximè*, *n.* 17. *cum sequentibus.*

Appellatio interponenda est infra decem dies, ex citatis per Barbos. *in cap. quoad consultationem* 15. *num.* 3. *cum sequentibus*, *de re jud.* Ubi declarat quibus adde Sesse *de inhibit. cap.* 8. §. 4. *à num.* 70. Et debet quis probare intra decennium appellasse, Menoch. *de præsumpt. lib.* 2. *quæst.* 95. *num.* 2. Mascard. *d. probat. concl.* 114. *num.* 14. Tiraq. *de retract. lig.* §. 1. *gloss.* 11. *num.* 21. & *gloss.* 16. *n.* 8. Et paria sunt non appellare, vel non prosequi appellationem intra tempus datum ad appellandum, Stephan. Gratian, *discept. cap.* 704. *num.* 43 Et non appellando videtur quis sententiæ acquiescere, idem *c.* 572. *n.* 12. & *num.* 46. Et appellari potest extra decennium si sententia habet gravamen successivum, *c. ex parte*, *de appellat.* Gabr. Pereira *de manu Regia*, *p.* 1. *cap.* 22. *num.* 19.

Appellationis prosequendæ tempus non currit agenti de nullitate, Cald. *de renovat. quæst.* 7. *n.* 14. cum aliis citatis per Barbos. *in cap. quoad consultationem* 15. *n.* 6. *de re jud.*

Appellari potest coram probis viris, si constet de absentia judicis à quo, *cap. fin de appellat.* ubi Barbos. *num.* 18.

Appellationi non potest renuntiare procurator cum libera in præjudicium domini, Bald. *in l. fin.* §. *sin autem*, *n.* 4. *Cod. de tempor. appellat.* Jas. *num.* 1. & Padil. *num.* 14. *in l. Præses*, *Cod. de transact.* Mascard. *de probat. conc.* 1308. *num.* 14.

Appellatione deserta sententia transit in judica

tum

tum,*l.ult.§.illud,Cod.de tempor.appellat.Clem.ſicut, de appellat.*Cavaler. *deciſ.*282.*à priccip.*Et requiritur ſententia ſuper deſertione appellationis,Aloyſ. Ricc.*deciſ.Cur.Archiepiſcop. Neapolit.p.*2.*deciſ* 83. In pronuntiatione deſertionis appellationis citari debet pars ad effectum tantùm, ut judex à quo exequatur ſententiam; ex quo lapſum eſt tempus proſequendi, & non apparet de proſequutione:ita Surd. *conſ* 139.*n.*14. & vide Ord. *lib.*3.*tit.* 70. §.3. Primus annus ad proſequendam appellationem conceditur ſimpliciter & integer ipſo jure à lege, ſine miniſterio judicis, & ſine alia conſideratione. Secundus verò conceditur etiã integer & ipſo jure à lege, ſed tamen ex cauſa, ut de uno & altero loquitur text. *in cap.cùm ſit Romana* 5. *de appellat.* Tertius verò datur non ipſo jure, ſed à judice,per viam reſtitutionis in integrum ex clauſula *ſi qua mihi juſta cauſa*; tradit Scac.*de appellat.quæſt.*15. *n.*28.*in fin.*ubi *n.*32. advertit quod hic tertius annus qui concedi poteſt via reſtitutionis in integrum propter impedimentum quod fuit in ſecundo anno, non debet eſſe integer, ſed ſolum ad tantum tempus quantum fuit impedimentum.

Appellatio à ſententia deſertæ appellationis non habet effectum ſuſpenſivum executionis,ut probat Curia Philip.*p.*1. .3.*num.*8 Quæ ſententia eſt interlocutoria,habens vim diffinitivæ,& ab ea datur appellatio, ex citatis per Barboſ. *ad Ordinat.l.* 3. *tit.*70.§.3.*num.*6.

Appellatione pendente nihil eſt innovandum, ut probatur *in tit.ff.nil novari appel.pend* & per text. *in l.appellatione, Cod.de appellat.Ordin.lib.*3.*tit.*73. *in princip* Duen.*reg.*42. Bernard.*reg.*37.Guid.Papæ *deciſ.*213. *num.*6.*&deciſ.*406. *num.*21.Cov.*pract. cap.*23. *à princip.*Neguzant.*de pignor.p.*3.*memb.*2. *num.*6.*verſ.*4. *Fallit*, Aloyſ.Ricc.*deciſ.Cur.Archiepiſcop.Neapolit.p.*1. *deciſ.*135. *num.*22.Cardoſ. *in praxi judicum*, verbo *appellatio,n.*7.*&* 17.Brunor. à Sole *in locis commmun.* eod. verbo 31. Marant. *de ord. judic.p.*4. 6. *princip. num.*171. *cum ſequentibus*, Donat. à Fin.*tom* 2. *commun.opin.lib.*7.*tit.*21.*n.*80. *pag.*306. Cot. *in memorab.* verbo *appellatione pendente. vel interpoſita*, Menchac. *uſufrequent.cap.*40 *n.*21. Surd.*de alim.tit.*8.*privileg.*10.*n.*2.*& privil.*60 *n.*18. Cald. *in l.ſi curatorem*,verbo *per quod, n.* 35. *Cod de in integrum reſtitut.minor.& de nominat.q.*5 *num.*25. Mendez *in praxi,lib.*2.*cap.*11.Maſcard.*de probat. concl.*148. Procedit quantumcunque notorium ſit frivolè & injuſtè appellatum fuiſſe, Barboſ. *in l.ſi de vi,num.*144. .*de judic.* Limita ſi res ſit tempore peritura, Hipol.*ſinſ.*258.Limita etiam in alimentis futuris Duenh.*reg.* 365. *verſ. ſeptimò fallit*, Gom.*ad l.*50.*Tauri,n.*54. Cordub.*in l.ſi quis à liberis,§.ſi vel pareus,n.*32.*ff. de libe.agnoſc.* Tiraquel. *de pia cauſa privil.*153. & vide Barboſ.*in l.*1 *ff.ſoluto matrimon.p.*1.*n.*56.

Appellatione pendente fieri poſſunt omnes actus qui tendunt ad faciliorem exitum cauſæ,*c. cùm teneamur,de appellat.*Surd.*de alim.t.*9.*quæſt.*32.*n.* 69. Et poteſt judex à quo innovare quando tendit ad faciliorem exitum appellationis Stephan.Gratian. *diſceptat.forenſ.cap.*155.*n.*41.

Appellatione pendente poteſt judex declarare ſuam ſententiam,Rot.ult. *appellat.* Joan. Andr. *in cap.ſollicitudinem,eod.tit.*Guid Papæ *in tit.de appellat.q.*116.Anton.Gabr.*tlt.de jurejur.q.*2.Robert.*de attent. p.*2.*cap.*4.*limit.*25. *n.*3. Bart. *in l.ſi quis intentione ambigua,n.*106.*ff. de judic.*

Appellatione pendente innovatio facta non ſolũ retractatur & revocatur quoad poſſeſſionem, ſed etiam quoad fructus interim perceptos,*cap.bonæ* 5 *de appellat.* Viv. *tom.*2. *commun. opin.lib.*7.*tit.* 21. *n.*281. *verſ.& hinc eſt*, Lancelot. *de attent.p.*3.*c.*31 *de pœnis attentat.n.*25.*cum ſequentibus.*

Appellatione pendente ſi appellans diſſipaverit, fructus poſſunt ſequeſtrari,*cap ult de ſequeſtrat.poſſeſſ.* Ordinat. *lib.*3.*tit.*73.§.2. ubi Barboſa.

Appellatione pendente non poſſunt cenſuræ fulminari, & fulminatæ ſunt nullæ, & attentatæ *cap.per tuas* 40.*de ſentent.excom.cap.ſolet.*2.*eod.tit. in* 6.Rota *deciſ.*20.*de appell.in nov.*Garc.*de benefic. p.*6.*cap.*2.*num.*31.

Appellatio præcedens excommunicationem eam annullat. Barboſ. *ad cap.cùm dilectus* 8.*n.*2.*de religioſ.domibus.*

Appellari poteſt judicialiter & extrajudicialiter à præcepto facto ſub pœna excommunicationis,& appellatio ſuſpendit in tantum, quod ſi judex excommunicaret,excommunicatio eſſet nulla, Barb. *in cap. Paſtoralis* 53. §.*verùm,num.*5. *& ad cap.dilecti* 52. *num.*4.*de appellat.*

Appellatio non admittitur ſuper alimentis non ſolùm parvulis præſtandis, ſed etiam majoribus, pauperrimis tamẽ,impeditiſque laborare,ſecus eſt in alimentis præteritis Cabed.*p* 1.*deciſ.*66.

Appellatio recipitur quoad eſt effectum devolutivum,non autem quoad ſuſpenſivum,in ſententia quæ fertur ſuper dote ab uxore vel viro petita, & in alimentis in futurum præſtandis,Menoch.*de inter dict.remed.*4.*adipiſc.n.*829.

Appellatio in cauſis poſſeſſoriis non habet effectum ſuſpenſivum, Bart *in l.*2.*num.*6 *ff.de appellat. recipiend.* cum quo recepta ſcribentium ſententia ut per Pariſ. *conſ* 188.*n.*20.*vol.*1.Cov.*pract.cap.*23. *n.*8. & in praxi ſervari teſtatur Afflict. *deciſ.* 269. Sed de jure Regni non procedit; quia appellare licet,& appellatio habet effectũ ſuſpenſivũ,Valaſc. *conſult.*51.*n.*48. & vide Vincent.de Franch. *deciſ.* 288. Azeved. *l.*6.*n.*6.*tit.*18.*lib.*4.*nov.recopilat.*

Appellari non poteſt ab arbitrio vel officio judicis,Innocent.*in cap.ſin.de feriis,num.*5.Felin.*in cap. exceptionem.num.de except.& in cap. per tuas*, *numer.*6.*de teſtibus*,Com.*tom.*3.*Var.cap.*13.*n.*22.*col.*3. Menoch. *de arbit.lib* 1.*quæſt.*70.*n.*13

Appellatio ubi prohibetur à ſentẽtia lata in cauſa principali,prohibita etiã cenſetur in acceſſoriis & articulis dependentibus. Bart. *in l.ſolent*, *n.* 16. *ff.de alim.& cibar.legat* Menoch.*de interdict.remed* 4. *adipiſc poſſeſſ. n.*807.*cum ſequentibus.*,Surd. *d.*27. *n.*1.Cabed. *arreſto* 43.*p.*1.Quid in executione ſententiarum? Vide Capic. *deciſ.*1. *num.*23 Si tamen ſententia feratur ſuper incompetentia, poteſt intimari gravamen in quacunque quantitate Cabed *deciſ* 48.*num.*2.*p.*1.quem vide *arreſto* 87 *p.*2.& Ordinat. *lib.*3.*tit.*20.§.9.*& tit.*70.§.6.

Appellari non poteſt omiſſo medio,niſi ad ſummũ Pontificem,*cap.dilecti,de appellat.cap. antiqua, de privil.*cum aliis,de quibus Card.*in praxi judic.* verbo *appellat.n.*41.Mend.*in praxi,l.*2.*c.*11.*n.* 11.

Appellare non licet à lege,*l.ult.§.ult.ff.quibus appellare non lic.*Nec ab executore legis,*l.ab executore Cod. quorum appel.non recip.*Gonz *ad reg.*8.Cancel. §.7.*præm.n.*85.*cum ſeqq.* Nec à pœna legis,vel canonis, ibid. *n.*87. Nec ab executivis & decreto de exequendo,ut per Steph. Grat.*diſcept. for.cap.*507. *n.*17.Guter. *conſ.*29.*n.*6.Gonzal. *in d. reg.*8.*glo.*9.*in annotat.à n.*220.Garc.*de benefic. p.*6. *cap.*2.*n.*140. Nec ab executore aut executione ſententiæ, *cap. novit* 43.*de appellat.*

Appellationis ſublato remedio non videtur ſublatum remedium nullitatis, *l. ſi expreſſim,ff.de appellat. cap.inter cæteras*, *de re jud.*Octavian.*de ſtilo Curiæ lib.*8.*cap.*1.*n.*6.Et ibi Gravat. *n.*24.

Appellatio ſuſpendit pronunciarum, & ſententia

pendente

pendente appellatione nihil operatur,*l.* 1. §.*fin. ad Turpil. l.* 2. *in fin. ff. de pœnis*,Farin.*de delict. p.*4.*conſ.* 30. *num.*118.Garc.*de benefic. p.*11.*cap.*3.*n.*91.*&* 92. Barboſ. *ad cap. venientes* 19.*n.*7 *de jurejur.*

Appellatio datur à non admiſſione articulorum, & probationis aut exceptionis partis appellantis, Gonzal *ad reg.*8.*Cancel. gloſſ.*6.*n.*22.*& gloſſ.* 9. §.1. *in annotat.n.*190. *&* 1. 1. Steph.Grat. *diſceptat. forenſ.c.*74.*n.*15.*& cap.*77.*n.*11.*cum ſequentibus*,Scac. *de appellat. q.*17.*limit* 6.*num.*7.*& n.*45.*& limit* 47 *n.*130.Surd *deciſ.*36.Et appellatio admittitur à ſententia quâ judex pronuntiavit aliquem non eſſe minorem,vel non habere reſtitutionem,Gam. *dec.* 159.*n.*2. Et de ſententia ſuper habilitatione perſonæ, vide Mendez *in praxi*, *lib.*3.*cap.*21.*n.*3. Ubi aſſerit quod ab ea ſupplicari poteſt potius per petitionem,& refert deciſum in Senatu Zam. *artigos de habilita can de pois de contrariedad ha de aver replica e treplica*,ita Phæb,*arreſt.*9.*p.*2.& ſuper attẽtatis,vide *arreſto* 22. Onde tamben decide que e perteiro de Concello nas pede facer citaciens pera a alma.Et ſententia ſuper receptione impedimentorum, vulgo embarquos, habet vim definitivæ, Marant, *de ordine judic. part.*6.*act.*1.*a n.*42.

Appellationi deferens cenſetur à ſe omnẽ juriſdictionem abdicare,& cauſã transferte in ſuperiorem,Gom Var *tom.*3.*c.*13.*n.*32.Surd.*conſ.*424.*n.*53. An poſſit judex qui non detulit appellationi præfigere terminum apellanti ad proſequendam appellationem?Vide Scac. *de appel. quæſt.* 14.*n.*15. & ibi *n.*16.agit,an eo ipſo quod judex præfigit terminum ad proſequendam appellationem, cenſeatur illam admittere,ſi à principio non fuerit recepta.

Appellari poteſt à non condemnatione expenſarum in quacunque quantitate,Gam.*dec.*65.Cabed. *arreſto* 78.*p.*1 & vide Barboſ.*in l. cum qui temerè*,*ff de judiciis*,*n.* 180. *cum ſequentibus.*

Appellatio non datur ab interlocutoria quando non affert damnum irreparabile, nec habet vim diffinitivæ,*l. ante ſententiam*,*C. quorum appellat. non recipiantur*, *c. non ſolùm*, ubi gloſ.verbo *diffinitiva de appellat.n.*6.Concil.Trident.*ſeſſ.*24.*de reformat. c.*20. *in princ.* Gonzal.*ad reg.*8. *Cancel. gloſſ.*9.§.1. *in annotat.n.*175. *cum ſeqq.* Bernard Græv.*in pract. Cam. Imperialis*,*lib.*1.*conc.*129.*n.*4. *& ſeqq.* Quarant.*in ſum. Bullar.* verbo *Archiepiſcopi auctoritas*,*n.*20. *verſ. poſt Conc. Lateran.* Cardoſ. *in praxi judicum*, verbo *appellatio*,*n.*16.

Appellationis inſtantia non licet denuò articulos formare,niſi de his,quæ in prima inſtãtia non fuerunt allegata,& ſic novi debent eſſe articuli, *l. per hanc*,*Cod. de tempor. appellat. cum traditis per gloſſ.* Bald. Bart & Salicet. ibi,*cap. fraternitatis*, ubi notat Abb.& alii *de teſtibus*,*probat Ord. lib.*3.*tit.*8.*in princip.* reſolvunt,Azeved.*l.*4.*n.*6.*&* 7. *tit.*8. *lib.*4. *nov. recopilat.*Mend.*in praxi ſæculari lib.*3.*c.*19.*n.*12 Et ita nõ poſſunt admitti articuli allegati in prima inſtantia, ut per Auth. *atqui ſemel*,*Cod. de probat.* Clem. 2.*de teſtibus*,Soar.*allegat.*5.*n.*4. *&* 5.

Appellatio non datur à mero executore literarũ Apoſt.*c. novit. de appellat.*& refert in Rota deciſum Flamin.*de reſign. l.*10.*q.*6 *n.*64.Et à collatione vel immiſſione facta vigore literarum Apoſtol.nõ datur regulariter appellatio ſuſpenſiva,quia literæ Apoſtolicæ habent paratam executionem,& reverenter eſt illis parendum per executorem in eis nominatum,Garc.*de benefic. p.*6. *c.* 2.*n.* 140. Appellari tamen poteſt ab executore ſi excedat modũ commiſſionis,ut per citatos à Barboſ.*in remiſ. ad Ordinat. l.*3.*tit.*76.*in princip.& §.*1. quibus adde Auguſt. Barboſ.*ad c. novit* 43.*de appellat.n.*7.Cur Philip.*p.*2 §.12.*n.*17. Gratian.*diſceptat. for. cap.*507.*n.*17. Flor. *var. lib.*1. §.3.*de juriſdict. executor. n.*47. Cardoſ. *in praxi judicum*,verbo *appellatio*,*n.*32.

Appellatio denegatur à mandato ſeu præcepto de exequendo,ex pluribus citatis per Gabr.Pereira *de manu Regia*, *p.*1. *cap.*9.*n.*6.*&* 7.

Appellationes ſunt interponendæ gradatim ab inferioribus ad ſuperiores Judices, *c. ad reprimendam*,*de offic. Ordin. cap ſacro*,*de ſentent. excom. c. antiqua*,*de priv.* Fr.Anton à Souza *in relect. de cenſur Bullæ Cœnæ*,*diſp.*78.*c.*5 *n.*1. Mendez *in praxi*,*l.* 2. *c.*11.*n.* 10.

Appellatio nunquam prohibetur in materia juriſdictionis incompetentiæ,Stephan. Gratian. *diſceptat forenſ. cap.*154.*n.*9.

Appellatio cõpetit ab interlocutoria,in qua Judex ſe pronuntiat competentem,aut incompetentem,Gonzal.*ad reg.*8.*Cancel. gloſſ.*9.§.1.*in annotat. n.*196 Barboſ.*in cap. cùm ceſſante* 60.*n.*80.*& in c. ex parte* 67.*n.*6.*de appellat.*de quo vide Gam.*dec.*159 Azeved.*l.*3.*n.*10.*& ſeqq.* 18. *lib.*4.*nov. recop.*& ita cognoſcit an ſua ſit juriſdictio. Cabed.*p.*1.*d c.*41.

Appellationis judex ſuccedit tanquã confirmator vel infirmator,Surd. *dec.* 147.*n.*2.Et poteſt abſolvere à cenſura lata ab inferiore,*c. per tuas de ſẽtent. excom.*Suar.*tom.*3.*de cenſur. diſp.*7.*ſect.*2.*n.* 32.

Appellatio debet inferere veram cauſam gravaminis,ex Maſcard. *de probat. concl.*114.*n.*10.

Appellans facit tranſire ſententiam in rem judicatam,ſi ſpoliat adverſarium poſt appellationẽ, ex citatis per Barboſ. *in c. an ſit* 42.*n.*2.*de appellat.*

Appellatio non admittitur in cauſa penſionis aſſignatæ loco alimentorum,Surd. *de alim.*8.*privileg.*6.*n.*10.Gig.*de penſion. q.*95.*n.*3.ubi *n.*5. Idem aſſerit quando executione proceditur.

Appellatio extrajudicialis non ſuſpendit executionem, nec cauſat attentatum, Gonzal. *ad reg.*8 *Cancel gloſſ* 9.§.1. *in annotat ſuper nullit.* 29.

Appellatio frivola & calumnioſa non eſt admittenda, & poteſt regulariter à Judice rejici, & ea non obſtante, ad ulteriora procedi abſque vitio attentatorum? ita Barboſ. cum ab eo citatis *ad c. cùm appellationibus* 5. *de appellat. lib.*6.*num.*3.*junctis num* 2. Ubi etiam oſtenditur quæ dicatur frivola appellatio.

Appellatio ubi prohibita eſt,ceſſat ad Regem recurſus,Gabr.Pereira *de manu Regia p.*1.*cap.*7.*n.*17.

Appellari non poteſt à futuro gravamine, Cardoſ. *in praxi judicum*, verbo *appellatio*,*n.*26.cum aliis citatis per Barboſ. *ad cap.*2.*num.*2.*& ad cap. conſuluit* 18.*num* 2. *de appellat.*Ubi limitat quando gravamen eſſet irreparabile per appellationem ſubſequentem,vel quando futurum gravamen eſſet communicatũ per judicem, & idem denique limitat ut non procedat in appellatione extrajudiciali.

Appellatio non datur à reprobatione examinatorum in beneficiis curatis, datur tamen à mala Ordinarii electione, Garc. *de benefic. p.* 9. *cap.* 2. *à n.*239.*cum ſeq.* ubi declaret.

Appellatio non datur à viſitatione facta ab Epiſcopo,præſertim à correctione morũ, niſi procedat in exemptos,ſeu alios privilegiatos, Barboſ. *in collect. ad Concil. Trident. ſeſſ.*13.*de reformat. c.*1. *n.*5.*& de offic. & poteſt. Epiſc. allegat.*73.*à n.*32. Ubi *num.*38. docet quod Epiſcopus viſitans, tanquam ſuſpectus recuſari non poteſt,niſi modum exceſſerit in viſitando: idem etiam probat *in cap. ad noſtram* 3.*num.*2.*de appellat.*Cardoſ.*in praxi judicum*, verbo *appellatio*,*n.*31.

Appellans qui non petit ſibi de apoſtolis reſponderi infra terminum juris, ſcilicet 30 dierum ſpatium,præſumitur appellat. renuntiare *Clem.* 2. *de appellat.* ubi Barboſ. *num.*3. quem vide *num. ſequentibus*

quentibus,& Mendez *in praxi*,*lib.2.cap.11.n.8.& 9.*

Appellatio quando per negligentiam appellantis est deserta, ut si appellans non petit apostolos,vel non comparuit in termino assignato vel non introduxit suam appellationem intra terminum, non quod appellationem sic desertam prosequatur,sententia lata transit in rem judicatam,ac si non fuisset appellatum, *Clem.si appellationem 6. de appellat* ubi Barb. *n.1.& 2.* qui *num.3.*cum pluribus notat, quod terminus ad appellationem interponendam de consensu partium prorogari non potest.

Verbo AQUA.

AQUA potest diverti ne abeat in fundum alienum,etiamsi vicinus sit in possessione,*l.1. §. deniq. Marcellus*,*l.si in meo fundo*,*ff. de aqua pluv. arcenda*, Menoch. *de arbitr. casu 160.n.7.*

Aquam spurcare fontium & fluviorum est prohibitum,ripa *de peste*,*fol.57.n.29.*Chassan.*in catalogo gloriæ mundi*,*p.12.cons.18.col.13.*Næv *ad l.is qui in puteum 11.ff.quod vi aut clam.* Et prohibetur quis toxicare aquam fontanam. Farin. *delict.p.5.q.122. num.12.*

Aqua propria alicujus probatur ex eo quod nascatur in suo præd.,*l.1.§.illud Labeo.ff.de aqua quotid.& æstiva*,ibi,& semel fundum tuum clos.ult.*ad finem*,*in l.cùm essent 33.§.fin.*& ibi Bart.*ff.de servit. rustic.præd* Dec.*cons.244.n.5.& cons.377.n.3.* Boer *dec.352.ex n.4* Mascard. *de probat concl.123. n.1.*

Aqua currens naturaliter, & quæ guttatim fluit, nullam tribuit possessionem,juxta doctrinam Baldi *in cap.1.§. Si quis n.14. de controvers.investit.*quem sequuntur Cepol.*de servit.urban.præd.c.22.n.4.*Paris.*cons.112.n.29.& 30.cum sequentib.vol.1.* Greg. *ad l.15.tit.31.part.3.*verbo *nequando*, Masc.*de prob. concl.123.n.14.& concl.1214.n.3.*Menoch.*cons.136 n.24.& de arbitr.casu 160.n.7.* Aym.*de antiq.temp. p.4 an.39.*Sesse *dec. Arag.155.n.3.* Anton.Thesaur. *dec. Pedem.245.n.1.& 2.*Cabed.*p.1.dec.519.* Et etiã tempore immemoriali nulla potest prætendi præscriptio,& ideò dominus aquæ ad libitum ejus cursum mutare potest.*l.si tibi*,*& l.aquam. C. de servit.*

Aquarum possessio acquiri potest quando vi, clam,vel precario non sumuntur, *l.1.in princip.ff. de aqua quotidiana & æstiva.*

Aqua quæ oritur in proprio fundo & transit per illum,est domini fundi,& illa uti potest, Bald. *in l. ità lapilli*,*n.2.ff.de rerum div.*quem sequuntur Alexand.*cons.194 n.4 lib.2.*Masc.*de prob.concl.123.n.3.* Barb.*in l.2.ff.soluto matrim.in princip.p.2.n.41.*Surd *dec.9.n.11.* Et potest impedire cursum aquarum, juxta Bald. *in l.aquam*,*in princ. Cod.de servit.*& ibi Paul. *n.2.* sequuntur Jas.*cons150.col.fin.lib.2.* Paris.*cons.112.n.5.cum sequentibus*,*vol.1.* Menoch. *de interdict.remed.6.retin.possess.n.76.cum sequentibus* Stephan.Gratian. *disceptat.forens.cap.480.*

Aquæ ducendæ causa an liceat facere arcum,specum,vel pontem ? vide Beroum *q.65.*

Verbo ARBITER, & ARBITRIUM.

ARBITRI non possunt destruere partitiones factas ab aliis arbitris,*l.non distinguemus*, *§.quæsitum*,*ad finem*,*ff.de receptis arbitris*, Menoch. *cons.123.n.444*

Arbitrio alicujus quando aliquid committitur, eo non arbitrante recurritur ad judicem tanquam ad virum bonum,Menoch.*de arbitr. casu 68.n.51. & cons.93.n.18.*Valasc.*de jure emph.quæst.11. n.11.* Ibœb. *dec.109 n.8.p.2.* & Barbos. *ad c.nimis 20.de excess.Prælator. n.3.*

Arbitrium Judicis debet esse regulatum secundùm canones juris,rationis & æquitatis,Stephan.Gratian *disceptat.forens.cap.550.n.23.* Et non extenditur nisi ad ea, de quibus expressum est in arbitramento, idem *cap.162.n.10.* Card.*in praxi judicum*, verbo *arbitramentum,n.3.*

Verbo ARBOR.

ARBOR est pars fundi,*l.quintus*,*ff. de action. empti*,Rebuf.*in l.pratum 31 ff.de verb.signific. p.192.*Et solus dominus potest arbores cædere, *l. divortio*,*§.si fundum*,*ff.soluto matrim.*Quod arbores cædi possunt ab usufructuario,vel emphyteuta, vide Quarant.*in sum.Bull*, verbo *alienatio*,*p.25.n.33.* Stephan.Grat. *disceptat.for.cap.20 n.19.cum sequent.* Cald. *forens. lib.1.q.11 n.10.* Et arbores cædi non possunt quando sunt multùm antiquæ,Greg. *l.28. tit.15.part.7.*verbo *arosi dizimos*,Rebuf.*in l. Sylva cædua*,*ff.de verbor.significat.pag.177.ad finem.*

Arbores & vineas excidens quando dicatur rem deteriorem facere,arbitrio judicis relinquitur,Menoch.*de arbitr.lib.2.casu 78.*Valasc.*de jure emphyt. q.18.n.24.*Gm.*dec.17.n.1.* & ibi Flor.*in addit.*

Arbores plantatæ cedunt solo,*§.cùm in suo*, *Instit. de rer.divis.*Gregor.*l.42.tit.38.part.3.n.2.* Stephan. Gratian.*disceptat.forens.cap.442.n.28.*Bard.*in praxi judicum & advocat.* verbo *arbor*,*n.13.*

Arboribus legatis ratione fructuum venit arbor, & solum,& via ad arbores,Jas. *in l.si fundum*,*§.qui fundum*,*ff. de leg.1.*Secus si arbores legatæ sunt ad scindenda ligna,vide eundem ibi,*n.16.& 17.*

Verbo ARCHIEPISCOPUS.

ARCHIEPISCOPUS vocatur Metropolitanus à mensura civitatum,quas sub sua jurisdictione habere debet; nam præponitur decem vel undecim civitatibus,*cap scitote 6 q.3.*vel à matre civitatum,quia civitas Archiepiscopalis est mater aliarum civitatũ provinciæ,*c.de his*,*12.dist.*Ansit idem Metropolitanus & Archiepiscopus, vide Rebuf. *in concord.pag.522.*Azor.*instit.moral.p.2. lib.3.cap.33.col.328* Borrel.*de præstantia Regis Catholici*,*cap.76.*Barb.*de jure Eccles.ast.cap.7. de Archiepiscopis seu Metropolitanis*,*n.2.& 3.*

Archiepiscopus est caput Concilii solùm quoad convocationem, & de Concilio provinciali: vide Quarant. *in sum.Bullar.pag.170. cum seqnentibus*, ubi *pag.186.cum sequentibus*,refert quæ in illo sunt decernenda.

Archiepiscopus Bracharensis ratione primatiæ citari solet per litteras Senatus,Cabed.*dec.179.n.3. p.1.* Et formam literarum Cameralium adduciti Barbos. *in remiss.ad Ordinat.lib.3.tit.1.§.19.n.2.*

Verbo ARMA.

ARMORUM appellatione non veniunt parvi cultelli, Barb. *in collect.ad cap.lator 9.n.4.de homicidio.*Nec archibusetum absque silice,sive fusili,vel cane arretato, quod non prohibetur,Ricc. *dec.is.Cur.Archiepiscop.Neapolit.p.1.dec.93.*

Armorum ingens strepitus in castris non permittit leges audiri,ut dicebat C.Marius relatus à Menoch. *de arbitr.casu 95.n.28.* & ut dicit Seneca *in Hercule Furente*,Vis est in armis,opprimit leges timor.Et Cic.*in orat.pro Milone.* Silent inter armæ leges,nec ipsæ se expectare jubent,& Ovid. *l.5. de*

triſtibus, eleg. 8. Nō metuunt leges, ſed cedit viribus æquum, victaque pugnaci jura ſub enſe jacent. Et Valer. Maxim. *ib* 5. *cap* 2. Inter armorum namque ſtrepitum verba juris civilis exaudiri non poſſunt: & vide Maſcard. *de probat. concluſ.* 639. *num.* 15. Menchac. *controverſ. illuſt. cap.* 10. *num.* 8. *& in præfat. num.* 42. Bobadil. *in ſua Polit. p.* 1. *lib.* 4. *c.* 1. *num.* 14. Baltaſ. Ayala *de jure & officio belli, lib.* 2. *cap.* 5. *num* 7. Roland. *conſ* 66. *n.* 61. Ceval. *commun. quæſt.* 906. *n.* 4.

Armorum delatio, præſertim quando ſunt inſolita, faciunt præſumi eum qui defert, fuiſſe aggreſſorem Farin. *conſ.* 61. *n.* 3. *& n.* 17.

Arma deferens noctu accenſo lumine, ea non amittit, Phœb *arreſto* 166. *p.* 1. *conſtit.* 13. Onde acrecento, indo a cavalo haa conſtituicas Conimbrincem, *tit.* 16. *conſtit.* 6. Vindo ape de caminho. Cum armis viſus vel inventus, non incidit in pœnam ſi non fuerit captus, *l. ſi Barſatorem, Cod. de fidejuſſor.* & vide Mex. *in tract. taxæ panis, concl.* 1. *n.* 31. Cened. *ad Decretal. collect.* 7. *n.* 9.

Armorum jus, uſus & militum congregatio ad ſolius Regis authoritatem & poteſtatem ſpectat, & eſt apud ſolum Principem, Menoch. *conſ.* 302. *n.* 25. Cald. *de renovat emphyt. quæſt.* 13. *n.* 37.

Arma affixa in parietibus capellæ, & ſepulchro ibi exſtructo faciunt competere jus ſepulturæ in eo loco, & prohibent ne alius ſepeliatur, Gabr. Pereira *deciſ.* 24. Et affixio armorum, ſive inſignium familiæ arguit dominum illorum, quibus reperiuntur affixa, & arma ſeu inſignia apponuntur ab eo qui habet juriſdictionem civilem, ex Ricc. *in collect. deciſ. p.* 5 *collect.* 1608.

Verbo Articuli.

ARTICULI novi admittuntur in cauſa appellationis, etiamſi fuerint facti in prima inſtantia, quando in eis deducitur aliqua qualitas, quæ non fuit deducta in primis articulis, Soar. *allegat.* 5. *n.* .Mendez *in praxi, lib.* 3. *cap.* 19. *n.* 12.

Articuli impertinentes non debent admitti, nec probationes factæ ſuper eiſdem, Azeved. *l* 1. *n* 41. *tit.* 7. *lib.* 4. *novæ Recopilat.* Bernard. Græv. *ad pract. Cam. Imper. lib.* 1. *concl.* 81. *num.* 5. Mendez *d. lib.* 3. *cap.* 9. *num.* 4. Borrel. *in ſum. deciſ. tit.* 49. *de libello.*

Verbo Aſſecuratio, Assecurator.

ASSECURATIONIS contractus eſt licitus quando quis ſuſcipit in ſe periculum mercium, & non promittitur in ſocietate quod capitale ſit ſalvum, de quo notabili vide Gemin. *tract. de uſur. commento* 3. §. 1. *p.* 98. Azor. *inſtit. moral. p.* 3. *lib.* 9 *c.* 3. *col.* 6 2. *& cap.* 4. *col:* 607. *cum ſequentibus, & col.* 6091 P. Comitol. *reſponſ. moral. lib.* 3. *quæſt.* 11. *n.* 3. Gam. *deciſ.* 253. *in princip.* Beja *caſuum conſcient. p.* 3. *caſu* 28. Farin. *conſ.* 54. Stephan. Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 589. *num.* 11. Cur Philip. *tom.* 2. *lib.* 2. *c.* 2. *n.* 39. *& n.* 44. Quarant. *in ſum Bullar. p.* 207. verbo *contractus ad caput ſalvum*, ubi refertur Bulla Sixti V. reprobantis certos contractus ſocietatis, in quibus capitale ſemper manet ſalvum, & fuit edita prædicta Bulla *anno* 1586. de quo puncto & dicta Bulla agit latiſſimè Leonard. Leſſ. *de juſtitia, lib.* 2. *cap.* 26. *dub.* 3. *n.* 22. quod contractus aſſecurationis ſit reprobatus motu proprio Gregorii XIII. refertur *in conſtitut. Conimbric. tit.* 36. *conſtit. unica*, §. 2 intellige tamen ſi eo pacto dedit pecuniam ſocio, ut ſecum contractum faceret aſſecurationis: vide Tolet. *in inſtruct. Sacerdot. lib.* 5. *cap.* 41. *num.* 36. Bernard. Græv. *in pract. Cam. Imper. lib.* 2. *concl.* 24. Farin. *p.* 4. *ad finem, dec.* 136.

Aſſecuratores licitè poſſunt lucrum capere cauſa aſſecurationis factæ, Gemin. *d.* §. 1 *num.* 17. Valaſc. *conſultat.* 18. *& conſultat.* 64. *num.* 2. *& 3.* & vide Avend. *de exequend. mandat. p.* 2. *cap.* 12. *num.* 12. Stephan. Gratian. *diſceptat. forenſ. cap.* 589. *n.* 1. *cum ſequentibus.* Cur. Philip. *tom* 2. *lib.* 3. *cap.* 14. Gabr. Pereira *dec.* 56. *num.* 1. ubi reſolvunt quod dicitur contractus inn minatus, licèt aſſimiletur emptioni & venditioni, propter pretium quod datur ratione periculi, & eorum naturam aſſumit. Et Beja *reſponſ. caſuum conſcientiæ, caſu* 34. *p.* 3. reſolvit quod licita eſt aſſecuratio vitæ.

Aſſecurationum alia vide per Gam. *dec.* 181. Valaſc. *deciſ conſult* 18. *&* 64. Rot. Genuenſ. *dec.* 25. *n.* 2. *& dec.* 40. *n.* 2. *& dec.* 36. *n.* 42. *&* 55.

Verbo Attentare, Attentatorium, & Attentatum.

ATTENTATA non puniuntur, niſi ſequatur effectus, ex Menoch. *de arbitr. caſu* 360. Maſcard. *de probat. concl.* 138. *num.* 9. Stephan. Gratian. *diſceptat. forenſ. cap.* 36. *n.* 53. *cum ſequentibus*, Farin. *in praxi crimin. p.* 1 *lib.* 1. *tit.* 3. *quæſt.* 17 *n.* 49. *& p.* 4. *conſil.* 60. *num* 5. *& ibi* Additio, *it.* A. *&* B *& p.* 5. *quæſt.* 124. *per totam*, Limitatur in delictis per Cardoſ. *in praxi*, verbo *delictum*, *num.* 55. ubi diſtinguit.

Attentati revocatio ceſſat ubi notoriè conſtat ſpoliatum non habere jus, Menoch. *de interdict. remed.* 17. *recuper. poſſeſſ. num.* 32. Covar. *pract. cap.* 23. *num* 4. *verſ. quintò*, Cabed. *dec.* 120. *n.* 4. *p.* 1. *& deciſ.* 15. *n.* 18. *p.* 2.

Attentare non dicitur qui capit poſſeſſionem beneficii reſignati pendente appellatione à reſignante, cui fuit reſervata penſio in beneficio. Flamin. *de reſignat. lib.* 10. *quæſt.* 6. *n.* 63.

Attentatorum remedium excludit concluſio in cauſa, Octavian. *de ſtylo. Curiæ, lib.* 8. *pag.* 154. Herculan. *de attentat. cap.* 11. *num.* 2 Valaſc. *conſult.* 156. *num.* 17. Rota *dec.* 518. *in antiq.* Vital. *in tract. clauſularum tit. nihil novari, num.* 15. Lancelot. *de attentat p.* 3. *cap.* 23. *à num.* 41. Et Per rem judicatam non eſt locus attentatorum purgationi, Rota apud Farin. *deciſ.* 682. *num.* 3. *part.* 1. *recent.* Nam ſententia lata in cauſa proprietatis abſorbet poſſeſſorium, Stephan. Gratian. *diſceptat. forenſ. c.* 731. *num.* 2.

Attentare non dicitur continuans ſuam poſſeſſionem, ex citatis per Barboſ. *in remiſ. ad Ordinat. lib.* 3. *tit.* 73. *in rub. n.* 6. quibus adde eundem Surd. *deciſ.* 653. *num.* 2. *& de alim. tit.* 9. *quæſt.* 32. *num.* 66. Rebuff. *tract. nominat. quæſt.* 17. *num.* 28. Et attentare non dicitur ille, qui utitur poſſeſſione, qua antea utebatur, Barboſ. *deciſ...n.* 6.

Attentatum licitum non revocatur, Valaſc. *conſult.* 156. *n.* 11. Cabed *dec.* 15. *n.* 19. *p.* 2.

Attentata non dicuntur niſi lite, vel appellatione pendente, ex citatis per Barboſ. *dec. tit.* 73. *in rub. n.* 4. ubi etiam aſſerit quod tertius non dicitur attentare, nec poteſt contra eum remedio attentatorum uti, & Flamin. ibi citatus *d. quæſt.* 16. *n.* 39. *cum ſequentibus*, ait quod datur contra reſignatarium.

Attentatum ceſſat ubi appellatio non ſuſpendit executionem, Stephan. Gratian. *diſceptat. forenſ. cap.* 665. *n.* 3.

Attentatu

Attentatum non dicitur nisi præcesserit inhibitio judicis ad quem, Aloys. Ricc. *in collect. dec p. 4. collect. 1469. & p. 5. collect. 1745.* Et sola attentata post evocationem intimatam revocantur, Rebuff. *tom. 1. ad leges Galliæ, tract. de evocat. n. 103.*

Attentata non revocantur si objiciatur notorius defectus juris, seu proprietatis agentis, Menoch. *remed. 17. recuper. possess. n. 32.* Cov. *pract. c. 23. n. 4. vers. 5.* Cabed. *p. 1. dec. 120. n. 5. & p. 2. dec. 51. num. 18*

Attentare non dicitur ille, qui acquirit novum titulum, quia requiritur quod quis spolietur aliqua possessione, vel turbetur, vel amoveatur, Gab. Pereira *dec. 25. n. 14.*

Attentatum dicitur committi quando jus impetratum aut superveniens lite pendente tenderet in præjudicium juris vel possessionis alterius partis, & cadit sub edicto, ne lite pendente aliquid innovetur, ut expressè declarat Innocent. *in cap. dudum, n. 13. vers. sicut enim pendente lite, de elect.* Masc. *de probat. concl. 148.* Cabed. *dec. 120. p. 1.* Valasc. *tom. 1. allegat. 74 n. 1.*

Attentatum non datur ante litem, Aloys. Ricc. *in collect. dec. p. 5. collect. 1815.* Et attentati objectio est de spolio, & debet opponi ante litem contestatam, Menoch. *de interdict. remed. 15. recuper. possess. n. 382.* Menchac. *quæst. illust. cap. 87. num. 27.* Valasc. *tom. 1. consultatione 91. in princip.* Et post rem judicatam non possunt opponi attentata, Cavaler. *dec. 17. n. 2.*

Attentatum restitutionis in integrum auxilio pendente revocatur, Mascard. *de probat. consultatione 1274. n. 18.*

Attentati causa magis privilegiata est quàm causa spolii, Rot. *dec. 1. de appellat. in nov.* Valasc. *dict. consult. 91.* Mart. *de jurisd. p. 4. cent. 2. casu 157. n. 3.* Mascard. *de probat. concl. 146 num. 5.* Cabed. *dec. 15 n. 1. p. 2.* Phœb. *p. 2. arresto 50.* Cald. *forens. l. 1. q. 22. n. 40.* Et attentatorum remedium est fortius & favorabilius, quàm interdictum, *unde vi,* Barbos. *in l. si de vi, n. 202. ff. de judic.* Quia in attentatis plus offenditur Judex quàm pars, & attentare est delinquere, Aloys. Ricc. *decis. Cur. Archiepiscop. Neapolit. p. 2. dec. 27. n. 4. cum sequentibus.* Et offenditur jus, judex & pars, Menoch. *de interdictis, remed. 17. recuper. possess. n. 25.* Mart. *d. casu 157. n. 2.*

Attentatis renuntiare videtur qui passus fuit pronuntiari super justitia sententiæ, Rota apud Farin. *dec. 586. n. 4. p. 2. recent* qui intelligit procedere ubi quis priùs opposuit de attentatis, & postea passus fuit cognosci de bono jure.

Attentatorum judicium ordinarium processum non requirit, & in casu attentatorum summariè & de plano proceditur, ex citatis per Barbos. *in remiss. ad Ordinat. lib. 3 tit. 73. in rub. n. 3.*

Attentatorum in causa sententia lata, ubi quis condemnatur quod restituat, est definitiva, & ab ea potest appellari, ex Valasc. *cons. 156. n. 32.* sapit enim naturam veri possessorii, ex traditis per Rot. *dec. 113. de rejud. in antiq.* Aym. *cons. 183. lib. 1.* Vestr. *ad pract. Rom. Curiæ, lib 8. cap. 4. n. 21.* quos & alios refert Lancelot. *de attentat. p. 3. cap. 28. à n. 33.* Manfred. *de attentat. concl. 12.* Franciscus Herculan. *de attentatis cap. 19.*

Attentata post appellationem à sententia desertionis revocantur, Barbos. *d. l. 3. tit. 70. §. 3. n. 6. in fin.*

Attentata non revocantur in his, quæ procedunt summariè, Steph. Grat. *Marchiæ dec. 179. n. 16.*

Attentatorum remedio quando agitur, non est necessarium justificare possessionem ex titulo colorato, Menoch. *de interdictis, remed. 17. recuper. possess. n. 32.*

Alia de attentatorum materia vide apud Barbos. *in remiss. ad Ordinat. lib. 3. tit. 73. in rub. & in princip. & §. 1.*

Verbo Auditor Cameræ Apostolicæ, & Rotæ.

AUDITOR *Cameræ Apostolicæ* habet jurisdictionem quam per duos Vicarios exercet, Stephan. Gratian. *disceptat. forens. cap. 374. n. 26.* Est generalis executor omnium gratiarum beneficialium, quæ expediuntur in Curia Romana, & in earum executione potest prævenire Ordinarios, quibus diriguntur, Flor. *var. lib. 7. q. 4. n. 5.* Et judex de legatus. Glos. *1. in Clem. Auditor, de rescript.* Staphil. *de signatura justitiæ, prælud. 1. n. 6.* Gonzal. Loaz. de Paz *in praxi, tom. 2. prælud. n. 22.* Causas obligatione Camerali firmatas in partibus existentes avocare possunt, etiamsi extra Curiam contractum sit, & licèt pendeant coram Ordinariis, Lancelot. *de attentat. lite pendente, limit. 15. num. 8. & cap. 20. limit. 26.* Flor. *var. lib. 1. q. 12. n. 48.* Stephan. Gratian. *disceptat forens. cap. 118. n. 59.* Aloys. Ricc. *in praxi aurea, resolut. 342.* Et sub executor ab eo nominatus est nudus minister, & in totum merus executor, Flor. *d. lib. 1. quæst. 4. num. 4. juncto num. 42. & dict. quæst. 1. num. 23. 24. & 25.* de modo procedendi per Auditorem Cameræ in solutione pensionis ? vide Flor. *decis. lib. 1. quæst. 12. à num. 24.* Rebuf. *de pacificis possessor. à num. 92.* Et auditor Cameræ, nec ejus subexecutor, non possunt declarare debitorem excommunicatum, nisi eis intimentur literæ originales pensionis, ita Flor. *quæst. 12. num. 27.* ubi *n. 43.* quod ab ejus mandatis non admittitur appellatio, nec recursus ad Regem.

Rotæ Auditores Apostolici. Sacri palatii sunt Ordinarii, & habent potestatem ordinariam: ita probat Reinoso *observat. 67.*

LITERA B.

Verbo Bannitus.

BANNITI quæ amittant, & quibus comparentur, & quando occidi possint vide Ordinat. *lib. 5. tit. 126. §. 7.* Tiraquel. *de retract. lig. §. 1. gloss. 9. numero 27. cum sequentibus,* Brunor. *in locis communibus,* verbo *Bannitus 1. & 12. numero 4. 5. & 10.* Quod retinent jura sanguinis & cognationis, resolvit cum ab eo citatis Barbos. *in remiss. ad Ordinat. d. §. 7. nnmero 2.* ubi etiam an Bannitus æquiparetur deportatis ? Item an bannitus cum pœna capitis bona possideat, & alia, vide Farin. *in noviss. Rotæ decis. 404. numero 2. cum sequentibus.* Et an possit testari, vel acquirere ex testamento ? vide eundem *in praxi crimin. p. 3. quæst. 102.* Stephan. Gratian. *disceptat. forens. c. 462.* ubi *num. 20. cum duobus sequentibus,* agit de aliis ad

August. Barbosæ Repertor.

eos pertinentibus, & *n* 3. docet quod patris poteſtas perditur quando bannitus poteſt impunè offendi,& *n.*4 intelligit in bannitis pro crimine læſæ majeſtatis, & rebellibus,& transfugis, qui ad hoſtes ſe convertunt, & *n.*5. ſecus pro alio crimine capitali, quamvis poſſint impunè offendi, quod etiam *n.*6.ampliat ſtantibus conſtitutionibus Summorum Pontificum contra bannitos & homicidas, & vide Phœbo *deciſ.*114.*n.*23 *p.*1.Ubi aſſerit quod promiſſiones factæ bannito tanquam hoſti à privato homine,ſervandæ non ſunt Et quod Clericus bannitus non poſſit occidi ,tradit Marta *de juriſd. p.*3.*cent.*1.*caſu* 67.ubi alia adducit.

Verbo BAPTIZARE, & BAPTTSMUS.

De *BAPTISMO*, & materia ac forma illius cum variis caſibus ad eũ pertinentibus vide Barboſ.*in collect.ad totum tit.de baptiſmo.*

Baptiſmus non tollit delicta, nec accuſationem criminis in foro exteriori, Surd.*de alim. tit.* 7. *q.*1. *n* 45. Sanch. *de matrim. lib.* 10. *diſp.* 3. *n.* 5. Farin. *de delict.p.*3 *quæſt.*98.*n.*45.*cum ſequentibus*,Cened. *ad decretal. collect.*23 *n* 3.

Ad baptiſmum non ſunt compellendi Judæi, ex citatis per Barb. *ad cap.ſicut Judæi* 9.*de Iudæis,n* 2.

Baptizari non poſſunt parvuli Judæorum invitis. parentibus imò nec poſt mortem patris, reluctante matre & tutore: ita reſolvunt plures citati per Barb.*ubi proximè.n.*3.*& in collect.ad Concil.Trident ſeſſ.*5.*in decreto de peccato originali,n.*6.quibus adde Steph.Grat.*diſcept.forenſ.*658.*n.*31.ubi *n.*32. *&* 33 intelligit dummodo parvulus non ſit pubertati proximus,& doli capax,nam tunc non attenditur contradictio parentum:& quod dicatur pubertati proximus,quãdo habet uſum rationis,& annum decimum,de quo etiam cum aliis,quos remiſſivè adducit idem Barb. *d.decreto,n.*7. agit,ubi ex recentiori ſententia affirmat infantem baptizandum eſſe invitis parentibus,ſi jam complevit ſeptennium.

Verbo BASTARDUS.

BASTARDI etſi de jure non contineantur ſub nomine familiæ & cognationis, nec liceat eis arma ſuorum prædeceſſorum portare, aliud tamen eſt attenta conſuetudine,ſeu lege particulari, juxta quam naturales ſeu baſtardi nobilium & illuſtrium, maximè Magnatum, gaudent nobilitate parentum Guter.*pract.lib.*2.*q.*185.*num.*2.*& lib.* 3. *quæſt.*81.*n.*7. Garc *de benefi. p.*7.*cap.*15.*num.*49 ubi *num.*50.*cum ſeq.* limitat niſi ſubjecta materia aliud importet,ut ſucceſſio majoratus,ſeu juriſpatronatus.Et quod nobilitas parentum eis non profit,tradunt Henriq. *in ſum.p.*2.*lib.*14.*c.*8.*lit.S.pag.* 1289. Cald. *de nominat quæſt.*91. *num.*19. *& conſ.*9.*n.* 75. Stephan.Gratian. *diſceptat.forenſ.c.*554.*n.*51. *cum ſeq.*Guter.*conſ.*3.*n.*11.Plura alia de baſtardis & illegitimè natis vide apud Chaſſan.*in catalogo gloriæ mundi,p.*11. *conſiderat.*15.& Cottam *in memorabilibus*,verbo *baſtardi.*

Verbo BELLUM.

BELLI timor dicitur caſus fortuitus, Aym, *conſ.*268.*n.*2. Surd.*deciſ.*183.*n.*2. ſicut bellum Flamin.*de reſignat.lib.*11.*q.*13.*n.*55.

Belli tempore an cives urbem debeant munire ſuis ſumptibus aut principis: vide Valaſc. *de jure emphyt. q.* 26. *in fin*, ubi remittit Menchac. *lib.*1 *Illuſt.quæſt.cap.*6.

Belli tempore multa cnnceduntur quæ non permittuntur pacis tempore,Rol.*conſ.*80 *n.* 17. *vol.* 3. unde illi qui habent immunitatem non excuſantur à collectis, quæ imponuntur propter bellum. *l.* 1. *Cod.ut nemini liceat ab empt.ſpec.ſe excuſare,lib.*10. ubi Gloſſ.verbo *neceſſitate*,Menchac.*de ſucceſſ. l.* 3. §.11.*num.*18. Et privilegia, collectis immunitatem conferentia non liberant tempore belli, Bernard, Græv.*ad pract.Cam.Imper.lib.*2.*concl.*2.*conſid.*1.*n.*2

Bello juſto capta efficiuntur capientium,*l.* 1. *ff. de acquir.poſſeſſ.* Victor. *in relect.de jure belli,n.* 51. Perez *l.*3.*tit.*12.*lib.*1.*p.*187. Menoch.*præſumpt.*96. Farin.*de delict.p.*4.*ad calcem libri,deciſ.*120.Phœb, *deciſ.*114.*n.*31.*& deciſ.*196.*p.*2. Chaſſan.*in catalogo gloriæ mundi,p.*11.*conſiderat.*4.*verſ. ulterius*,Sayr. *in clavi Regia,lib.*10.*c.*3.*tract* 2.*n.*31.Cur.Phil.*tom.* 2. *lib.*3.*c.*3.*n.* 0.*cum ſequentibus*,Cabed.*deciſ.*88.*p.* 2. quem vide *deciſ.*26.*n.*1.*&* 2.*deciſ p.*2.Aloyſ. Ric.*in collect.deciſ.p.*5.*collect.*1614.ubi multipliciter limitat. Quod ſi res mobiles ſtatim recuperentur,id eſt antequam ad fines hoſtium perducantur, & in tuto collocentur, reſtituuntur antiquis dominis,ſed ſi ex intervallo recuperentur,efficiuntur capientiũ *l.poſtliminium*,§.*poſtliminio*,*ff.de capt.*,ibi,quia tuta intra præſidia eſſe debent,Vincent. de Franch. *dec.* 268.Farin. *d.deciſ.*120.Cabed.*d deciſ.*88. *n.* 1. *cum ſequentibus*,Balthaſar Ayala *tract de jure & officio belli,l.*1.*c* 5.*n.*37. *cum ſequentibus*.Et an tunc dicantur bona patrimonialia, ut antea? vide Tiraquel. *de retract.lig.*§.32.*gloſſ.*16.*n.*87.

Bello capti Chriſtiani ab aliis Chriſtianis non efficiuntur Chriſtianorum ſervi, Cened. *ad decretum,collect.*61.*in fine*, Perez *lib.*3. *tit.* 12 *pag.* 187. Boer.*deciſ.*178. *num.*2. Valaſc.*conſult.*30. Cabed. *deciſ.*88.*n.*11.*cum ſequentibus,p.*2.Phœb. *deciſ.*190. *num.*21.*p.*2.

Bello capta redimens poteſt petere pretium quo illa redemit,ex tex.*in l.mulier,l.in bello*,§.*ſi ſervum & §.deportatum*,*ff.de captivis,l.fin C.eod. tit.* Jaſ. *in l.ſi præſidium,n.*2.*verſ.in poteſt*, 2.*Cod.de procurator.* Hoſtienſ *in ſum.de pœnit.& remiſſ.*§.*fin.verſ. quid ſi emit rem prædatam*,Alciat.*de præſumpt. reg.* 3.*præſumpt.*29.*n.*3 Cepol. *cautela* 10.*ad fin.*Rota Bonon. *deciſ.*34.Cov. *in reg.peccatum.p.*2 §.11.

Bellum quando dicatur juſtum?vide Fr Emman. Roderic.*tom.*1.*quæſt.Regular.quæſt.*24.*art.*8.Cabed. *deciſ.*44.*num.*14.*& 15.& deciſ.*88.*a num.*2.*p.* 2. ubi ait quod bellum contra Turcas, Mauros, & reliquos nominis Chriſtiani hoſtes juſtum eſt,& capta in bello juſto fiunt capientium.

Verbo BENEFICIALIS, BENEFICIARIUS, BENEFICIATUS, & BENEFICIUM.

BENEFICII definitionem vide apud Soar. *lib.*4.*de ſimonia,c.*24. Gonzal.*ad reg* 8. *Cancel. gloſſ.*5.*à principio*, Garc. *de benefic.p.*1 *cap.*2.

Beneficii appellatione in materia ſtricta non veniunt omnia beneficia,nec dignitates,*cap.fin. de præbend.cap cùm in illis,eod. tit.in ſexto*, Garc. *de benefic.p.*1.*cap.*6 *n.*49.& 50. ubi *num.* 51 quod neque præbenda Canonialis Eccleſiæ Cathedralis continetur, & 56. idem aſſerit in præbenda Eccleſiæ Collegiatæ.Qui ſimpliciter diſpenſatus fuit ad beneficium, utique ad aliud quàm ad ſimplex non dicitur habilitatus, Barboſ. *de offic. & poteſtate Epiſcopi p.*2.*alleg.*45.*n.*7.

Beneficii appellatione, largè ſumpto vocabulo, ſeu in generali ſignificatione omnia cõprehenduntur

tur beneficia, tam majora quàm minora, tam curata quam simplicia, dignitates & præbendæ, & tam regularia quàm sæcularia, sed strictè & in odiosis prout in dispensationibus venit solum beneficium simplex, & ideo quando Papa dispensat cum illegitimo, ut possit obtinere beneficium, non censetur cum illo dispensare, nisi ad simplex tantùm, ut cum pluribus à se citatis resolvit Barbos. *tract. 2. de appellat. verbor. utriusque juris significat. n. 1* inter traditiones varias, verbo *beneficium* 32. *n.* 1. quibus adde Cald. *in praxi judicum*, verbo *beneficium*, *n.* 2.

Beneficii appellatione non veniunt distributiones quotidianæ, ut per Barbos. *d. tract. 2. n. 9.* verbo *beneficium*, *junctio n.* 11. & 12. ubi *n.* 8. quod beneficii appellatione in concessionibus non venit curatum beneficium.

Beneficii appellatione veniunt etiam dignitates, si non sit materia ambitiosa, at verò in materia odiosa & pœnali non venit dignitas, Barbos. *d. tract. 2. n.* 10. ubi etiam curatus non censetur dispensatus ad obtinendam dignitatem: & quod dispensatus ad dignitates non dicatur dispensatus ad majorem dignitatem post Pontificalem. Et in mandato simplici ad providendum de beneficio non veniunt Præbendæ, Canonicatus, & alia majora beneficia *c. ult. de præbend. cap. quamvis 4. vers. quan. quam, eod. lib. in 6.* refert. Cæsar. *p. 3. relect. de Eccles. Hierarchia, dist. 12. § 6. num. 59.* Et cum Canonica ac præbenda Canonialis sit quocunque alio beneficio præstantior, ideo in materia odiosa non venit appellatione beneficii, ut per Barbosam *de canonici, cap. 12. n. 25.*

Beneficii appellatione veniunt præceptoriæ, Flamin. *de resignat. lib. 12. quæst. 3. n. 8.* Non continetur tamen pensio, Barbosa d. verbo *beneficium*, *n.* 2.

Beneficiatus ut officium devotè recitet requiritur attentio, sive illa sit ad verba, sive ad sensum verborum, sive ad Deum vel ad Christi passionem, vel ad aliam rem piam intentione laudandi Deum, vel ad rem quam petit, vel ad Sanctos aliquos orationem dirigit, & hæc conditio necessaria est ut præceptum impleatur: Ita cum pluribus Doctoribus resolvit Barb. *in collect. ad c. dolentes 9. de celebrat. Missarum*, *n.* 19. ubi *n.* 20. infert beneficiarium teneri ad restitutionem, qui divinum officium recitavit absque attentione, cui concordat Bonac *de iis quæ ad privatam divini officii recitationem pertinent, disp. 1. quæst 5. puncto 2. proposit. 1. n.* 17. & idem Barb *ibidem n.* 21. ait eum satisfacere præcepto Missæ, qui inter Missarum solemnia recitat horas Canonicas, quas tenetur ex præcepto recitare, de quo etiam *in collect. ad Conc. Trident. sess. 13. c. 8. n. 5.* ubi etiam reddit rationem differentiæ in jejunio.

Beneficia omnia de jure præsumuntur libera, *c. omnes basilicæ 16. quæst. 7.* Masc. *de probat. concl. 585. à n.* 1. Ricc. *collect. 1645. p. 5.* cum aliis citatis per Garc. *de benefic. p. 5. cap. 5. n. 95.*

Beneficiarius ad divinum officium recitandum obligatur solùm post captam beneficii pacificam possessionem Bonacina *de Horis Canonic disput. 1. quæst. 2. puncto 5. in prima proposit. à n.* 1 ubi *n.* 8. asserit quod elapsis sex mensibus post possessionem tenetur ad restitutionem fructuum: idem resolvit Barbos. *ad d. cap. dolentes*, *num.* 3. Villalobos *p. 1. summæ Theologiæ moral. tract. 24. de officio divino, difficultate 7. n. 1. cum sequentib. & tract. 29. de bulla compositionis. n.* 20.

Beneficiarii sunt suorum beneficiorum domini, & de histestari possunt Gabr. Pereira *de manu, Regiæ p. 2. cap. 24. n. 31. & cap. 61. à n. 27. & cap. 62. n. 5. &* 6 Barb. *de offic. & potestate Episcop. alleg. 114. n. 6.* Garc. *de benefic. p. 2. cap. 21. n. 1. cum sequentibus.*

Beneficiis conferendis, non sanguinis, sed meritorum habenda ratio, Barb. *ad cap. unic. Ut Ecclesiastica beneficia, num. 7.* Et in Concilio Tridentino *sess. 25. de reformat. cap. 1.* expressè consulitur Episcopis & Prælatis, ut ex fructibus Ecclesiæ non ditent cognatos, neque ipsi vivant cum nimio splendore, sed contenti sint modesta supellectili, & frugali mensa. Idem resolvit Molin. *de justit. tract. 2. disp. 46. per totam.*

Beneficium curatum quod dicatur: vide Gonzal. *ad reg. 8. Cancel. glos. 6. n. 34. cum sequentib.* Flamin. *de resignat. lib. 2. quæst. 1. n. 107. cum sequentibus*, Rebuf. *in tract. nominat. quæst. 9. num. 47. & quæst. 16. num. 6. cum sequentibus*, Masc. *de probat. concl. 468. num. 2.* Stephan. Gratian. *discept. forens. cap. 133. num. 29. cum sequentibus*; Barbos. *in cap. audum, de elect. num. 12. & in cap. de multa, de præbend. num. 4. & de offi. & potest. Episcopi, allegat. 57. numer. 163.* ubi asserit quod beneficium curatum dicitur habens curam jurisdictionalem, quem vide *ad cap. cùm in cunctis 7. § inferior. 1, n. 34. de elect. & de parochis c. 5. n. 1. 2. &* circa ætatem provisi & promotionis ad sacerdotium.

Beneficia duo simplicia possunt obtineri sine dispensatione, ex recepta generatim consuetudine, quando unum ad vitam Clerici non sufficit, Paul. Comitol. *respons. moral. l. 1. a. 72.* Cartuzario *de vita Christi, p. 2. cap. 68. § 5. p. 113.* Azor. *instit. moral. p. 2. lib. 6. cap. 10 quæst. 3. col. 677. & cap. 11. col. 711. cum sequentibus*, ubi *quæst. 7.* secus asserit si unum Clerico honestè sustentando sufficiat.

Beneficium simplex habens sufficiens ad commodam sustentationem, si consequatur aliud, est incompatibile cum primo, & peccat mortaliter, Barbos. *ad cap. audum 54. de elect. n. 22. & in collect. ad Concil. Trident. sess. 24. de reformat. cap. 17. n. 3. cum sequentibus*, ubi distinguit per varios casus, & *n.* 17. declarat quod ut dicatur beneficium sufficiens ad congruam sustentationem, arbitrio judicis relinquitur paulò plus, vel minùs æstimandum, consideratis considerandis, qualitate scilicet personarum, locorum, & temporum, ubi plures citat. Et congruens beneficiarii cujusque sustentatio, quæ judicanda sit? vide Molin *de justit. tract 2. disp. 145. per totum.* Et attenditur qualitas beneficiatii, habito respectu ad nobilitatem, gradum, literaturam, vel dignitatem ipsius, Tiraq. *de nobilit cap 20. n. 142. & 143.* Cordub. *in l. si quis a liberi, §. sed si filius, n. 50 ff. de liber. agnosc.* Et an beneficium sufficiens dicatur, ex personæ qualitate, & locorum diversitate unusquisque sibi judex erit, Barbos. *ad cap. eam te 4 de ætate & qualit. n. 8.* & vide ad propositum eundem *ad cap. gratia 7. n. 6. de rescriptis.* Quatant. *in sum. Bullar.* verbo *beneficiorum resignationes fol. 107.* Salzed. *in pract. examin. canon cap. 47. p. 161. cum sequentibus.*

Beneficium unitum non facit incompatibilitatem, Flamin. *de resignat. lib. 2. quæst. 1. n. 119. cum seq.*

Beneficiarii utrum lethaliter peccent, restituereque teneantur, si quid ultra suam competentem sustentationem in usus non pios de redditibus suorum beneficiorum insumant? vide Molin. *de justit. tract. 2 disput. 414.* ubi resolvit quod quantitatem notabilem in usus prophanos insumentes peccant lethaliter, non tamen tenentur restituere.

Beneficiis non acquiritur jus per possessionem, ut in bonis prophanis, sed per titulum canonicum, qui per solam collationem acquiritur jus plenum in beneficio, *cap. ult. in fine, de concess. præbenda l. 6. cap. si tibi absenti 17. de præbend. eod. lib.* Gonzal. *ad reg. 8. Cancel. glos. 15. §. 1. n. 15 & n. 33.* Flamin. *de resignat. lib. 2. quæst. 26. num. 2. & lib. 10. quæst. 6. n. 2.*

Garc *de benefic. p.4. cap.2. num.1.* Cov. *lib. 3. var. cap.16. num.1.* Molin. *de juſtit. tract. 2. diſput.2 verſ. dixi ſuperius.* Et beneficii collatio acceptata ante adeptam poſſeſſionem facit acquirere jus in re in illo, Barb. *de offic. & poteſtate Ep ſcopi, p.3. alleg. 69. num.17.* Et jus conſiſtit in literis, ac titulus per literas probatur, *cap. executor, de conceſſ. præbend. in 6.* Flamin *d. lib.2. quæſt.26 n.4.*

Beneficio proviſus proviſione in forma dignum non acquirit jus in re, ſed ad rem, Garc. *de benefic. p.4. c.2. num.55. & c.3. num.60.* Flamin. *de reſig. lib. 1. quæſt 1. n.149 & 150.*

Beneficii ex electione ſeu præſentatione acquiritur tantùm jus ad rem. Barb. *de offic. & poteſt. Epiſcopi, p.3. allegat.57. n.197.*

Beneficii longa detentio non juſtificat titulum aliàs invalidum, *c. dilecto, de præbend. c.3. de regul. juris lib.6.* Flamin. *de reſignat. lib.3. quæſt. 1. n.43. juncto num.45.* Cald. *de renovat. quæſt.15. n.22.* ubi quod præſcriptione non acquiruntur beneficiorum tituli, Barboſ. *d. allegat.57. n.225.*

Beneficialibus præſumitur titulus ſpatio decem annorum, Gig. *de penſion. quæſt.47. n.4.* Tiraquel. *de præſcrip. gloſſ.4.* Anton. Gabr. *de probat. concl.8. n.23.* Garc. *de benefic. p.1. cap.5. n.483. p.5. c.4 n. 299.*

Beneficiatus quando poſſit cogi oſtendere titulum ſui beneficii? vide remiſſivè Quarant. *in ſum. Bull.* verbo *beneficiorum poſſeſſio, p 96.* Et beneficii poſſeſſor pacificus tenetur oſtendere titulum cùm Superior ex officio inquirit, Barboſ. *in collect. ad Concil. Trident. ſeſſ. de ſacram. Confirmat. c.5. n. 3.*

Beneficium vacat ipſo jure per non oſtenſionem tituli, poſtquam beneficiatus monitus fuerit, *cap. Ordinarii, §. quod ſi fortè,* ubi gloſ. verbo *ipſo jure, de offic. Ordinar.* & innovatur à Concil. Trident. *dicto cap.5.* ubi Barboſ. *n.5.*

Beneficii poſſeſſio nullius eſt momenti, ſi non fuit capitulariter capta, id eſt à majori parte Capituli. Gonz. *ad reg 8. Canc. §.3. proœm. n.81.* Et requiritur legitimi Superioris auctoritas ad capiendam beneficii poſſeſſionem, & fructus illius percipiendos, Barb. *ad cap. paſtoralis 19 n.4. de priv.* Et beneficii poſſeſſione denegata à Capitulo, tenebitur ad damna & fructus parti reſtituendos, Garc. *de benefic. p.6. cap.3. n.128.* Barboſ. *in collect. ad Concil. Trideno. ſeſſ.24. de reformat. cap.12. n.124.*

Beneficiali materia ultimus ſtatus beneficii conſideratur, Barboſ. *de principiis utriuſque juris, lit. V. num.62.* ubi plures citat, quibus adde Garc. *de benef. p.5. cap.5. num.63. cum ſequentibus*, Stephan. Gratian. *diſcept. forenſ. cap.574. num.* 8. Ricc. *dec. Cur. Archiepiſcop. Neapolit. p.2. deciſ.238. num.* 3. Auctor *in collect. ad c. conſultationibus 19. num.7. de jurepatronat.*

Beneficialia ultimis voluntatibus comparantur Flamin. *de reſignat. lib.3. q.5. n 39.*

Beneficiis attenditur capacitas tempore datæ, ſeu præſentationis, Gloſ. pen. *in c. de beneficio, de præb. in ſexto*, cum aliis citatis per Barb. *de offic. & poteſt. Epiſcop. p.3. allegat.72. n.78. & n.104. & in collect. ad cap. ex literis 6. num 8. de tranſact. & ad cap. ſi eo tempore 9. à n.4. de reſcriptis lib. ſexto*, quibus adde Garc. *de benefic. p.7. c.4. n.52.*

Beneficiarii ubi duo concurrunt ſuper uno beneficio, ad cognoſcendum cui priùs jus quæſitum eſt, attenditur tempus datæ, non tempus ſignaturæ ſupplicationis, ut in terminis tradit latè Mand. *conſ.16. n.1. & 2. juncto n.6. in fini, verſ. ſi verò accepimus, cum tribus ſeq* & vide multa per Gonzal. *ad reg 8. Cancel. §.3. proœm.* facit optimè Rota *diverſ. dec. 170. n.6. cum ſeq. & n.14. & dec.791. n.15. p.1.* & probatur per text. expreſſum *in cap. ſi à ſede, de præbend. lib. 6.* ubi præfertur proviſus ab Ordinario habens horam, vel poſſeſſionem proviſo Apoſtolico concurrenti in data, non obſtante quod proviſiones Apoſtolicæ ſignari ſoleant ad minus per diem ante datam, ut eſt notiſſimum, & ad hoc ut quis poſſit fructus facere ſuos, attenditur tempus datæ, non tempus quo literæ per Cancellariam expediuntur, Cabed. *deciſ.39. n.4. p.2.*

Beneficiis data parva quæ ſit, & illius effectus? vide per Stephan. Gratian. *diſcept forenſ. cap. 191.*

Beneficialis cauſa ſummariè cognoſci debet, ut prob. text *in Clem. diſpendioſum, de judic. Clem. ſæpè, verbor. ſignificat.* & tradit Marant. *de ord. judic. p.4. cap. de judicio ordinario & ſummario. n.42.*

Beneficiali cauſa licèt reus non doceat de jure ſuo, adhuc vincere debet ex non jure actoris, ut ex Rota & Doctor. probat Gonzal. *ad reg. 8. Cancel. gloſſ.11. n.29. & 30.* ubi etiam aſſerit, quod regula, Actore non probante reus abſolvitur, procedit in cauſis beneficialibus.

Beneficiarius fructus jam perceptos tranſmittit ad hæredes, & pendentes ad Eccleſiam vel ſucceſſorem in beneficio pertinent, Barboſ. *in collect. ad fin. lib.2. Decretalium, p.694. cum ſeq.* & vide *conſtit. Conimbric, tit.28. conſtit.7.* ubi quod ſi obtinens beneficia ſimplicia moriatur ab inteſtato, habeant omnia ejus hæredes integrè, & ſi illos non habuerit, habeat dicta bona Eccleſia.

Beneficiorum ultimi anni fructus debent reſpectivè dividi pro rata temporis inter hæredes beneficiati defuncti, & ſucceſſorem in beneficio, ut contra communem verius eſſe tradit Guter. *canon. quæſt. cap.33. num.9. cum ſequent.* ubi *num.* 1. ultra alios citat Molin. *de primogen. lib.3. cap.11. num.* 4. qui hanc opinionem exiſtimat veriorem, illamque frequentiſſimè in forenſibus controverſiis receptam vidiſſe teſtatur, & quod ita ſit diſpoſitum per aliquas conſtitutiones aliquorum Epiſcopatuum hujus regni, tradit Valaſc. *de partit. cap.36. num.9. & 10.* & Cov. *lib.1. var. c.15. num.12.* aſſerit quod fructus collecti pertinent ad hæredes, & in fine quod ſit conveniens rationi, dividi fructus pro rata temporis inter defuncti hæredes, & ſucceſſorem, & ibi teſtatur hanc opinionem eſſe veriorem & æquitati magis conſonam, & vide Barboſ. *in cap. ſi propter 15. num. 6. de reſcriptis, qui de offic. & poteſtate Epiſcopi*, in aliquibus addition. omiſſis poſt tractatum *in fine, pag.463.* adducit dubitationem Rotæ, utrum fructus beneficii induſtriales & civiles ſpectent ad hæredem beneficiarii, vel ad ſucceſſorem in beneficio.

Beneficii efficitur dominus quoad Deum & homines, poſſeſſor pacificus triennalis, tam bona, quàm etiam mala fide poſſidens, ita ex Rota Rom. Navar. *conſ. 3. n. 2. de renuntiat* Et per hujuſmodi poſſeſſionem acquiri titulum, aſſerit idem Navar. *conſ.24. n.14. de offic. Odin. in fragm.* & tradit Galet *in margarita caſuum conſcientiæ*, verbo *poſſeſſio*, Sà verbo *beneficium, n.14.* ubi etiam quod declaravit Concilii Trident. Congregatio, ut non teneatur oſtendere titulum.

Beneficia conferri debent magis incolis quàm exteris, ex citatis per Barboſ. *ad c. bona memoriæ 4. à n.7. de poſtulat. Prælator. & in Clem. unica, de offic. judic. deleg. n 7.* quibus adde Gabr. Pereira *deciſ. 1. n.16.* Garc. *de benefic. p.7. cap.19. à n.1.* Et honeſtum ac fructuoſum, eſt, ut unuſquiſque in ſua patria beneficietur, Abb. *in cap. ad decorem 5. de inſtitut.* Unde ſanctiſſimum eſſet, & Reipublicæ utiliſſimum, quod Summus Eccleſiæ Pontifex ſanciret, ut omnia beneficia cujuſcunque diœceſis, ſaltem curam animarum habètia, patrimonialia efficerentur,

ut

ut ex Cov.& Azeved. tradit Ceval. *commun. contra commun. quæst.* 897. *num.* 428. *cum seq.* Flamin. *de resignat. lib.* 12 *quæst.* 3. *n* 13. Et valet statutum, quod exteris non conferantur beneficia, factum à Principe ex concessione Summi Pontificis, Azor. *instit. moral. p.* 1. *lib.* 5. *cap.* 13. *col.* 417. *& cap.* 14. *col.* 421. Mart. *de jurisdict. p.* 4 *cent.* 1. *casu* 46. *num.* 14. *&* 15. & vide plures alios citatos per Barbos. *in d. cap. ad decorem, num.* 2. Unde in præsentationibus beneficiorum, concurrentibus duobus, incola & extero, præfertur incola, ex citatis per Valasc. *no libro da justa acclamanion del Rey Dom Joan IV.* 2. *p.* 1. *ponto*, §. 9. *num.* 22.

Beneficium Ecclesiasticum non potest conferri laico *cap. ex literis.* 6. ubi Barbos. *num.* 14. *de transact. & in cap. cùm adeo* 17. *n.* 10. *&* 11. *de rescriptis, & in cap.* 2. *num.* 2. *de institut.*

Beneficii collatio facta illiterato non valet, latè Barbosa cum ab eo citatis *in c. ult. num.* 3 *&* 4. *de ætate & qualit.* ubi *n um.* 5. ait quod illiteratus dicitur, qui prima Grammaticæ rudimenta non didicit. De scientia seu literatura ad beneficia, vide Garc. *de benefic. p.* 7. *cap.* 7. ubi *cap. sequentibus*, agit de moribus, & vita, & naturalitate. Literatura potest probari non solùm per examen & literas graduatorum, sed etiam per testes in illa scientia peritos. Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancel. gloss.* 4. *n.* 106. Unde illiterato non potest beneficium resignari, Flamin. *de resignat. lib.* 4 *quæst.* 4. *à num.* 2.

Beneficiatus ob beneficium requirens residentiam, acquirit domicilium in loco ubi illud possidet, Innocent. *in capit. ex ore, post. num.* 2. *vers. item in casibus, de privileg.* ubi Butr. *num.* 10. Rebuff. *in praxi benefic. tit de dispensat. de non residendo, n.* 74. *vers. ad hæc Clericus*, Mascard. *de probat. concl.* 534. *num.* 5. Cardin. Tusch *pract concl.* verbo *domicilium, concl.* 596. *a num.* 1. Farin. *de delict. p.* 1. *lit. D, n.* 226. Salzed. *in pract. crim. Canon. cap.* 10. Et beneficii nomine residentiam requirentis sortitur quis forum, licèt alibi sit ortus, juxta resoluta per Salzed. *d. cap.* 10. Mascard. *concl.* 1271. Cald. *de renovat. quæst.* 6. *num.* 12. & de loco originis vide plura apud eundem Salzed. *cap.* 8.

Beneficiati Prælati vel majoratus successor non tenetur stare locationi prædecessoris nomine proprio, Gloss & ibi Doct. *in cap. fin. ne Prælati vices suas*, ubi Barbos. *num.* 6. plures citat, quibus adde Guter *canon. cap.* 36. Menchac. *usufrequent. cap.* 53. *n.* 7. Flamin. *de resignat. lib.* 1. *quæst.* 16. *n.* 47.

Beneficii successor tenetur pro subsidio præterito, Azor. *instit. moral. p.* 2. *lib* 9. *cap.* 14. *col.* 1044.

Beneficiorum collatio reputatur inter fructus. Garc. *de benefic. p.* 5. *cap.* 1. *num.* 690. *& cap.* 5. *n.* 2. Aloys. Ricc. *decis. Cur. Archiepiscopat. Neapolit. p.* 1. *decis.* 201. *num.* 1.

Beneficium impetrans, supposito examine excommunicatur, & illo privatur, Barbos. *de offic & potest. Episcopi, p.* 3. *allegat.* 57. *n.* 56 *&* n. 246.

Beneficii in impetratione exprimi debet nomen Sancti, in cujus honorem est Ecclesia fundata. Rebuff. *de signatura gratiæ in forma signaturæ*, verbo *sanctorum, p.* 67. Flam. *de resignat. lib.* 8. *q.* 7 *n.* 50. *& quæst.* 9. *n.* 53. *& lib.* 9. *quæst.* 7. *n.* 20. *& lib.* 10 *quæst.* 2. *num.* 22. Et quod est facienda mentio de pensione quæ reservatur ex causa lucrativa, secus in ea quæ reservatur ex causa resignationis, seu cessionis & onerosa. Garc. *de benefic. p.* 1. *cap.* 5. *n.* 75 *&* 84.

Beneficium pingue quando permutatur cum tenui, præsumitur fraus, *c. fin. de renuntiat. in* 6. Abb. *in cap.* 1. *de Clericis non. resident. num.* 5. Joan Andr. *in cap.* 2. *eod. tit. de renuntiat. lib.* 6. ubi etiam Franc. *n.* 22. Selv. *de benefic. p.* 3. *quæst.* 28. *num.* 2. Mascard. *de probat. concl.* 178 *& concl.* 1175. Menoch. *de præsumpt. lib.* 5. *præsumpt.* 35. *num.* 6. Garc. *de benefic. p.* 1. *cap.* 4. *num* 101. Flamin. *de resignation. lib.* 12. *quæst.* 5. *n.* 26. Mantic. *de tacitis, & ambiguis convention. lib* 25. *tit.* 10. Rebuff. *respons. var. responso* 22. *in principio*, Jacob de Graff. *de arbitr. confessor. lib.* 2. *cap.* 54. *num.* 3.

Beneficium dum acceptant successores, dicuntur quasi contrahere & consentire oneribus ac vinculis quæ illi sunt adjecta, *l. hæres quoque, Instit. de obligat. quæ ex quasi contractu nascuntur*, & sic optimè contra eos agi actione personali, sæpe Rota censuit apud Veral. *decis.* 302. *num.* 1. *p.* 2. *& in recentior. decis.* 176. *num.* 1. *&* 3. *p.* 2.

Beneficii possessionem propria authoritate & vi occupans, eo ipso perdit jus quod ad illud habebat, & vacat ipso facto, ex citatis per Barbos. *in c. cũ qui* 18. *de præbend. n.* 3 *& de offic. & potest. Episcopi, p.* 3. *alleg.* 57. *n.* 220. quibus adde Garc. *de benefic. p.* 11. *cap.* 10. *num.* 208. *cum sequentibus* de quo etiam idem resolvit Barbos. *ad cap. Pastoralis* 19. *de privileg. n.* 6 Secus est si se intrudat in possessione alicujus prædii ipsius beneficii, cùm sint diversa, Barbos. *in d. cap. d. cum qui, num.* 4.

Beneficium dicitur spectare ad collationem Episcopi, in quo ferendo Episcopus est in possessione Aloys. Ricc. *decis. Cur. Archiepiscop. Neapol. p.* 1. *decis.* 201. Latè Barbos. *de offic & potest. Episcopi p.* 3. *allegat.* 57.

Beneficio conferendo in mensibus Ordinariorum est locus præventioni in collatione facta à Papa, Flamin. *de resignat. lib.* 8. *cap.* 11. *n.* 7. *cum seqq.*

Beneficium reservatum Papæ si viveret, si eo mortuo conferatur ab Episcopo ignorante obitum Papæ valet collatio, Stephan. Gratian. *disceptat. forens. cap.* 18. *n.* 52. Et ordinarius remanet suspensus conferendo beneficium reservatum. Flamin. *de resignat. lib.* 11. *quæst.* 7. *n.* 39. & de aliis gravissimis pœnis agit Gonzal. *s.* 7. *proœm. num. ult.*

Beneficiarius potest agere interdicto, *unde vi* contra negantem solvere pensionem, quam solvebat suo prædecessori, cig. *de pension. q* 47. *n.* 10. Mascard. *de prob. concl.* 1323. *n.* 19. Amplia in tertio vel successore negante solvere pensionem, Valasc. *de jure emphyt. q.* 32. *n.* 24. Chass. *in consuetud. Burgund. rub.* 11. §. 2. *n.* 18. Menoch. *de interdict. remed.* 1. *recuper. possess. num.* 89. *& num.* 160. Peregrin. *de fideicommiss. fol.* 425. *num.* 19. Hieronym. à Laurentiis *decis. Avenionensi* 83. Etiamsi allegetur titulus nullus: cig. *quæst.* 35. *num.* 9. Staphil. *de signatura justitiæ, fol.* 282. *num.* 4. com. *in compendio utriusque signaturæ, prope finem*, Cassador. *de restitut. decis.* 10. *num.* 2. Nã possessio bonorum Prælati continuatur in Ecclesiam, Innocent. *in c. cum super, de causa possess. & propriet.* Flamin. *de resignat. lib.* 14. *quæst.* 7. *n.* 50 Cabed *de patronat. Regiæ coronæ, cap.* 9. *num.* 5. Bernard. Græv. *in practica Cam. Imper. lib.* 2. *concl.* 129. *num.* 8. Cald. *de empt. cap.* 12. *num.* 17. Et possessio rerum Ecclesiæ numquam dicitur vacare, etiam mortuo prælato, Marta *de jurisdict. p.* 4. *centuria* 1. *casu* 17. *num.* 10. *& casu* 76. *n.* 2. *cum sequentibus.*

Beneficii successor tenebitur ad pensiones decursas tempore prædecessoris, Flamin. *de resignat. lib.* 1. *q.* 8. *n.* 40. Stephan. Gratian. *disceptat. forens. cap.* 94. *num.* 56. *cum sequentibus*, cig. *de pension. quæst.* 43. *&* 44. *& quæst.* 77. *num.* 22. Cald. *de extinct. emphyt cap.* 4. *num.* 4. Valasc. *de jure emphyt. quæst.* 17. *n.* 18. *cum seq.* Barbos. *in addit. ad collect p.* 9. *col.* 1. *& ad cap. ult. de offic. Ordin. lib.* 6. *n.* 6. Et pensionarius non admittitur ad agendum contra successorem in beneficio, nisi factis diligentiis contra prædecessorem, Aloys. Ricc. *in collect. decis. p.* 5. *collect.* 1652.

Barboſ.*in collect. ad c.1. de ſolut. num.6. & in addit. ubi proximè.* Garc. *de benefic p.1. cap.5. à num.191.* Ubi etiam quod debet probare eſſe in poſſeſſione recipiendi penſionem, Lotter. *de benefic. lib.1. q.39. num* 88. ubi *num.117.* quod penſionario imputatur negligentia in exigendo à prædeceſſore, cùm ille paulatim decoqueret, & mora ac negligentia ſua ſibi imputari debet, *ex reg. mora, de reg. iuris in Sexto.* Et ſucceſſori debet intimari Bullæ reſervationis penſionis & ſi de eis non appareat, non datur manutentio, quamvis fuerit ſæpius ſoluta penſio, Stephan. Gratian. *diſceptat. forenſ. cap.417. n.27.* Et conceditur manutentio, etiamſi per triginta annos penſio non petatur, idem *cap.113. num.22.* Et quaſi poſſeſſio exigendi penſionem acquiritur per unicum actum. Ricc. *d. n.5. collect.160.* Flor. *var. lib.1. quæſt.2. num.25.* Garc. *d. cap.5. .450* ubi *num.136.* quod pẽſionarius præferendus eſt in fructibus beneficii gravati quibuſvis creditoribus etiam anterioribus, de quo etiam Gratian. *d. cap.94. n.52. cum ſequentibus*, Marcheſan. *de commiſſ. p.2. cap.4. de commiſſione appellat. num.68.* Roderic *de concurſu creditorum, p.1. art.5. à n.27.* Et beneficium ex quo penſio ſolvitur, cenſetur tacitè hypothecatum pro ſolutione penſionis, argum. *l.2. ad fin. ff. de alim. & cibar. legat.* Surd. *de alim. tit.8. privil.51. cum ſequentibus*, Azor. *inſtitut. moral. p.2. lib.8. cap.8. col.981. & cap.13. col.996.* Farin. *p.4. deciſ.102. num.18.*

Beneficio privatus ob non ſolutionem penſionis non tenetur ſolvere penſiones decurſas. Stephan. Gratian. *diſceptat. forenſ. cap 617. num.34.* ubi *n.35.* quod regreſſus quem penſionarius habet ad beneficium ob non ſolutionem penſionis, eſt præjudicialis, & abſorbet cauſam reductionis penſionis.

Beneficii qui non eſt capax, eſt incapax penſionis, vide Garc. *de benefic. p.1. cap.5. num.121. cum ſequentibus, & p.11. cap.3. num.38.*

Beneficio ſtatuti qui uti vult, etiam contra ſe pati debet, Marta *de juriſdict. p.4. cent.1. caſu 5. n.4.*

Beneficiatus poſt amiſſam reſignationem amittit titulum & omne jus & poſſeſſionem quam habet in beneficio, Cald. Pereira *de empt. & vendit. cap.15. n.34* Flamin *de reſignat. lib.1. quæſt.4.5. & 6. & ib.11. quæſt.1. num.6. cum ſequentibus*, Garc. *de benefic. p.11. cap 3 num.1. & à n.3.* Unde reſignans beneficium in favorem alterius in forma dignum, ſi ille non fuerit repertus idoneus, non poteſt reſignans redire ad beneficium ſed remanebit vacans per reſignationem, Ricc. *deciſ. Cur. Archiepiſcop. Neapolit. p.1. deciſ.207. num.4.*

Beneficium reſignans, ad cujus titulum ordinatus fuit, tenetur facere mentionem ſe ad titulum illius fuiſſe promotum, aliàs reſignatio eſt nulla, Barboſ. *in collect. ad Concil Trident. ſeſſ.21. de reformat. cap.2. n.23. junctо n. 27. & 28.*

Beneficium poteſt renuntiari ab homicida ante privationem, vel poſt accuſationem ante ſententiam vel poſt appellationem à ſententia interpoſitam, Flamin. *de reſignat. lib.3. quæſt 16. num.4.* Aloyſ. Ricc. *de iſ. Cur. Archiepiſcopat. Neapol. p.2. deciſ.95. n.6. & deciſ.114.* Rebuff. *de pacificis poſſeſſor. n.262. cum ſequentibus*, Azor. *inſtit. moral p.2. lib.7. cap.10. col.881.* Farin. *de de fect. p.5. quæſt. 11. num. 69. cum ſequentibus.* Ubi quando faciat fructus ſuos.

Beneficium litigioſum non poteſt renuntiari, nec permutari. Flamin. *de reſignat. l.2. quæſt.3. à num.1.* Lancelot. *de attentat. lib.2. cap.4. num.254.* Put. *deciſ.354. lib.3.* Azor. *moral. p.2. lib.7. cap.29. quæſt.5.* Ricc. *deciſ. Cur. Archiepiſcopat. Neapolit. p.2. deciſ. 23.* Barboſ. *de offic. & poteſt. Epiſcopi p.3 allegat.57 num.19. & 49. & ad cap.2 de confirmat. utili, à n.28.* Et renunciatio ac permutatio facta lite pendente præſumitur fraudulenta, Flamin. *d. quæſt. 3. n.2. & lib.13. quæſt.4. num. 9.* Ex quibus præſumatur fraus in permutatione beneficiorum, vide Ricc. *in praxi aurea, reſol 463. & 465.* Et reſignatio non expreſſa lite eſt nulla, Flamin *d. tract. de reſignat. lib.8. q.6. num.163.* Item beneficia ligitioſa ſunt reſervata diſpoſitioni Summi Pontificis, Gonzal. *de menſibus, gloſſ.11. n.10.* Barboſ. *d. allegat.57. n.49.* Et non poſſunt ab Epiſcopo conferri, idem Barboſ. *d. p.3. allegat.69 num.19.* Quando dicatur beneficium litigioſum? Vide Ricc. *in collect. deciſ. p.5. collect.1674.* Et beneficia poſſunt reſignari appellatione pendente: Ricc. *d. p.2. deciſ. 214. n. 1 & 13.*

Beneficiorum varios vacationis modos vide per Garc. *de benefic. p.11. cap.1. à principio.*

Beneficium vacat per reſignationem, per quam amittitur jus, proprietas, titulus & poſſeſſio, Flamin. *de reſignat. lib.1. q.5. à n.15. & q.6. n.11. & 12. & q.15. n.2.* Gonzal. *ad reg. 8. Cancel. gloſſ.15. n.8.* Garc. *de benefic. p.11. cap. 3. à n. 1.* Barboſ. *de offic. & poteſt. Epiſcopi, p.3. allegat. 57. num. 200 & ad cap. inter cætera 17. de præbendis, & in cap unic. de rerum permutat. lib ſexto.*

Beneficium primum non cenſetur vacare per aſſecutionem ſecundi, niſi poſſeſſio hujus pacifica habita fuerit per duos menſes, Garc. *de benefic. p.11. cap.5. n.55. & à n.100.* Barboſ. *de offic. & poteſt. Epiſcopi, p.3. allegat. 57. n.201.*

Beneficium vacat per matrimonium, & ſecuta profeſſione in Religione, Garc. *de benefic. p.11. c 9.*

Beneficium vacans in Curia pertinet ad Papam, non ad Ordinarium, Barboſ. *ad cap.2. de præbend. in ſexto, à num.10*

Beneficia vacantia ſede Epiſcopali vacante reſervantur Summo Pontifici, ex citatis per Barboſ. *de offic. & poteſt. Epiſcopi, p.3. allegat. 57. n.35.* quibus adde Quarant. *in ſum. Bullar.* verbo *Capitulum Sede vacante, verſ. nonò quæro.*

Beneficia in Curia vacare dicuntur per reſignationem in illa, Flamin. *de reſignat. libro 1. quæſt.4. num. 54. 56. & 63. lib.2 quæſt.19. n.11. & quæſt.20. num.5.* Barboſ. *de offic. & poteſtate Epiſcopi, p.3. allegat. 57. num.22.*

Beneficia in quibus reſervatus eſt regreſſus, dicuntur vacare in Curia, Flamin. *de reſignat. lib.2. quæſt. 20. num.11.*

Beneficia vacantia ob non publicationem tempore debito ſunt reſervata & vacant ipſo jure. Barboſ. *de offic. & poteſtate Epiſcopi, p. 3. allegat. 57. num. 46. & num. 244.*

Beneficia promoti in Epiſcopum quomodo vacent? Vide Garc. *de benefic p 11. cap.9.* Barboſ. *ad cap. cum in cunctis 7. § cùm verò, num.29 de elect. & de offic. & poteſtate Epiſcopi, p.3 allegat.57 num.67.* Ubi *num. 71*, ampliat ad beneficia ſimplicia, & quod penſio extinguatur per promotionem in Epiſcopum, niſi habeat retentionem à Summo Pontifice, tradit Cardoſ. *in praxi judicum & advocator.* verbo *penſio, num. 19.*

Beneficia vacantia debent provideri infra ſex menſes à die notitiæ vacationis, Garc. *de benef. p. 6. cap. 2.* Et beneficia non proviſa intra ſex menſes, devolvuntur ad immediatum ſuperiorem, idem *c.3. & p.5. c.4. n.35. & n.222. cum duobus ſequentibus*, Barboſ. *de offic. & poteſt. Epiſcopi. p.3. allegat. 58. n.10.*

Verbo BIGAMIA BIGAMUS.

BIGAMIA eſt irregularitas proveniens ex defectu ſacramenti, quæ triplex dicitur, ſcilicet bigamia vera, qualis datur in illo qui verè cũ duabus

bus contraxit,de qua *in cap.*1. *de bigam.*alia Interpretativa, ut in eo qui unicam corruptam tantum accepit, de qua *in c.*3. *eod.tit.* ultima dicitur similitudinaria, quam incurrit is qui in sacris constitutus,vel professus aliquam religionem matrimonium contrahit.*cap.ult.debigam.*Flamin.*de resignat.l.* 5.*q.*3.*num.* 187. *cum seqq.* Sanch. *de matrim.lib.*7. *disp.*83 84. & 85.Thom.Valasc. *allegat.*41.*num.*9. *cum seqq. tom.* 1. Hinc colligitur quod accipiens uxorem quæ fuit ab alio corrupta, efficitur bigamus interpretativè, quasi interpretatione factus una caro cum uxore, diviserit carnem in plures, sicut & illa, atque ita careat significatione sacramenti *d. cap.ult de bigam, cap. præcipimus, & cap.si laici,*34. *dist. cap. si quis viduam,* 50. *dist.* Gregor. *l.*4 *tit.*1 *p.*3. verbo *quesea,* Flamin. *d.q.*3.*n.* 191. Rebuff.*de pacif.possessor, n.*194. *vers. quintus,*Sanch. *d.disp* 83. Infertur etiam illum qui cognovit uxorem post adulterium ab illa commissum,etiam interpretative fieri bigamum, quamvis ipse maritus ignoret adulterium, *cap. si cujus, cum seq.* 34. *dist.* Cened *ad Decretal. collect.* 137.*num.*2 Flamin.*dicta q.*3.*num.*189.Rebuff *d.num.* 194.*vers.sextus,*Sanch. *d.disp.*84.*num.* 15. Valasc. *d.alleg.* 41 *num.*13.*cum seqq.& num.* 26. & vide paul. Comitol. *lib.* 1.*resp. moral.quæ?*.107.*num.*3 Ubi etiam quid si ignoravit adulterium, & de triplici divisione bigamiæ agit etiam Garc. *de benefic. p.*7.*cap.*6.*num.*15.*cum.seqq.* Barbos. *de offic. & potest. Episc.alleg.*49.*num.*1.*cum seq.*

Bigamus non efficitur si quis eam accipiat quam priùs extra matrimonium corruperat,quia carnem suam non divisit in plures,Sanch. *de matrim.lib.*7. *disput.*84.*num.*13.Valasc. *alleg.*41.*num.*5.*tom* 1. Et accipiens desponsatam alii,sed non cognitam,non efficitur bigamus,*cap.debitum,de bigam.cap.ult.*34. *dist.* Valasc. *ubi proximè, num.*6.Et cur magis corruptio uxoris efficiat virum bigamum, non ita tamen corruptio ejusdem viri;vide Gloss.verbo *cognitam.in d.cap.debitum.& gloss.*2.*in cap.*1.*de clericc. conjug.lib.*6.Sanch. *dicta disput.*84. *num.*9. Cened. *ad Decretal. collect.* 166.*vers.item.*

Bigamia inducitur ex matrimonio nullo,Sanch. *dicta disp.* 84. *num.* 10. Valasc. *dicta allegat.* 41. *num.* 29.

Bigamus non debet admitti ad Ordines & beneficia, Flamin. *de resignat.lib.*5.*q.*3.*n.*192.

Bigamus non potitur privilegiis Clericorum,& reputatur laicus *cap.unic.de cleric. conjug.* Flamin. *de resignat.lib* 4.*q.*4.*n.*18.

Bigamia solus papa dispensat,Aloys.Ricc.*decis. Cur. Archiepiscopat.Neopolit.p.*1.*decis.*39. Et cum bigamo non potest Romanus pontifex dispensare, de potestate ordinaria sed tantum de absoluta Azor *instit.moral.p.*2.*lib.*6.*cap.*4.*col.*669. Sanch.*de matrim.lib.*7.*disput.*86.*n.*5.Valasc. *allegat.*41.*n.*18. *tom.* 1. Farin. *in praxi crimin.p.*7. *lit. B, num.* 115. Flamin.*de resignat,l.*5.*quæst.*3.*n.* 197, Et ut Cardinalis fiat non potest papa dispensare, Cotta *in memor ab.* verbo *bigamus.*

Bigamia non potest Episcopus dispensare, Flamin.*de resignat.l.*5.*q.*3.*n.*196. Azor. *instit.moral. p.*2.*l.*3.*c.*50 *col.* 386.*& l.*6.*cap.*4.*col.* 670. *cum seq.* Nec potest dispensare in vera, vel interpretativa bigamia.*cap.*3.*de bigam.*Sanch.*d.disput.*86.*n.*9 *cum sequentibus.*Farin.*dicto loco,* Sa verbo *irregularitas ex bigamia num.*6.paul. Comitol. *responsor.moral. lib.*1.*quæst.*106.*n.*5.*&* 6.Garc. *de benefic.p.*7.*cap.*6. *num.*3.*cum sequentibus.*& Barbosa *de offic.& potest. Episcopi.alleg* 49. *num.*22.*cum seqq.*

Verbo BONA BONUS.

BONA, quæ maritus aut uxor per contractum dotalem matrimonio conjuncti acquisiverunt per viam hæreditatis,aut legati ab aliquo parente, non dicuntur acquisita constante matrimonio, ut si sint propria uxoris communicentur marito, seu ejus hæredibus. cùm ex illis contrahatur societas particularis.Barbos.*in l.*1.*ff.soluto matrim.p.*1.*n.*34. *cum sequentibus,* ubi quod non communicantur viro, sed præcipua sunt uxoris.

Bona ad quorum titulum quis ordinatus est non sunt Ecclesiastica,Phœb.*p.*1.*dec.*19.Mendez *in praxi,lib.* 2.*c.*4.*n.*12. *cum sequentibus* Prohibentur tamen sine licentia Episcopi alienari. Barbos. *in collect.ad Concil.Trident.sess.*21.*de reform.c.*2.*a n.*64.

Bonis concessum privilegium an extendatur ad bona postea acquisita: Vide text.*in c.quia circa* 22. *de privileg.* Chassan.*in consuet Burgundiæ, fol.*304. *vers.c.num.* 1.

Bonorum appellatione simpliciter continentur mobilia & immobilia nomina debitorum,sive jura & actiones, Barbos.*de appellat.verbor.utriusque juris significat.* verbo *bona* 35.*n.*1. 2. & 3.ubi *n.*4. quod bonorum mobilium & immobilium appellatione non comprehenduntur jura & actiones:& *n.*15.Quod bonorum suorum appellatione solùm veniunt præsentia, & non postea quæsita: & *n.* 16. Quod bonorum appellatione continetur omne ultra æs alienum,quia bona non dicuntur nisi deducto ære alieno.Et naves sunt bona mobilia, Cur. Philip *tom.*2.*lib.*3.*cap.*2.*num.*30.

Bonorum immobilium pretium justum illud est, quod viginti annis reddunt ea bona deductis expensis,Cov. *lib.* 3.*var. cap.*9.*n.*5. Pinel. *in l.*2.*p.*3. *cap.*4.*num.*29.*Cod.de rescind.vendit.*Surd.*cons.*151. *n.*6.Garc.*de expensis,cap.*9.*n.*78. Stephan.Gratian. *discept.forens.cap.*545.*n.*13. *& n.*& *c.*752.*n.*47 Cardos.*in praxi judicũ & advocator,*verbo *census, n.*18 & verbo *emptio,num.*53.*cum seq.*& verbo *pretium,num.*4. & verbo *usura, num.*10. Et ita taxatur hujusmodi pretium pro censuum venditionibus in regno Portugaliæ per quasdam literas Philippi III. *anni* 1615. quas refert Phœb. *decis* 121.*tom.*2.

Bonorum appellatione veniunt bona emphyteutica,Barb. *de appellat.verbor.utriusque juris significat.*verbo *bona* 33.*num.*14.Ubi etiam quod in generali obligatione bonorum venit emphyteusis.

Bona Ecclesiæ vocantur patrimonium Christi,& bona pauperum, *cap.cùm secundum* 16.*de præbend.* Monet. *de distribut.quotid.p.*3.*quæst.*1.*num.*15.*&*16. Azor. *institut. moral. p.*2.*lib.*6.*cap.* 11.*quæst.*4. quia propter Christum, & ejus obsequium & gloriam donata sunt: ita Gisbert Schevich *de Ecclesiasticorum vita,lib.*3.*cap.*20.*prope fin.pag.* 566. Barbos. *de offic.Parochi, cap.*2.*num.*5.

Bona extra territorium posita non ligantur statuto, Phœb. *decis.*102.*n.*29.*p.*2. ubi *num.*33. idem resolvit, licèt dirigantur in personam.

Bona minoris debent vendi in publica subhastatione,Ordinat. *lib.*1. *tit.*87.§.25.*l.*4.*tit.*5.*part.*5.*& l.*18.*tit.*16.*part.*6.Roland.*cons.*33.*num.*2.13.*&* 14. *vol.*1.*&* *cons.*60.*vol.*4.Molin.*de primog.lib.*4.*cap.*3. *n.*46.Aloys.Ricc. *decis.Cur.Archiepiscop. Neapolit p.*1.*dec.*226.*a princip.& dec.*227.*n.*4.Menoch.*de interdict.remed.*15.*recuper.possess.n.*146.*cum sequentibus,& de arbitr.casu* 171.*n.*28. Guter. *cons.*18.*n.*64. Surd.*decis* 77.*n.*3.& vide Stephan.Gratian.*discept forens.cap.*499.*num.*9.*cum sequentibus,*Et debentur gere creditores,Mascard.*de probat.concl.*1236.*n.*44

ubi

ubi *n.*120 quod debet dari neceſſitas ac utilitas, & aſſerenti utilitatem ſubeſſe incumbit probatio. Et poſt mortem patris alienantis poteſt filius revocare alienationem à patre factam de bonis ſuis, Avend. *conſ.* 13. *n.* 1. Et ubicumque in aliqua alienatione bonorum judicis decretum requiritur debet etiam intervenire ſubhaſtatio, Molin. *d. cap.* 3. *num.* 45.

Bona Regiæ coronæ non poſſunt relinqui Eccleſiæ, Ordinat. *l.*2. *tit.*16. Nec in capellam vinculari, Bald. *in cap. Clerici, n.* 3. *de judic. & in l. voluntar, col.*1. *Cod. de fideicommiſſ. & in c.*1. *col.*3. *verſ quæro ergo, de prohibita feudi alienat. per Fed. ric.* Gloſſ. & ſcribentes *in cap. Eccleſiæ, de conſtitut.* Quod etiam procedit in feudo perpetuo, Imol. *in cap.*2. *col.*1. *de feudis*, Franciſc. Curt. *conſ.*50 *col.*1. Gam *deciſ.*70. *n.* 1. *& dec.*218 *n.*20. Deferuntur jure ſanguinis juxta legem mentalem, & non ſicut hæreditas ultimi poſſeſſoris defertur *in allegat. pro D. Catharina, n.* 57.

Bona hæreditaria per aditionem confunduntur cum bonis hæredis, & dicuntur ſuum patrimonium, *l ſi tibi homo, §. cùm fundus, ff. de legat.* 1. Perez qui alia refert *l.*5. *t.*2. *p.*75. Barboſ *p.*4 *rub. n.*19. *cum ſeq. & in l. poſt. dotem, num.*76. *ff. ſoluto matrim.* Cald. *de poteſt. ſæcul. cap.*16 *n.*88. *& conſ.*7. *n.*36. Gom. *ad l.*22. *Tauri, n.*13. *cum ſeq & deciſ.* 322. *n.*6.

Bona non dicuntur niſi deducto ære alieno, *l. mulier bona ff. de jure dotium, l. ſubſignatum, §. bona, ff. de verborum ſignificat. l. fin. §. ſin autem æs alienum, Cod. de bonis quæ liberis*, Rebuff. *in comment. ad tit. ff. eo t. de verborum ſignificat. ad l. bonorum appellatio* 49. *verſ. & ſic infertur, cum verſ. ſeq. p.*260. *& ad l. veniſſe* 165. *p.*566. Mexia *in tract. taxæ panis, concl.* 2. *n.* 94. Surd. *conſ.* 122. *n.* 22. *& n.*81. *& conſ.* 216. *n.*12. Guter. *pract. l.*3. *q.*43. *n.*17. *cum ſequentibus*, Cal. Pereira *de empt. c.*10 *n.*7. Cardoſo *in praxi judicum & advocat.* verbo *bona, n.*4. Pichard *ad §. cùm autem* 3. *n.*2. *Inſtit. de lege Falcidia*, Azeved. *ad l.*3. *tit.*4. *l.*8. *novæ recopilat. num.*14. *cum ſequentibus*, & Reinoſo *obſervat.* 42. *n.*15. Et debitum extenuat bona, per Burg. *conſ* 4. *num* 7.

Bona regulariter præſumuntur libera, non verò vinculata, aut reſtitutioni ſubjecta, *cap.*2. ubi Bald. *Si de feudo fuerit controverſia*, Alexand. *conſ.* 129. *vol.*1. Dec. *conſ*368. *col.*2. Reinoſo *obſervat.*68. *n.*11.

Bona quæ filius acquiſivit cum pecunia patris, cenſentur profectitia, Ordinat. *lib.*4. *tit.*97. §.16. & probat *l.*5. *tit.*17. *part.* 4. Gloſſ. verbo *ex ejus ſubſtantia, in l. cùm oportet. Cod. de bonis quæ liberis*, Cald. *de in integrum reſtitut. min.* & dicit communè Mendez *in d. l. cùm oportet, p.*1. *n.*19. & quòd ſi filius ſuſceperit alimenta cum facultate patris, acquirit patri. Ordinat. *ubi proximè*, poteſt tamen petere ſatisfactionem ex ſuo labore, Molin. *de juſtit. tract.*2. *diſp.*234. Et hæc ſatisfactio erit dividendo lucrum pro dimidia parte, quæ attribuetur pecuniæ patris, juxta doctrinam Bart. *in l.*1. §. *nec caſtrenſe*, 5. *de collat. bonorum*, Gom. *l.*20. *Tauri, n.*24. Mendez *ubi proximè, num.*20. *&* 26.

Bonis Eccleſiæ quinque tempora ſunt conſideranda, Valaſc. *conſult.* 179. Azor. *inſtit. moral. p.*2. *lib.*12. *c.*11. *col.*1272 Beja *reſponſ caſuum conſcient. p.*2. *caſu* 25. *fol.*241. *verſo.*

Bonus quis præſumitur natus ex bonis parentibus, quia ſæpè ſolet filius ſimilis eſſe patri & arbor mala bonum fructum facere non poteſt, & ait Philoſophus, ex melioribus meliores procreari probabile eſt. Et Fabius *l.*5. pariter dicit ſimiles parentibus ac majoribus ſuis filii plerumque creduntur, & nonnunquam ad honeſtè turpiterque vivendum; inde cauſæ fluunt; nā cum filii parentes ſuos amant & ab eis omnia ferè diſcere ſoleant, quæcumque in eis vident, bona, honeſta & licita eſſe putant, & Plutarc. *in exordio libri de liberis educandis*, ait: Pulcher theſaurus eſt bonis procreatum eſſe parentibus: refert Farin. *in praxi crimin. tom.*1. *tit.*5. *de indiciis & tortura*, *q.*47. *num.*279. ubi *n.*282. Quod multo magis bonus præſumitur is qui benè educatus eſt; ex bona enim vel mala educatione bonus, vel malus homo præſumi poteſt, cùm educatio ipſa mores faciat, nam ut inquit Plato *l.*4. *de Republica*, quale cujuſque fuerit pueri educationis initium, talia etiam erunt quæ ſequuntur. Et Cicero *l.*1. *offic* ſcripſit, plerumque parentum præceptis imbuti filii ad eorum conſuetudinē moremque deducuntur & Juven. *ſatyra* 14. Sic natura jubet velocius & citius nos corrumpunt vitiorum exēpla domeſtica. Et quod bonus quilibet præſumatur, niſi contrarium probetur, vide per citatos à Barb. *ad c. fin. de præſ. n.*3.

Verbo BULLA.

BULLA Cœnæ Domini dum punit impedientes executionem mandati Apoſtolici, agit de ſententiis Papæ vel Rotæ, non verò de proceſſibus judicum inferiorum in partibus, ut teſtatur Gabr. Pereira *de manu Regia, p.*1. *cap.*22. *n.*26.

Bullæ Apoſtolicæ nunquam expediuntur ſine conſenſu, Mart. *de clauſul. p.*1. *clauſula* 22. *n.*22. Flamin. *de reſignat. lib.*8 *q.*8. *n.*55. Et Notarii non recipiunt ſupplicationes, ut ex illis Bullæ expediantur, niſi conſtet de ſufficienti mandato procuræ, Flamin. *lib.*9. *quæſt. ſexta, n.*8. *& quæſt.*22. *n.*5.

Bulla Apoſtolica ubi ſemel fuerit publicata, ſi ſit amiſſa, poterit probari ejus tenor, ut argum. *cap. cùm olim* 12. *de privileg.* tradit Azeved, *l.*1. *num.*126. *tit.*5. *lib.*8. *nov. recopilat. tom.* 5. Et Brevis Apoſtolici effectus reſolviturin ſimplicem citationem, *l. de pupillo, ff. de novi operis nuntiat.* Garc. *de benefic. p.*6. *cap.*3. *num.*41.

Bullæ Apoſtolicæ habent executionem paratam, & reverenter eſt illi parendum per executorem in eis nominatum, *l.*1. *ff. de conſtitut. Principum, cap. ſi quando, c. ſuper literis de reſcriptis*, Garc. *de benefic. p.*6. *c.*2. *n.*140: Gonzal. *adreg.*8. *Cancel. gloſſ.*9. § 1. *in annotat. à num.*220. *cum tribus ſequentibus*, Farin. *deciſ.*366. *n.*1. *in ultimis Rotæ deciſ.* Et lite via executiva introducta poteſt agi abſque attentati crimine, Lancellot. *de attentat. p.*2. *cap.*4. *limitat.*30.

Bullam Cruciatæ ante vel poſt ſuſcipere non eſt neceſſarium in volentibus conſequi indulgentias Jubilæi, quæ à ſummis Pontificibus pro tempore concedi conſueverunt, Barboſa *in collect. ad Concil. Trident. ſeſſ.* 25. *de indulgent. n.*4.

LITERA C.

Verbo CAMBIUM.

CAMBII literas scribens & firmans per hæc verba, *E porreis dinheiro à nossa conta*, licèt procurator alterius illas scribat, tenetur tamen, ut refert judicatum Phœb. *p.2. decis.* 206. ubi adducit Scacc. *tract. de cambiis*, §. 3. *gloss.* 9.

Cambii literæ si effectum non habeant, vel non acceptentur ab eo, cui diriguntur, scribens adhuc remanet obligatus. Stracch. *de assecurat. gloss.* 11. *n.*21. Mascard. *de probat. concl.*630. *per totam.* Sacc. *d.tract.*§. 9. *à n.*6. Grabr. Pereira *decis.*126. *n.*4. quos refert Phœb. *d.p.*2. *decis.* 207. *n.*5. ubi ita asserit judicatum, & *n.* 6. ait quod est in usu quod si literæ redeant cùm protestu, aget recipiens adversùs scribentem ad repetitionem summæ in eis contentæ, & ad interesse, quia licèt creditor literas recepisset, non prius tamen scribens liberatur, quàm literæ plenum effectum sortiantur, ex text. *in l. si literarum, Cod. de solution.* & Azor. *institut moral. p.*3. *l.*10. *c.*1. *cum seq. tit. de cambiis*, tradit Phœb *d.loco.*

Cambii literas scribens, eis acceptatis, non potest amplius mandatum, in eis contentum revocare: si è converso literas acceptans usque adeo obligatur præsentanti, ut non possit amplius domino scribenti solvere, mandatum efficitur irrevocabile: ita tradit & refert judicatum Phœb. *decis.* 208. *p.*2.

Cambii literas acceptans, si decoxit, damnum erit præsentantis. Afflict. *decis.*313. Marant. *de ord. judic. p.*6. *tit. de testibus, n.*40. & 50. etiamsi scribens decoxerit, Vincent. de Franch. *p.*3. *decis.*203. *incip. Benedictus*, Sacc. *d. tract.*§.11. *gloss.*5. *à n.* 322. Menoch. *de præsumpt. l.*5 *præsumpt.*3. *n.*11. quos citat, & asserit judicatum. Phœb. *dicis.*209. *p.*2.

Cambii literæ si sint amissæ potest recipiens adversus scribentem agere, dummodo cesset fraus, Gam. *dec.*336. *alias* 338. *n.*1. recipiens tamen liberabit scribentem per instrumentum publicum, Marant. *ubi suprà. n.*48. Gam. *ubi proximè*, & ita esse judicatum tradit Phœb *decis.*210. *p.*2.

Cambii literas scribens alteri mercatori, ut solvat Titio centum pro totidem quæ recipit ab eodem per hujusmodi literas cambii, probatur receptio illorum centum adversùs scribentem, Menoch. *de arbitr. casu* 94. *n.*24. & alii per Mascard. *de probat. lib.*2. *concl.*360. *ex n.*3. refert Phœb. *dec.*212. *tom.*2. An autem agi possit ex epistola quæ dicitur credentialis? vide Mascard, *concl.*628. quem refert idem Phœb.

Cambii literas qui remisit ad illum, qui statim decoxit, præsumitur dolo fecisse, Menoch. *de præsump. lib.*5. *q.*3. *n.*111. Et non possunt literæ hujusmodi revocari antequam solvatur quod scriptum fuit, Mascard. *de probat. concl.* 987. *n.* 2. *n.* 3. quod litera cambii si amissæ sint ante pecuniariam exactionem, est locus repetitioni à priori nummulario, præstita tamen prius sibi cautione respectu illarum literarum: idem etiam resolvunt Cotta *in memorabili b.* verbo *mercator*, *pag* 578. Marant. *de ord. judic. p.*6. *actu* 6. *n.*48. Et de literis Cambii acceptatis vide Mascard. *ubi proximè*, *n.* 8. Stephan. Gratian. *disceptat. forens. c.*569. *n.*16.

Cambii literis acceptatis non datur actio contra illum qui eas fecit, sed contra acceptantem, etiam si acceptans postea decoxit, ex Baldo *in l. pro debito, Cod. de bonis authoritate judicis possid.* quem referunt & sequuntur Jas. *in l. admonendi, num.* 18. *Cod. de jurejur.* Hyppolit. *in rub. Cod. de probat. num.*307. Afflict *decis.*353. Mascard. *concl.*930. *n.*9. & *concl.*987. *num.*8. & vide Stephan. Gratian. *disceptat. forens. cap.*64. *num.* 6. *cum seqq. & cap.* 569. *n.*16. Phæb. *arresto* 73. *tom.* 1. Cur Philip. *tom.*2. *lib.*2. *cap.*11. *num.*50. Gabr. Pereira *dec.*27. *num.*3. & *dec.* 126. Adverte tamen quod qui literas cambii scripsit, semper remanet obligatus, deficiente vel rumpente eo, qui eas acceptavit, & contra illum agi poterit, ex Bart. & Doct. ubi latè Jas. *num.* 34 *in l. singularia. ff. si cert. pet.* Hyppolit. *in rub. de probat. n.*285. Rotæ Genuæ 1. *num.*3. & 2. *n.*4. & facit text. *in l. si literarum* 23, *Cod. de solutione.*

Cambii literas qui acceptat alterius mercatoris, fateri videtur vera esse in literis contenta, *l. si filius fam.* 2. *ff. ad Maced.* Mascard. *de prob. concl.* 327. Menoch. *de præsump. lib.*3. *quæst.*65. & *arbitr. cent.*1. *casu* 21. Gam *decis.*338. *n.*3. *cum sequentibus.* Cald. *qq. forens. quæst.*31. *n.*9 Mendez *in praxi, lib.*3. *cap.*2. *n.*16. Idem. *in confessione facta in epistola, l. Publia, ff. depositi*, Cald. *de empt. cap.*19. *n.*43.

Cambii literis acceptatis, si is qui misit eas, decoxit post acceptationem, tenetur acceptans, Vincent de Franch. *decis.*303. Foller. *in addit. ad Marant. in speculo, p.*6, *actu* 6. *num.*49. *pag.*355. Quid in delegatione? vide Surd. *decis.*23. *num.*7. Ubi quod delegatus si fiat non solvendo, delegans non poterit molestari, & *num.*28. quod delegans ipso jure liberatur. Et literis cambii acceptatis ab illo ad quem diriguntur, qui postea decoxit, periculum est illius cui solvenda est pecunia, Mascard. *de probat. concl.*630 *num.*9. & *concl.*987. *num.*8. Plura de litteris Cambii vide apud eundem *concl.* 630. Phœb. *p.*1. *arresto* 73. & *p* 2. *dec.*206. *cum seq.* Farin. *decis. Rota* 445. *in noviss.* Bonacin. *tom.* 2. *disp.*3. *de contract. quæst.*5.

Verbo CANONICALIS, CANONICUS, & CANONICATUS.

CANONICATUS venit appellatione dignitatis sed largè: ita Barbos. *tract. de appellat. verborum utriusque juris significat.* verbo *dignitas*, *n.*10. Flamin, *de resignat. lib.*2. *quæst.*1. *n.*103.

Canonicus Ecclesiæ Cathedralis judex & conservator eligi potest, ex citatis per Barbos. *in collect. ad Concil. Trident. sess.*25, *de reform. cap.*10. *n.*7. Quamvis quod non sit propriè dignitas, nec possit fieri conservator Apostolicus, asserat Cæsar *p.*3. *relect. disp.*12. §.6 *à num.*25. Et est honor ac præeminentia, digniusque beneficium parochiali, Staphil. *de gratiis & expectativis, fol.*6. *verso, à n.*3. De quo etiam vide Ricc. *in collect. decis. p.*2. *collect.*363. Et Canonici Cathedralis dicuntur Clerici primi gradus, Innocent. *in cap. fraternitatem, vers. & major, de sepultur.* Rota *in Cæsaraugustana Synodi*, 22. *Junii* 1626 *coram Reverend. Domino Coccino Decan.* Non potest tamen esse delegatus papæ, Canonicus regularis Ecclesiæ Cathedralis Barbos. *d.c.*10. *n.*8.

Canonicus Ecclesiæ Collegiatæ, etiam Doctor peritissimus, non potest esse delegatus papæ, nec judex synodalis, Barb. *de canonic. cap.*19. *n.*10. & *in collect.*

collect. ad Concil. Trident. dicto c. 10. n. 9. ubi *n. 16.* prioribus Guardinis, & aliis Ordinum mendicantium præfectis possunt à Papa causæ delegari.

Canonicis Ecclesiæ Collegiatæ non est necessaria professio fidei requisita à Concil. Trid. *sess. 24. de reformat. cap. 12* ubi Barbos. *in collect. n. 37. & 38. & de offic. & potest. Episcop. p. 3 allegat. 61. n. 15. & de canonic. cap. 17. n. 14.*

Canonici non comprehenduntur Clericorum appellatione in odiosis, & in materia stricta, Barb. *ad c. bonæ 3 de postulat. Prælator. n. 2 & de appellat. verbor. utriusque juris significat.* verbo *clerici, n. 3.*

Canonicatibus Ecclesiæ Collegiatæ sufficit ætas 14. annorum, Gonzal. *ad reg. 8 Cancel. gloss. 5. n. 92.* Barbos. *in collect. ad Concil. Trident. sess. 24. de reform. c. 12. n. 60. & de offic. & potest. Episcopi, p. 3. alleg. 60. n. 71 cum seq. & de Canon. c 13. à n 14.* Ubi *n. 21. cum seq.* agit de dignitatibus, quod requirant 22. annos completos, Garc. *de benefic. p. 7. c. 4. n 39.* Ubi quod ad Canonicatus Ecclesiæ Collegiatæ etiam in signis requiritur & sufficit prima tonsura, & quod quis attingat 14 ætatis annem, *& n. 40.* idem asserit in dimidiis portionibus Ecclesiæ Cathedralis, & *n. 41.* quod promovendus ad beneficia curata debet attigisse 25. suæ ætatis annum.

Canonici Collegiatarum Ecclesiarum omnibus aliis Clericis præcedunt post Cathedralem, quia Collegiata est dignior quacunque alia inferiori Ecclesia, etiam parochiali, Barb. *de Canon. c. 18. n. 65.*

Canonicatus possessio eget capitulari traditione, Flamin. *de resignat. l. 6. q. 5. n. 32. & lib. 10. q 6. n. 42.* cum aliis citatis per Barbos. *de Canon. cap. 5. per totum*, ideſt à majori parte Capituli, Gonzal. *ad reg. 8. Cancel. § 3. proœm. num. 81.*

Canonici debent sedere in suo stallo, nec ascendere ad sedes Decani & Archidiaconi, si fortè absint, Barbos. *de Canonic. 18. n. 41.* ubi *n. 42. & 43.* quod Canonici digniores debent sedere in sedibus quæ sunt viciniores Sedi Episcopali, & celebrantes non debent sedere coram Episcopo in sede compostergali, sed in aliquo scamno oblongo, tapete, vel panno cooperto in latere epistolæ. Resolvit tamen Monet *de distribut. quotid. p. 2. q. 19. n. 40.* quod canonici debent percipere distributiones quotidianas, licèt nec proprio in loco, neque in proprio habitu Canonicali sedeant, vel incedant.

Canonicorum monitiones & documenta sancti Caroli Borromæi, vide apud Barb. *de offic. & potest. Epis. p. 3. alleg. 53. in fine, & de Canonic. c. 40. in fine*

Canonicale officium in duobus potissimùm consistit, Stallo scilicet in choro cum participatione divinorum, & loco in Capitulo, de quo vide latè Sebastian. Cæsar. cum ab eo citatis *p. 3. relect. de Ecclesiast. Hierarch. disp. 12. n. 6. uncto 19.* Barbos. *de canonic. cap. 31. num. 1.*

Canonici ex sua institutione & jure communi tenetur canere in choro sub peccato mortali, si in hoc essent notabiliter negligentes, & assistentes in choro non recitando, nec cantando tenetur restituere distributiones quasi totas, quemadmodum etiam tenentur qui frequenter confabulantur in choro, ex citatis per Barbos. *in remiss. ad Concil. Trident. sess. 24. de reformat. c. 12. n. 63. & de canon. c. 34. n. 13. & in collect. ad Concil. Trid. n. 57.* Et Canonici tenentur divinum officium canendo, & alta voce recitando persolvere juxta Ecclesiæ usum, Bonacin' *de iis quæ ad divinum officium in choro publicè recitãdum pertinent, disp. 21. q. puncto. 3. proposi. unica.* Et cogendi sunt Canonici ad personaliter canendum Missam illis diebus quibus sunt obligati ex institutione Ecclesiæ, ut lucrentur distributiones quotidiana, idem Bare. *de canon. c. 34 n. 1.* & refert ita cẽsuisse Sacr. Card. Congreg. Garc. *de benefic. p. 2. c. 2. n. 495. cum seq.* Et catholicorum officium per se, & non per substitutos est adimplendum, Concil. Trid. *d. cap. 12. vers. omnes verò* ubi Baborſ. *n. 59. & n. 135. cum seq. & de Canonic. c. 31. & 34. n. 9.* Bonacin. *d. quæst. 1. puncto 4. proposit. unica, n. 2.*

Canonicatus Migistrales & Doctorales quomodo provideantur? Vide Concil Trident. *sess. 5. de reformat. c. 1. vers. in Eccles. &c.* & Concil. Bracharen. *act. 3. c. 17 & 18.* Ceval *commun. contra commun. q. 897. à n. 486. usque ad n. 503.* Gonz. *ad reg 8. Canc. gloss. 9. §. 2 n. 25. puncto n. 80. cum seq.* Garc. *de benef. p. 5. c. 4. n. 162. seq. puncto n. 169.* Cov. *pract. c. 369. n. 10. vers. quintò illud*, Joan. Anton Massobr. *in praxi habendi concursum.* Barb. *de officio Episcopo. 3 p. allegat. 56. & de Canonic atque dignitatibus, cap. 27.*

Canonicis vel Capitulo Ecclesiæ aliquid relictum quomodo sit distribuendum? vide Stephan. Gratian. *discept. forens. c. 533. n. 15. & 16.* ubi quod non dividitur æqualiter inter ipsos Canonico, sed adhibentur distinctio qualitatum.

Canonicus quis vocem in Capitulo habeat, vide Barbos. *de. Canonic. c. 37.* quem vide *n. 1. & 2.* Et quæ dicatur major pars capituli vide *c. 38.* Et qui Canonici voce in Capitulo, priventur? vide *c. 41.* Canonicus qui non est Subdiaconus, non habet vocem in Capitulo, Concil Trident. *sess. 22. de reform. cap. 4.* Barbos. *ad Clem. 2. de ætate & qualit. n. 4.* Habere vocem & locum in Capitulo competit ratione Canoniæ; exercitium verò non competit nisi Subdiacono, ex Moneta *de distribut. quotid. p. 2. q. 20. à n. 1.* Et in Capitulo vocem habent dignitates, si Canonicali præbenda potiantur. Barb. *d. tr. de canon. cap. 37. num. 14. & de offic. & potest. Episcopi, p. 1. tit. 1. c. 3. n. 18.* Sebast Cæsar *in relect. de Ecclesiast. Hierarchia, p. 3. disp. 12. §. 6. n 19.* Et Canonici qui habent dimidiam præbendam non habent vocem in Capitulo. Stephan. Gratian. *discept. forens. c. 397. n. 57. cum sequentibus*, Cæsar *d. §. 6. n. 21.*

Canonici ut in Capitulo secreta vota sua ferant, an sit expediens, vide Barb. *de Canonicis, c. 37. n. 23.* ubi *n. 24* quod Canonici secreta Capituli sui revelanets penas incurrunt, de quibus ibidem agit.

Canonico non licet ordinariè & frequenter abesse à Capituliis seu congregationibus Capitularibus, Garc. *de benefic. p. 3. c. 2. à n. 529. cum sequentibus*, Cæsar *p. 3. relect. de Ecclesiast. Hierarchia, disput. 12. n. 24.* Et an Canonici possint abesse à Capitulis absque peccato? Vide Barb. *de canonicis, c. 40.* & Bonacin. *de Horis Canon. dis. 2. q. 1. puncto 2. in uni. ca proposit. n. 4. & 5.* Qui resolvunt non posse licitè ordinariè abesse à congregationibus Capitularibus, & ibidem limitant in certis casibus. Et de Capitulo agit Garc. *d. c. 2. n. 71. cum sequentibus*, ubi ad propositum plura notatu digna adducit.

Canonici excommunicatia ut interdicti non habent vocem in Capitulo, Barb. *de Canon. c. 41. n. 3. & 7. puncto n. 15.* Monet. *de distrib q. p. 2. q. 20. n. 10.*

Canonici absentes à Choro quibus casibus lucrentur distributiones quotidianas? vide Barbos. *d. tract. de Canonicis. cap. 23. & 24.*

Canonici solùm gaudent privilegiis de percipiendis fructibus pra bendarum suarum in absentia, si in scholis generalibus, seu publica Universitate doceant, aut studeant: ita Barbos. *ubi proximè, cap. 27. à num. 46.*

Canonici cessatione à divinis durante non recipiunt distributiones. Barb *d. pract. de Canonic. c. 22. num. 11. & c. 24. n. 50. & de offic. & potest. Episcop. p. 3. alleg. 53. num. 177.*

Canonicus ex gremio Capituli in Vicarium, Sede Vacante electus, dum tempore divinorum officiorum suo muneri, & officio incumbit, distributione, quotidianas non percipit, Barbos. *d.*

tract.

tract. de Canonic. cap.42. numero 39.

Canonici an & quando optare possint? vide Barbos. *de Canonic. cap.*30. Et Canonicus coadjutorem perpetuum cum futura successione habens, an possit optare novam & majorem præbendam? vide Gonzal. *ad reg.*8. *Cancel. gloss.*34. *quæst.*18. *n.*97 *cum duobus sequentibus.*

Canonici quibus infirmitatibus in absentia vincant distributiones? vide Barb *d. tract. de Canonicis, cap.*24. *à n.*27. ubi *n.*30. agit de cæco, & *n.*33. de eo qui sanitatis causa ad balnea, vel alium locum iret. Et distributiones tunc demùm consequi debet infirmus, quando præsens est loco, ubi est Ecclesia, vel si extra illam absens ex legitima causa infirmus sit, Guter. *Canon. lib.*1. *c.*1. *n.*139. Monet. *de distribut. quotid. p.*2. *q.*6. *à n.*19. Sayr. *de censur. l.*2. *cap.*5. *n.*27. Ubi etiam quod Canonicus recuperat distributiones, si declaretur excommunicationem fuisse injustam, dummodo officiis divinis interesse cõsueverit.

Canonicorum interessentia ut probetur, est libris Capituli standum, Barbos. *de Canonic. c.*34. *n.*21.

Canonici debent citari in Capitulo capitulariter congregato, Navar. *cons.*21. *num.*1. *de sententi. excommunicat.* Paz. *in praxi, fol.*132. *num.*45. Azeved. *ad Curiam Pisanam, l.*2. *cap.*25. Cota *in memorabilibus*, verbo *universitas, pag.*923. Rebuff. *tract. nominat. quæst.*14. *num.*74. Cavaler. *decis.*435. *num.*1. Barb. *ad cap. si capitulo* 5. *n.*7. *de concess. præbenda, lib. sexto*, Farin. *decis.*36. *n.*4. *in princip. collect. noviss.* quamvis Cald. *cons.*11. asserat quod citatio rectè fieri possit in Ecclesia Canonicis in choro existentibus, & simul congregatis extra Capitulum.

Canonici in constitutione procuratoris debent sua nomina exprimere, Mascard. *de probat. concl.* 1199. *num.*14. & *concl.* 1367. *num* 7.

Canonicus judex censetur de jure suspectus in causa sui Canonici propter fraternitatem, societatem & familiaritatem, ut per text. expressum *in cap. cùm R. Canonicus* 35. *de offic. delegati*, resolvunt Marant. *de ord. judic. p.*6. *t.* & *quandoque appellatur, num.*36. Aloys. Ricc. *d cis. Cur. Archiepiscopat. Neapolit. p.*1 *decis.*179.

Canonici in testes induci possunt ad favorem sui Capituli, Barbos. *in remiss. ad Ordinat. lib.*3. *tit.*15. *in septima concl. num.*14. & vide *ad d. c. cum R. num* 4. & *ad cap.*1. 14. *quæst.*2. *num.* 6. Ricc. *p.*2. *decis.* 296. *num.*11. Farin. *in praxi crimin. p.*2. *tit.* 6. *de oppos. contra personas testium, quæst.* 60. *num.*460. ubi 461. ampliat ut canonicus possit esse testis in causa Concanonici, secus quando Canonici insimul habitarent, & *n.*462. limitat in causa præbendæ ipsius Canonici, in qua cùm agatur de proprio, & singulari commodo ejusdẽ Canonici, ideo non est idoneus. Amplia in alio quocunque testimonium perhibente in causa suæ communitatis, qui admittitur. Barbos. *in addit. ad collect. p.*41. *c l.*2. & *p.*47 *col.*1. Mench *usu frequent. c.*33. *n.*16. Fr. Emman. Roderic. *t.*2. *Regul. q.*10. *art.*1. Mascard. *de probat. concl.*318. & *concl.*395. *n.*9. Gregor. *lib.*18. *tit.*16. *part.*3. verbo *los del consejo*, Farin. *d. q.*60. *n.*450. *cum sequentibus*, qui secus resolvunt quando agitur de utilitate singulorum. Et prælatus testimonium ferre non potest pro Ecclesia sua in his, quæ sibi aliquod commodũ concernunt, Mascard. *concl.*13 8. *n* 34.

Canonici non possunt prorogare suã jurisdictionem sine consensu superioris ex text. *in c. significasti* 17. *de foro compet.* ubi Gloss. Abb. Socin. & Felin. cum quibus Cov. *pract. cap.*10. *n.*5. *versic. octavò.*

Canonico defuncto invalida est consuetudo, quod distributiones primi anni dentur ejus hæredibus, Barbos. *in c. unic. de clericis nõ residen. l. Sexto.* Sed Cene. *pract. q.*1. *n.*41. agit de consuetudine, ut mortuo Canonico ejus hæredibus dentur fructus & distributiones primi anni: & *num.*76. quod observatur in Ecclesia Beatæ Mariæ de Pilari Civitatis Cæsaraugustanæ, posse percipere distributiones quotidianas qui absunt à choro ad associandum Dominicum corpus, dum ducitur ad infirmos, dum tamen ad minus decem aut duodecim Clerici remaneant, ut deserviant choro, & divina officia psallant, ne Ecclesia ministrorum & choro inservientium defectum patiatur.

Canonicus Regularis qui non resignavit propriũ in mortis articulo, non debet sepeliri in Ecclesia, nec in cæmeterio illius, ex text. *in c. super quodam* 4 *de statu Monachorum*, Cardos. *in praxi judicum & advocat.* verbo *Canonicus*, §. 17. & verbo *sepultura*, §. 12.

Canonicus junior debet publicare festa mobilia in festo Epiphaniæ juxta formam libri cæremonialis, nisi alius ex consuetudine Ecclesiæ sit assignatus: ita censuisse Sacram Rituum Congregat. *in una Asculana*, 16. *Januarii* 1607. refert Barbos. *de canonicis, cap.*18. *num.*23.

Canonicis electionibus ad validitatem ipsarum non sufficit habere majorem partem suffragiorum respectu minorum, sed ulteriùs necessariò requiritur habere majorem partem respectu totius Capituli, Barbos. *ad cap. Ecclesia* 48. *n.*5. *de elect.*

Verbo CAPELLA, CAPELLANIA, & CAPELLANUS.

CAPELLARUM seu majoratuum successores sunt universales successores, Oldrad. *cons.*94 *num.*5. Soar. *alleg.*10. Gom. *l.*40. *Tauri, n.*72. Peralta *in rub. num.*101. *ff. de hæred. instit.* Molin. *de primogen. lib.*1. *cap.*8. *num.*1. & *num.*10.

Capellæ administrationem Rex eligere potest ad vitam electi tantummodò, extinctis consanguineis instituentis, cam. *decis.*193. & 288. quia deficiente legitima prole, vel non invento domino, bona pertinent ad Regem, Ordinat. *lib.*1. *tit.*88. §.1. & *lib.*2. *tit.*26 §.17. ubi Barbos. *l.*1. *Cod. de bonis vacant. l.*10. *cap.*1. quæ sint Regalia, & ibi Afflict. verbo *bona vacantia*, *num.*21 & 22. *fol.*175. Peregrin. *de jure fisci, lib.*4. *tit.*13. Cabed. *decis.*51. *num.*3. *p.*2 Farin. *de delict. p.*1. *in fragmentis, lit. F. num.*111. *cum sequentibus*, Valasc. *t.*1. *allegat.*37. Bernard. Græv. *in pract. Cam. Imper. lib.*2. *concl.* 150. *considerat.*1 Quod si majoratus institutus sit in persona Titii & descendentiũ non erit locus decisioni dictæ Ordinat. deficientibus prædictis descendentibus, si supersunt alii consanguinei instituentis, Molin. *de primogen. lib.*1. *cap.*4. *num.*31. *cum sequentibus*, & *cap.*5. *num.*37. & *cap.*8. *num.*24. Cabed. *d. decis.*51. *num.*3. *cum seqq.* Garc. *de benefic. p.*5. *cap.*9. *num.*6.

Ad *Capellaniam* an requiratur ordo sacer? vide Gonzal. *de mensibus, gloss.*5. *in princ. num.*90. *cum sequenti, junctis num.*88. & 89. ubi resolvit quod si fundatio Capellæ esset sub verbis testatoris, nempe ut Capellanus debeat celebrare divina officia diu noctuque, sicut cæteri capellani faciunt, non requiritur aliquis ordo sacer, nec ætas ad illos requisita, sed sufficit prima tonsura cum attingentia ætatis quatuordecim annorum prout sufficit ad beneficia simplicia.

Capellania fundata à testatore cum redditibus ad alendum Clericum & Capellanum, & ut ex redditibus tot Missæ dicantur, computatur inter bona temporalia, & talis capellania conferri potest. Valasc. *cons.*60. *num.*12. & 13. & vide Spin. *de testam. glos.*4. *princ pali, num.*37. Quando verò ab instituente fuit apposita obligatio Missarum, patronus debet præ-

ſentare Clericum in ſacerdotali ordine conſtitutum Spin. *dicta gloſſ.* 4. .68 Guter. *conſ.* 1. *num.* 11. Sanch. *de matrim. lib.* 7. *diſp.* 45. *num.* 15.

Capellæ, quæ inſtituuntur cum onere miſſarum conſtituendo perpetuos redditus Clericis ſervientibus, ſunt beneficia ecclesiaſtica propter onus ſpiritualibus annexum, quando auctoritas Epiſcopi intervenit, Gloſſ. 1. *in fine, in Clem. ult. de decimis*, Rota antiqua *de jurepatronat. dec.* 155. Guido *dec.* 187. Rebuff. *de pacifi. poſſeſſor.* 286. Spin. *d. gloſs.* 4. *n.* 37.

Capellania amovibilis non dicitur Beneficium, quia non eſt perpetua. Aloyſ. Ricc. *dec. Cur. Archiepiſcop. Neapo it. p.* 2. *deciſ.* 190. *n.* 2. *&* 3.

Capellaniæ fundatione ſi dicatur quod præſententur Clericus de familia, domo, ſeu genere, agnatione, cognatione, ſanguine vel parentela, ſeu conſanguinitate, non comprehenduntur, nec cenſentur vocati ſpurii & illegitimi, ſeu deſcendentes ex eis, etiam legitimi, niſi aliud conſtet ex communi uſu loquendi, aut mente fundatoris, & ſic etiam deficientibus legitimis non habebunt jus ad capellaniam, ut neceſſariò debeant præſentari, magis quàm alii externi, ex quo non habent votationem, cùm non veniant ſub illis verbis, bene tamen comprehé derentur, ſi eſſent legitimati authoritate Apoſtolica vel Regia, ex traditis per citatos à Garc. *de benefic. p.* 7. *cap.* 15. *num.* 46.

Capella tranſactis triginta annis præſumitur interveniſſe conſenſum adminiſtratoris. Gloſſ. magna *in l.* 2. *in fine, Cod. de jure emphyt. & argum. c. pervenit, in fine, de empt.* Gam. *deciſ.* 51. *n.* 9. *& deciſ.* 270. *n.* 2.

Capellam ſi quis facit ad ſepulturam, non poteſt eam pro debito vendere, Mart. *de juriſdict. p.* 2. *c.* 41. *num.* 23. *cum ſequentibus*, de quo vide Menoch. *de arbitr. lib.* 2. *caſu* 277. Molin. *de primogen. lib.* 1. *cap.* 24. *num.* 40. Soar. *tom.* 1. *de relig. tract.* 3. *lib.* 4. *de ſimonia, cap.* 14. *num.* 18. *& num.* 22. *& cap.* 28. *num.* 23. Stephan. Gratian. *diſceptat. forenſ. cap.* 110. *& deciſ.* 26. Garc. *de benefic. p.* 5. *cap.* 9. *à n.* 137. Mendez *in praxi lib.* 3. *cap.* 21. *num.* 20.

Capellani Regiæ capellæ Ulyſſiponenſis ſunt exempti exemptione conceſſa à ſummis pōtificibus, Cabed. *de patronatibus Regiæ coronæ, cap.* 43.

Verbo Capitularis, Capitutum.

CAPITULUM Canonicorum quam habeat authoritatem, tam ipſo vivente Epiſcopo, quàm Sede Epiſcopali vacante? Vide Barboſ. *de canonic. cap.* 42.

Capituli appellatione ſoli Canonici continentur. Barboſ. *de canonic. cap.* 37. *num.* 15.

Capitulo præſidens, etiamſi non ſit in ſacris, in eo proponere, ac reſolutiones accipere poteſt, cùm ſit actus juriſdictionis, & non ordinis. Barboſ. *in collect. ad Concilium Trident. ſeſſ.* 22. *de reformat. c.* 4. *n m.* 8.

Capitulum propriè non dicitur eſſe Prælatus. Sà *in Aphoriſ.* verbo *Prælatus, num.* 2. Barboſ. *de appellat. verbor. utriuſque juris ſignific.* verbo *Capitulum*, Gonzal. *ad reg* 8. *Cancel. gloſs.* 45. *num.* 54. *cum ſequentibus.*

Capitulo non habet vocem Epiſcopus, Barboſ. *in collect. ad Concil. Trident. ſeſſ.* 25. *de reformat. cap.* 6 *num.* 47.

Capitularia negotia, vel quæ pertinent ad Eccleſiæ commodum, non poſſunt à decano, prima dignitate vel aliquibus tantùm Canonicis, cæteris inſciis, & non legitimè vocatis, & extra locum capitularem decerni. Barboſ. *de Canonicis, cap.* 35. *num.* 3.

Capitulares non ſunt Capitulum, ſi differant inter ſe, *cap. Epiſcopus, §. qui manumittitur* 12. *quæſt.* 2. *cap. fin.* ubi Doct. *de præbend. lib. ſexto*, Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancel. gloſſ.* 37. *n.* 24. *&* 28. Monet. *de diſtribut. quotid. p.* 3. *quæſt.* 8. *num.* 18 Et ſingulares Canonici de Capitulo ſunt majores Capitulo, & ſic Capitulum eſt majus & ſuperius ſingularibus Canonicis, gloſſ. verbo *per Capitulum, in c. irrefragabilis* 13. *de offic. Ordin.*

Capitularis litigans cum Capitolo debet contribuere in expenſis, Put. *p.* 1. *deciſ.* 271. Garc. *de nobilit. gloſs.* 22. *num.* 5 Flor. *var. quæſt.* 21. *n.* 172. Ranchin. *de poteſt. Capituli, p.* 3. *conc.* 391.

Capitula, dum celebrantur divina officia, fieri non debent, Barboſa *de Canonicis, cap.* 35. *n.* 14 *&* 15

Capitulum habens menſam ſeparatam ab Epiſcopo ſuo, poteſt edere quæ poſſunt alii Doctores & beneficiati: ita Federic. de Senis *conſ.* 293. Cardin. Tuſch. *pract. concl. tom.* 1. *lit. C. concl.* 52. *n.* 11

Capitula Collegiatarum ſunt vocanda ad Synodum provincialem. Barboſ. *in cap. ult. num.* 2. *de his quæ fiunt à Prælatis ſine conſenſu Capituli.*

Capituli libri cenſuales probant ſolutiones, *cap. ad audientiam, §. nos igitur, de præſcript.* Burſat. *conſ.* 23. *num.* 27.

Capitulum non poteſt ſtatuere ſuper his quæ tangunt ſtatum generalem Eccleſiæ, vel jura Epiſcopi ſine conſenſu ejuſdem, Barboſ. *de canonic. cap.* 42. *num.* 16. ubi *num.* 17. quod non poteſt ſtatuere contra jus commune, etiam interveniente conſenſu Epiſcopi, *& ad cap. cum omnes* 6. *num.* 6 *&* 9. *de conſtitut.* ubi *num.* 6. *&* 7. quod factum à majori parte in his quæ ſunt communia pluribus ut ſingulis, etiamſi eſſent mille, non valet, niſi omnes conſentiant, cùm principaliter agitur de præjudicio ſingulorum, & in ſimili eſt neceſſaria citatio ejus cujus principaliter intereſt.

Capitulum Cathedralis Eccleſiæ Sede vacante poteſt condere ſtatuta quæ ad ſtatum Eccleſiæ pertineant, quæque durare debeant, etiam tempore Epiſcoporum ſuccedentium, idem Barb. *d. cap.* 42. *n.* 73. ubi *n.* 136. ſecus aſſerit in Eccleſiis Collegiatis.

Capitulum ſine Epiſcopo non poteſt facere nova ſtatuta, nec antiqua pertinentia ad Epiſcopum & Capitulum mutare, *cap.* 1. ubi Doct. *ne ſede vacante, d. cap. cum conſuetudinis, de conſuetud.* Cardoſ. *In praxi judicum & advocat.* verbo *Capitulum. n.* 9.

Capitulum tenetur reddere rationem Epiſcopo novo de negotiis, ſeu inſtrumentis, & ſcripturis ad Eccleſiam pertinentibus, ſi ad Capitulum pervenerunt, ſive de omnibus quæ geſſit Sede vacante. Cōcil. Trid. *ſeſſ.* 24. *c.* 16. *de reformat.* Cardoſ. verbo *capitulum, num.* 11.

Capitulum poteſt revocare ſtatuta jurata, confirmata à Superiore, Menchac. *illuſt. cap.* 35. *n.* 12. Aloſ. Ricc. *deciſ. Cur. Archiepiſcop. Neapolit. p.* 1. *deciſ.* 157. Cald. *de renov. quæſt.* 11. *n.* 28. *&* 29. Ubi etiam aſſerit quod Capitula & Collegia non poſſunt facere ſtatuta contra bonos mores.

Capituli conſenſus requiritur in diſtractu, Tiraquel. *de jure mariti. gloſſ.* 5. *num.* 15.

Capitulum non poteſt remittere aut donare amiſſas diſtributiones ob non reſidentiam, ut prohibet Concil. Trid. *ſeſſ.* 24. *de reformat. cap.* 12. *verſ. diſtributiones*, ibi, *remiſſione excluſa*, ubi Barb. *n.* 125. *cum ſeq.* & probatur *in cap. unic. de cleric. non reſident. l. ſexto, cùm eodem Auctore in collect. ad eundem text. num.* 26 *&* 27. *&* *de Canonic. c.* 22. *à n.* 20. & ab eo citatis adde Quarant. *in ſum. Bullar.* verbo *reſidentia, verſ. item propoſitionem, p.* 445. Garc. *de benefic. p.* 3. *cap.* 2. *n.* 431. *cum ſeq.* Diſtributiones tamen præteritas non poteſt remittere Capitulum, quamvis abſit omnis fraus &

conventio

conventio, ut resolvunt relati per Barb. *in collect. ad d. cap.* 12. *Concil. Trid. num.* 17. ubi *num.* 91. *cum sequentib.* limitat in multis casibus. Et ad propositum notabis, quod transactio, conventio & remissio de futuro circa quotidianas distributiones malè percep tas retinendas, licet omnino prohibita sit, neque tutum reddat earum retentorem, tamen probabile est, non esse prohibitam remissionem de præterito modò nulla præcesserit conventio, nullaque fraus subsit, Monet. *de distrib. quotid. p.* 3. *q.* 5. *n.* 8. *cum seqq.* quem vide *n.* 14. 15. 17. & 18. *juncto n.* 21. 22. & 26. de quo etiã est videndus Steph. Grat. *discept. forens. cap.* 166. *num.* 31. *cum seq.* ubi *n.* 32. & 33. docet quod dolus præteritus potest remitti, non autem futurus, ne quis invitetur ad delinquendum.

Capitulum Sede vacante fungitur vice Episcopi, & succedit in omnibusquæ sunt jurisdictionis ordinariæ, exceptis casibus in jure expressis, Garc. *de benefic. p.* 5. *cap.* 7. *a num.* 4. Barbos. *de offic. & potest. Epis. p.* 2. *alleg.* 36. *num.* 9. & *ad c. unic. de majorit. & obed. in Sexto, num.* 4. & *de Canonic. cap.* 42. *n.* 61. Non succedit tamen in jurisdictione delegata Episcop. idem Barbos. *d. alleg.* 36. *num.* 10. & *p.* 3 *alleg.* 92. *num.* 17. & *d. cap.* 42. *n.* 14. & *ad c. illa* 2. *n.* 26. *ne sede vac.* Aloys. Ricc. *dec. is. Cur. Archiepisc. Neapolit. p.* 1. *decis.* 38. Et habet privilegium cognoscendi causas in prima instantia. Barbos. *d. p.* . *alleg.* 61. *n.* 6.

Capitulum Sede vacante potest facere uniones Soar. *na pratica de visitadores, cap.* 6. *n.* 9.

Capitulum Sede Vacante potest constituere œconomum pro administrandis, & locandis bonis Ecclesiæ, juxta Concil. Trident. *sess.* 24. *de reform. c.* 16.

Verbo CAPTURA.

CAPTURA est meri imperii, Valasc. *cons. ult.* 173. *n.* 29. *tom.* 2.

Captura personæ inducit citationem realem, *l. plerique*, & ibi Bart. *ff. de in jus, voc. l. neminem, ff. de exhibendis reis, l. consentaneum*, & ibi Gloss. verbo *cogẽdum, Cod. quomodo & quando judex.* Bald. *in l. Senatus in fin. Cod. qui accusare non possunt*, perez *ad leg. Ordinam. l.* 1. *tit.* 2. *lib.* 3. *pag.* 816. Azeved. *ad lib.* 4. *recop. tit.* 3. *n.* 2. Boss. *in pract. crimin. tit. de foro compet. n.* 97. Gregor. Lopez. *l.* 12. *tit.* 7 *part.* 7. verbo *emplazado, in fine*, Paz *in sua pract. tom.* 1. *p.* 1. *temp.* 3. *n.* 15. ubi dicit esse fortiorem citatione verbali.

Captura affert damnum irreparabile, Barbos. *in l.* 2. *ff. soluto matrim. in princ. p.* 2. *n.* 33. & vide Phœb. *arresto.* 101. Et infert injuriam quæ non potest aboleri, Rebuff. *tom.* 1. *ad leg. Gallicã, tit. de sent. executor art. ult. p.* 257. *n.* 16. Et casus damni irreparabilis vide per Quarant. *in sum Bullar.* verbo *Archiepiscopi authorit. p.* 64. Et circa appellationem ab interlocutoria, quando affert damnum irreparabile & alia, vide Gonz. *ad reg.* 8 *Cancel. glos.* 9. §. 1. *in annot. n.* 176. *cum sequentibus*, Bernard. Græv. *ad pract. Cam. Imper. lib.* 1. *concl.* 129. *num.* 4. *cum sequentibus.*

Verbo CARCER, CARCERARE, CARCERATIO, & CARCERATUS.

CARCER est mala mansio, torturæ species, mortique æquiparatur; si perpetuus sit, Farin. *in praxi crimin. tom.* 1. *tit* 4. *de carceribus & carceratis, quæst.* 17 *num.* 1. ubi *n.* 2. asserit quod carcer est locus horribilis, tum propter privationem conversationis hominum, tum etiam propter immunditiam quæ in carceribus reperitur. Et testatur quod audivi à pluribus carceratis, & experientia quæ est optima rerum magistra, quotidie nos docet. Carcer est sepultura vivorum, consolatio inimicorum, & experientia amicorum. Quod carcer sit mala mansio, & plura alia de eo, vide per Bobadil. *in polit. lib.* 3. *cap.* 15. *num.* 133. Aloys. Ricc. *decis. Cur. Archiepisc. Neapolit. p.* 2. *decis.* 45.

Carcer perpetuus est mors civilis, Fr. Emman. Roderic. *t.* 2. *qq. Regular. quæst.* 22. *art.* 4. & 5. Damnati ad remos in perpetuum sunt plusquam civiliter mortui. Cald. *de nominat. q.* 5. *n.* 23. Vincent. de Franch *decis.* 140. *num.* 8. Peregrin. *de jure fisci, l.* 5. *tit.* 1. *n.* 69. Farin. *de delict. p.* 1. *lib.* 1. *tit.* 3. *q.* 19. *n.* 14.

Carcer facit diminuere pœnam, *l. si quis diutino* 25. *ff. de pœnis.*

Carceratio dicitur afferre damnum & gravamen irreparabile, Ricc. *d. p.* 2. *decis.* 176. *à num.* 3.

Carceratus qui sua sponte se carceri mancipavit habet præsumptionem innocentiæ pro se. Hyppolit. *in pract. crimin.* §. *diligenter, n.* 204. *cons.* 117. *n.* 49. Mascard. *de probat. concl.* 904. *num.* 22. & *concl.* 1330. Menoch. *de præsumpt. lib.* 5. *præsumpt.* 48. *n.* 12. & 14. Bobadil. *in polit. lib.* 3. *cap.* 15. *num.* 109. faciunt quæ Stephan. Gratian. *discept. forens. cap.* 192. *num.* 20. & Farin. *cons.* 99. *ad finem.*

Carceris custos æquiparatur depositario, Ioseph Ludovis. *decis. Perus.* 70. *num.* 6.

Carceratus dicitur cui assignatur palatium vel civitas pro carcere, si sit nobilis. Cota *in memorabilibus*, verbo *carcer*, Guter. *de juram. confirmat. p.* 1. *p.* 16. *num.* 3. Azeved. *ad l.* 15. *tit.* 6. *lib.* 3. *num.* 13. *pag.* 255. Tiraquel. *de nobilit. cap.* 20. *num.* 29. Avil. *ad cap.* 18. *Prætor.* verbo *carcer, num.* 6.

Carceratus exiens à carcere de licentia custodis excusatur, & non videtur fugere, Mascard. *de probat. cõcl.* 820. *n.* 19. Et carceris fractornõ dicitur qui animo redeundi recedit, Menoch *de arb. casu* 301. *n.* 12. Cordub. *in l. si quis à liber. §. si quis ex his, n.* 191. *ff. de liber. agnoscend.* Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancel. gloss.* 43. *n.* 7 Cardos. *in praxi judic. & advocat.* verbo *carcer, n.* 19.

Carceratus non solùm dicitur ille, qui in vinculis detinetur, sed etiam ille qui libera custodia, id est *emmenaje*, juxta doctrinam Angeli *in l. pen. ff. de eo quod metus causa*, quam commendant relati per Cot *in memorabilibus*, verbo *carcer*, Guter. *de juram. confirm. p.* 1. *cap.* 16. *n.* 3. Azeved. *ad l.* 15. *n.* 13. *tit.* 6. *l.* 3. *recopil. pag.* 255. Et qui certo loco stare tenetur, censetur ibidem carceratus. Burg. *cons.* 12. *n.* 7.

Carceratum qui eximit carcere per vim, committit crimen læsæ majestatis, *l.* 4. §. *item qui confessum, ff. ad l. Jul. de vi publica*, Bobadil. *in sua polit. l.* 3. *cap.* 15. *num.* 132.

Carcerari non potest fœmina pro debito civili, Ordin. *lib.* 3. *tit.* 31. §. 4. & *lib.* 4. *tit.* 76. §. 6 ubi Barbos. plures citat. Fallit si mulier sit meretrix, juxta Ord. *d.* §. 6. Gam. *tract. de sacram. præst and. ultimo supplicio damnatis, q.* 4. *n.* 8. Hyppolit. *in pract. crimin.* §. *attingam, n.* 66. & 67. Duen. *reg.* 312. Cot. *in memorab.* verbo *meretrix.* Azeved. *ad l.* 2. *tit.* 13. *lib.* 8. *nov. recop. n.* 114. *cum sequentibus.* Idem in muliere nupta inhonesta. Hyppolit. *sing.* 279. Et mater tutrix filiorum habet privilegium quo non valet conveniri ultra quam facere possit, Cov. *lib.* 2. *var. cap.* 1. *n.* 3. & vide perez *ad leg. Ordinam. lib.* 8. *pag.* 274. & *pag.* 336. ubi *p.* 346. an fidejussor possit se juvare hoc privilegio.

Carcerari non potest mulier pro collectis; imò nec pro tributis aut gabellis, Flor. *var. lib.* 2. *quæst.* 21 *num.* 152. Et fœminæ non carcerantur pro debito fiscali, ex citatis per Barbos. *in remiss. ad Ordinat. d. lib.* 4. *tit.* 76. §. 6. quibus adde Valasc. *tom.* 1. *alleg.* 13. *n.* 212. *cum sequentibus.* Bernard. Græv. *in pract. Cam Imper. lib.* 1. *concl.* 26. *num.* 7. Stephan. Gratian. *discept. forens. cap.* 506. *num.* 3.

Carcerari non poteſt pro debito minor 25 annorum, Chaſſan. *ad conſuetud. Burgundiæ, pag.* 206. *n.* 15. Græv. *n.* 14 *dicto loco*, Valdeſ. ad Soar. *p.* 120. *&* 148. Parlad. *lib.* 2. *rerum quotid. p.* 5. §. 6. *cap. ult. n.* 15. Et de Clerico in minoribus, quod non poſſit pro debito incarcerari, vide Valaſc. *allegat.* 25. *tom.* 1. ubi limitat Quid in judicibus pro debito, vide Avil. *ad cap.* 1. *Prætor. fol.* 73. *verſo, num.* 10.

Clericus si alia bona non habet, potest fieri executio in distributionibus sui beneficii. Duen. *reg.* 275. *vers. limita undecimò*, Barb. *ad c. olim* 19. *de restitut spoliat. n.* 3. ubi etiam addit dummodo ei alimenta serventur ex fructibus beneficii cum servis necessariis juxta qualitatem suam.

Clericus turpiter consumens fructus suorum beneficiorum peccat graviter, non tamen tenetur ad restitutionem faciendam Ecclesiæ vel pauperibus, Molin. *de primog. lib.* 2. *c.* 10. *n.* 46. *& n.* 52. Victorel. *in addit. ad man.* Nav. *ad cap.* 17. *n.* 94. paul. Comitol. *lib.* 1. *respons. moral. q.* 71.

Clericis ab intestato decedentibus non succedunt consanguinei in fructibus beneficiorum, sed Ecclesia vel successor, secus verò est in quotidianis distributionibus, Moneta *de distribut. quotid. p.* 3. *q.* 3. *n.* 1. *cum seqq.*

Clericus tenetur ex redditibus beneficii sororem inopem alere & dotare, ut per citatos à Barbosa *ad cap. pervenit.* 3. *de arbitr. à n.* 2. *& ad c.* 1. *de cohabitat. Clericorum, n.* 5.

Clerici filius est infamis, Menoch. *consil.* 345. *n.* 21. Valasc. *consil.* 27. Cald. *consil.* 26. *n.* 25.

Clericus non potest sua donare concubinæ, Perez *ritul. l.* 4. *pag.* 765 Ob servitia tamen impensa potest eidem fieri donatio. Stephan. Gratian. *disceptat. forens. cap.* 31. *num.* 28. ubi *num.* 27. quod debent prohiberi.

Clerici non possunt aliquid relinquere filiis spuriis legitimatis, nec ab intestato succedere etiam in bonis patrimonialibus, juxta votum Sixti V. relatum à Nav. *de spoliis Clericorum*, §. 19. *p.* 145. Menoch. *de præsumpt. lib.* 4. *præsumpt.* 96. *num.* 4 Barbos. *in l.* 1. *p.* 4. *n.* 65. *ff. soluto matrim.* possunt tamen. relinquere eis ad alimenta, Azor. *instit. moral. p.* 2. *l.* 7. *cap.* 10. *q.* 10. *col.* 853. *cum seq.* Quarant. *in sum. Bullar.* verbo *illegitim. p.* 288. *cum seq.* & vide Surd. *consil.* 509.

Clerico absenti à servitio Ecclesiæ pro defensione sui beneficii debentur fructus & distributiones. Barbos. *de offic. & potest. Episcopi, p.* 3. *alleg.* 53. *num.* 171.

Clerici quoad forum sunt exempti à jurisdictione sæculari jure divino: vide Fr. Emman. Roderic. *tom.* 2. *quæst. Regular. q.* 62. *art.* 2. Fr. Anton. à Sousa *in explicat. Bullæ cœnæ, c.* 19. *disp.* 91. *n.* 2. *cum sequentibus*, Cened. *ad Decretum, collect.* 37. Clar *lib.* 5 §. *fin. q.* 36. *num.* 2. Valasc. *cons.* 100. *num.* 8. Perez. *l.* 1. *tit.* 3. *lib.* 1. *pag.* 55. Sayr. *in clavi Regia, l.* 12. *cap.* 8. *num.* 6. *cum sequentibus*, paul. Comitol. *respons. moral. l.* 1. *q.* 92. *cum seq.* Gabr. Pereira *dec.* 43. *n.* 9. Mart. *de jurisdict. p.* 2. *cap.* 6.

Clericus recurrens ad judices sæculares pro justitia administranda contra judices Ecclesiasticos, incidit in casum Bullæ Cœnæ Domini, Aloys. Ricc. *in collect. dec. p.* 5. *collect.* 1945. Barbos. *de offic & potest. Episcopi, p.* 3. *allegat* 79 *n.* 4. *& ad cap. Ecclesia sanctæ Mariæ* 10. *de constitut. à n.* 7. Et excommunicati sunt qui impediunt super causis quæ ad forum Ecclesiasticum de jure vel de consuetudine pertinent literas à Sede Apostolica impetrari, vel super ipsis coram Ordinariis, vel delegatis Ecclesiasticis; litigari, Barbosa *ad cap. quoniam* 4. *de immunit. Ecclesiarum, lib. sexto, n.* 1. *& 2.*

Clericos an Papa possit subjicere laïcæ jurisdictioni? vide Chassan. *in consuetud. Burgundiæ, rub.* 1. *num.* 48. *fol.* 49. Menoch. *de interdict. remed.* 3. *retin. num.* 400. Guillelm. *in cap. Raynuntius*, verbo *& uxorem, dec.* 2. *num.* 136. Surd. *dec.* 129. *n* 5. ubi quod universaliter disponendo non potest, & vide aliquos casus per Sayr. *clavis Regiæ libro* 12. *cap.* 8. *num.* 8. *cum sequentibus*, ubi quod papa potest in aliquibus casibus concedere Principibus sæcularibus potestatem puniendi Clericos, & Clericorum exemptionem à jurisdictione sæculari, quoad quosdam Clericos, vel quoad quasdam causas, Cov. *pract. c.* 3. *n.* 4. Valasc. *d. tom.* 1. *alleg.* 10. *n.* 5. *& 6.* Cened. *in collect. p.* 1 *collect.* 24. *n.* 1. Et mero laïco potest committere causas criminales Clericorum, Clar. *lib* 5 §. *fin. q.* 41. *n.* 8.

Clericus turbans Regiam jurisdictionem & pacem publicam directè aut indirectè, potest à judice laïco & à Regno expelli, Garc. *de nobilit. gloss.* 9. *n.* 32. Farin. *de delict. p.* 5. *q.* 114. *numero* 78. Cened. *ad Decretum, collect.* 37. *num.* 9. Sesse *Aragon. dec.* 114. *n.* 14. *& de inhibit. cap.* 8. §. 4 *num.* 100. *in fine, & numero* 197. *cum sequentibus* Avil. *ad cap. Prætor. c.* 20. *n.* 9. ubi quod potest puniri in bonis, & non in persona, de quo etiam Azeved. *lib.* 3. *n.* 3. *tit.* 1. *lib.* 4. *novæ recopilat.* Cur. Philipp. *p.* 3. §. 2. *n.* 1. *&* §. 3. *n.* 2. Et Clerici qui nolunt desistere à violentiis quas inferunt Regis vassallo, possunt à regno jure originis expelli & privari, ut tradunt Avend. *de exequend. mandat. p.* 2. *c.* 6. *n.* 12. Avil. *ubi proximè*, Azeved. *l.* 4. *num.* 12. *tit.* 1. *lib.* 4. *nov. recopilat.* ubi etiam asserit quod cùm bona eorum sint sub Regis territorio, secundùm Regis ipsius constitutiones judicatur, & quod Clerici sunt coërcendi per principes sæculares, non jurisdictione contentiosa, sed coërcitione & ditione œconomica ac politica, de quo etiam Avend. *dicto loco.*

Clericos comprehendunt leges Regni, quia sunt vassalli ratione originis & domicilii, id est sunt vassalli illius Regis in cujus Regno degunt, & cives illius oppidi, seu civitatis in qua nati fuerunt. Cabed. *de patronat. Regiæ corona, cap.* 36. *num.* 1. ubi *num.* 45 quòd possunt privari per Regem & judices sæculares amissione rerum temporalium & jure originis ut exeant à Regno.

Clerici tenentur ad collectas publicas impositas propter famem & pestem pro liberanda civitate, Garc. *de nobilit. gloss* 9. *n.* 53. Surd. *de alim. t.* 8. *privileg.* 46. *num.* 4. Valasc. *tom.* 1. *allegat.* 47. *num.* 18. Bernard. Græv. *ad pract. Cam. Imper. lib. secundo, concl.* 32. *num.* 3.

Clerici possunt collectari, quando collecta imponitur pro reparatione pontis, fontis, & viarum, aut alterius rei similis, ita Avend. *de exequend. mandat p.* 2. *cap.* 3. *num.* 8. Guter. *lib.* 1. *pract quæstione* 30. Roderic. *p.* 2. *Bullæ Cruciatæ, fol.* 136. Menchac. *usufrequent. cap.* 6. *n.* 4. Perez *l.* 1. *tit.* 3. *lib.* 3. 1. *pag.* 68. Mexia *in tract. taxæ panis, concl.* 1. *num.* 61. *& conclus.* 5. *num.* 3. Flor. *var. q.* 21. *num.* 213. *cum sequentibus.* Valasc. *d. allegat.* 47. *num.* 19. ubi *allegat.* 50. quod possunt cogi per judices sæculares reparare ædes. Et Clerici quando tenentur aliquid solvere pro reparatione pontium, itinerum, vel aliarum rerum respicientium bonum commune, executio potest fieri per judicem sæcularem in bonis ipsius Clerici, non tamen in persona, & nulla hoc casu excommunicatio incurritur, Cened. *ad decretum, collect.* 37. *& ad decretal. collect.* 153. *n.* 31.

Clericos non attingit pragmatica ob penuriam annonæ, vel victualium. Azor. *moral. p.* 1. *lib.* 5. *c.* 12. *colum.* 414. Sayr. *clavis Regiæ libro* 3. *capite* 4. *numero* 63. Cened. *practicar. quæstione* 33. *numero.* 3. Cur. Philipp. *p.* 3. §. 3. *nnmero* 10. Martha *de jurisdict. p.* 4.

cent. 1. *caſu* 1.*n.*31.*&* 32 *cum ſequentibus,& caſu.*2.

Clericus ſi per Regem fuerit admiſſus ad aliquod officium ſæculare,& Regium,& in ipſo officio commiſerit delictum,poteſt puniri ab ipſo Rege, Garc. *de nobilit.gloſſ.*9. *n.*13. Addit. ad Bernard. Diaz *in pract. cap.*56. Thom.Valaſc. *tom.*1.*allegat.*21.*n* 17. Gabr. Pereira *de manu Regia*, *in concordiis*, *n.* 44. *fol.*222 Cened. *ad decretum,col.*37 *n.*16. *&* *ad Decretales collect.*61.*num.*6.Et ratione officii convenitur coram ſæculari,Bernard. Græv.*in pract Cam.Imper.lib.*1.*concl.*37.*conſiderat.*9. Cur.Philip.*p.*3.§. 3. *num.*5.*cum ſequentibus*, licèt contrarium reſolvat Marta *de juriſdict.p.*4.*cent.*2.*caſu* 127.Et ſi Clericus efficiatur miles, privilegium clericale amittit, Valaſc. *d.tom.*1.*allegat.*45.*n.* 27. Et ſi acceptet officium Tabellionis, idem *num.*28. *&* *allegat.*47.*n.*8. Et de Clerico artifice delinquente in officio,vide Mex. *in tract.taxæ panis*, *concl.*5. *num.*18. *&* 32. Marta *d. caſu* 127. ubi quod non poteſt conveniri coram judicibus laïcis. Et de Clerico falſificante literas Regis, quod puniatur pœna depoſitionis,tradit Perez *ad leges Ordinam.l.*1.*tit.*8.*lib.*2 *pag.*281.Et Clericus falſis ponderibus & menſuris aliquid vendens punitur à judice ſæculari,Cened *ad decretum*, *collect.*37. *num.*18. Et Clericus tutor laici convenitur coram judice ſæculari, Guillelm.*in cap. Raymuntius*,verbo *& uxorem*, *dec.*2. *n.*128. Thom.Valaſc. *d.alleg.*47. *num. ultim.*Idem in Clerico Gabellarum conductore,Mexia ubi ſuprà, *num.*24. & vide plura alia per Garc. ubi ſuprà, *n.*29. *cum ſequentibus.* Et de Clerico collega in collegio mercatorum, vide Azeved. *ad tit.*13 *n.*8. *lib.*5.*nov.recopilat.pag.*372. Et plures caſus in quibus Clerici conveniuntur apud judices ſæculares,vide per Cened.*d.col.*37. Et Clerici tenentur ſervare jus Regium,Barb.*in c.ad noſtram* 12. *de probat.n.*3 *junctо n.*2.

Clericos ligant ſtatuta pœnalia,ſi concernant publicam utilitatem, ac bonum commune, cùm directè non ſint contraria libertati Eccleſiaſticæ,vide Ignat. del Vilar. *in ſylva reſponſ.p* 3. *lib.* 1. *reſp.* 5. *à n.*6.*cum ſequentibus*, ubi *à n.*20 agit de ſubſidio eccleſiaſtico,quod princeps poteſt exigere tempore neceſſitatis, belli, & obſidionis, conſenſu Summi pontificis accedente.

Clericus poteſt cogi per judicem laïcum reddere depoſitum,Afflict. *dec* 24.*num.*3. Gregor. *l.* 3. *tit.*3. *p.*5. verbo *Clerigo*, Perez *ad leg. Ordinam.titul.*10. *lib.*3 *pag.*663. Guillelm. *in cap.Raymuntius*,verbo *& uxorem*, *dec.* 2. *num.* 127. *de teſtamentis.* Quamvis contrarium ſequatur Marta *de juriſdict. p.*4.*cent.*2. *caſu* 104.ubi reſolvit Clericum depoſitarium laïcorum debere cogi à judice Eccleſiaſtico ad reſtituendum depoſitum vigore ordinis judicis laïci. Et Clerici non debent recipere ſequeſtrum vel depoſitum laicorum ſine licentia Epiſcopi, Marta *ubi proximè caſu* 124 *n.*4.

Clericus poteſt cogi à ſæculari judice quoad onera realia,Avil.*ad cap.Prætor.cap.*23.verbo *den orden*, *n.*11. *fol.*216.

Et ratione cenſus poteſt conveniri coram judice ſæculari, Stephan. Gratian. *diſceptat. forenſium cap.*16. *num.*19. *cum ſequentibus & cap.*141.*num.* 6. *&* 9. Ceval. *commun.contra commun.p.*4. *quæſt.* 899. *num.*80. *cum ſequentibus*, Cur.philip. *p.*1. §. 5. *numero* 21. Et de adminiſtratione publica tenetur reddere rationem coram judice ſæculari, ſecus erit de privata, Cur. philip. *tomo ſecundo*, *libro ſecundo*, *cap.*9.*num.*17. quem vide *c.*15.*num.*27. ubi ait quod ſi fuerit mercator, poterit conveniri coram Conſulatu.

Clericus in minoribus conjugatus poteſt eſſe tutor, Valaſc. *tom.*1. *allegat.*47. *numero.* 27. *&* 30. Attamen Clericus Sacerdos non poteſt dari tutor in teſtamento, Stephanus Gratian. *diſceptat.forenſium cap.*57. *numero* 32. Calvacan. *de tutore & curatore*, *numero* 288. Montan. *de tutel.capit.*35.*regula* 1. *num.*195. Valaſc. *d. allegat.*47.*num.*28. Guter *cod. tract. de tutel.cap.*1.*num.*26. ubi ſecus aſſerunt in tutore legitimo,ſi voluerit,de quo etiam Valaſc. *n.*29.*d.loco.*

Clerici poſſunt citari ſuper confectione inventari coram judice laico, Mart. *de juriſdict.p.*4.*cent.*2.*caſu* 122.Farin. *de delict.p.*1. *q.*7.*à n.*87.*&* p.4.*dec.*81. ubi additio.

Clericus ſacris ordinibus inſignitus, licèt advocati officio fungi non poſſit, poteſt tamen in una cauſa advocare,ex Abb. *in cap.per venerabilem*, *numero* 6. *qui filii ſint legitimi*, & Valaſc. *allegat.* 27. *ad finem*,Stephan Gratian. *diſceptat. forenſium capite* 57. *n.*35. Farin. *in praxi delict. capit.*7. *n.* 35. *p.*77. ubi plures caſus refert, in quibus Clericus in ſacris conſtitutus poteſt eſſe advocatus etiam ſæcularis, de quibus etiam Cened. *ad Decretal. collect.*39. *numero* 4. Et Clericus non poteſt in judicio ſæculari eſſe procurator & advocatus, Sayr. *in clavi Regia*, *lib.*12. *capit.*22. *numero* 3. *cum ſeq.* ubi etiam de Monachis. Limita ſi ſit pauper, Gonzal. *ad reg.*8. *Cancel.gloſſ.*2.*num.* 28. *cum ſeq.* ubi *n.*33 idem ait in Monacho pro ſuſtentatione Monaſterii.

Clericus an poſſit armis ſpoliari per ſæcularem? vide Barboſ. *in collect. ad cap. in audientia* 25. *n.* 4. *de ſentent. excom.* ubi plures citat, & ſequitur partem negativam, at veriorem. Et Clericus ſuſpectus de fuga poteſt capi à judice laico, Bernard. Græv. *in pract. Cam. Imper. lib.* 2. *concl.*44.*n.*17. Item Clericus ſuſpectus de fuga poteſt capi à creditore ſine metu excommunicationis,dummodo intra terminum 24.horarum debitor captus ſuo judici competenti producatur, Guter. *lib.*1.*pract.q.*82. *n.*2. *&* 3. Valaſc. *tom.* 1. *allegat.* 25. *n.* 4. Barboſ. *in l ſi longius*, §. *ſi filius*, *n.*56.*ff. de judiciis.* Et Clericus in flagranti delicto repertus poteſt capi & incarcerari à judice ſæculari abſque metu excommunicationis, Barboſ. *ad cap.cùm non ab homine* 10. *de judicii*, *n.*12.Deinde Clericum retinens non ligatum,ſed intra parietes incluſum injuſtè,licet corpus non tangat, pœnam excommunicationis incurrit, Barboſ. *ad cap.nuper* 29.*de ſentent. excommun. num.*2.

Clerici non poſſunt pro cauſa civili carcerari,& gaudent Beneficio *c.Odoardus*,*de ſolut.* Aloyſ. Ricc. *dec.Cur. Archiepiſcop. Neapolit.p.*20.*dec.*20.Valaſc. *tom.*1.*allegat.*25. ubi limitat.

Clericus in minoribus qui non fuit condignè punitus per judicem Eccleſiaſticum, poterit ſæcularis judex contra eum procedere Barb.*in l.ſi quis poſtea*, *n.*254. *cum ſequentibus*,*ff. de judic.*Marta *de juriſdict. p.*3.*c.*9 *n.*8.*cum ſequentibus.*

Clericus conjugatus in tantum eſt de foro Eccleſiaſtico, in quantum contraxerit matrimonium cũ unica & virgine, atque detulerit habitum & tonſuram, Marta *de juriſd.p.*4. *cent.*2.*caſu* 153. *n.* 15. De requiſitis, ut Clericus in minoribus, & conjugatus gaudeat fori privilegio, vide Barboſ.*de offic. & poteſtat. Epiſcopi*, *p.*2. *allegat.*12.*à n.* 12. *cùm ſequentibus.*

Clerici conjugati gaudent fori privilegio in criminalibus,Barboſ. *in collect.ad Concil. Trid.ſeſſ.* 23. *de reformat.cap.*6 *n.*49.

Clericus ordinatus poſt delictum commiſſum abſque ulla fraude gaudet fori privilegio,ſecus verò cum fraude & dolo, ex citatis per Barboſ.*in cap. propoſuiſti*,*pen.n.*7.*de foro compet.*quibus adde Soar.

receptar.

receptar.sentent. verbo *Clericus*, Cabed. *dec.*58. *n.*4. *p.*1. Fr. Emman.Roderic. *tom.*3.*Regular.quæst.* 54. *artic.*3. *in princip.* Et Clericus, seu Monachus effectus post commissum delictum, qui ad evitandam sæcularem jurisdictionem, & ad effugiendum pœnas à sæcularibus judicibus imponi solitas, & sic cum fraude sacros ordines assumpserint, adhuc tamen à sæculari judice puniri possunt in bonis, non in persona,secus si sine fraude.Farin.*in praxi crimin. tom.*1.*tit.de inquisit.quæst... n.* 104. *cum sequentibus.* Et si Clericus in minoribus post delictum uxorem ducat, ad Ecclesiasticum judicem est remittendus, Barbosa *d.allegat.*12.*n.*6.*in fine.*

Clericus nemo præsumitur nisi probetur. Menoch.*de præsumpt lib.*6.*q.*76. *n.* 1. Valasc. *tom.* 1, *allegat.*37 *n.*10. Azeved,*ad l.*10.*n.*1. *tit.* 1. *lib.* 4. *nov. recopilat.*Barbos. *in l. Titia* 35.*n.* 27. *&* 31. *ff. soluto matrim.* Et quomodo probetur ? vide Flamin. *de resignat.tom.*2.*lib.*10.*quæst.*3 *n.* 10. *cum sequentibus.* Et non requiritur citatio partis ad probandum Clericatum, Tiraquel. *tract.res inter alios acta,fol.* 38. *verso,limit.*38. Et quando Clericus excipit coram judice sæculari, ut remittatur ad Ecclesiasticum, cognitio habitus & tonsuræ pertinet ad judicem Ecclesiasticum, Guid. papæ *q.*138.Mascard. *de probat. concl.* 689. *n.*9 Gam. *de Sacram. præstand. ultimo supplicio damnatis, quæst.*5.*n.*29. Burg. *cons.* 22. *num.*3. Barbos. *de allegat.*12.*n.*16. Valasc. *tom.* 1. *allegat.*11.*à n* 1. & remissivè Sanch. *de matrim. lib.* 7. *disput.*46.*num.*7. Licèt contrarium, nempe quod de habitu clericali & tonsura debeat cognoscere judex sæcularis, resolvant Barbos. *in d. l. Titia, n* 34. *&* 36. Farin. *in praxi crimin.p.*1. *q.* 8. *num.* 4. Avend. *de exequend. mandat. p.* 1.*cap.* 22.*n.*16. De casibus in quibus Ecclesiasticorum remissio fieri non debet, vide Marant. *de jurisdict.p.*2. *cap.* 32. *n.* 55. *cum sequentibus.*

Clerici qui dimisso habitu clericali sæcularibus negotiis se immiscent, privilegio fori non potiuntur,ne à sæculari valeant judicari, Salzed. *in addit. ad Bernard.cap.* 55. *in princ.* Roland. *cons.* 4. *n.* 28. *lib.*1. Cov. *pract.cap.*32.*n.*2. *vers.* 3. Clar *in* §. *ult. q.*36.*à n.*23. Gregor.Lopez *l.*5. *tit.* 7. *part.* 5. verbo *las franquesas*, Sanch. *de matrim.lib.*7.*disput.*46. *n* 18. *ad finem*, Fachin *controvers. lib.*9.*cap.* 28. *per totum*, Barbos. *in d.l.Titia*, *n.*34.*vers. unde in hac materia plures*, ut per Farin. *d.q.*8.*n.*60. *&* 93. Et si Clericus conjugatus non abstineat à negotiationibus & armis, non gaudebit hoc privilegio fori, Aloys Ricc. *in collect.dec.p.*5. *collect.*1864. *vers.quæ ratione.* Sed quia Clerici conjugati in habitu & tonsura incedentes, & alicui Ecclesiæ servientes, sæcularibus negotiis & armis immiscere se non debent, quid si in occasione talium negotiorum caperentur à judice laico,an remitti debeant ad Ecclesiasticum judicem ? Distinguendum est cum Marta *de jurisdict. p.*2.*cap.*32.*à n.*31. Vide tamen Cened. *ad Decretum collect.*37.*n.*2. ubi ait quod Clerici negotiis sæcularibus se immiscentes conveniuntur coram judice sæculari.

Clericus potest conveniri coram judice laico, Clar. *lib.* 5. §. *fin. q.* 36.*n.*6. Menchac. *usufrequent. cap* 5.*num.*18. Cened. *ad Decretum*, *collect.*37. *n.*6. Marta *de jurisdict.p.*4.*cent.*2,*casu* 107. *à numero.*1. Et quando scilicet ipse Clericus est actor in causa merè civili contra laicum, idem resolvit Barbos. *lib.*1.*de jure Ecclesiast.cap.*39. *de privileg.Clericorum.* §.2.*num.*137.ubi *num.sequentibus* ampliat & limitat. Et contra Clericum lata sententia à judice sæculari potest jubere fieri executionem in ejus bonis temporalibus, Barbos. *in l. qui prior* 29.*n.*98.*ff.de judic.* Et Clericus si laicum conveniat coram eo? dem judice sæculari,non prohibetur laicus clericum ipsum coram eodem judice reconvenire,Farinac. *in praxi crimin.p.*1.*tit.*1.*de inquisit.q.*8.*n.*99.ubi *n.*100. limitat in causa criminali

Clericus in causis possessoriis rerum spiritualium non potitur privilegio fori,& apud sæculares judices valet conveniri,Guillelm. *in cap. Raynuntius*, verbo *& uxorem*, *decis.* 2. *num* 30. Selv. *de benefic.p.*1.*q.*7. Roland. *cons.*23 *num.*10. *lib.*2. Avend. *ad cap. Prætor lib.*1.*cap.*1.*n.*32. Afflict. *dec.* 24. Menoch. *de interdict.remed.*15. *recuper. possess. à n.*210. *& de retin. remed.*3.*n.*356. Azeved. *ad l.*2.*tit.*6. *lib.*1. *nov. recopilat.* Valasc. *tom.*1.*consult.*11.*& consult* 93. Cabed. *dec.*82.*p.*1. Surd.*cons.*328 *n.* 22. Gail. *lib.* 1. *observat.*37.*n.*5.Ceval. *com.* 9 504. *in princip.* plures ut per Cov. *pract.cap.*35. *n.*1 Guter. *pract.lib.*1.*q.* 20.*à princip. & canon.cap* 34 *à n.*22. Fachin.*controv.l.*8. *c* 15. *in vers.venit ad alteram*, remissivè Farinac. *in praxi,lib.*1.*tit. de Inquisit.q.*9.*n* 152.

Clericus hæres laici cœpta jam lite cum defuncto tenetur coram sæculari judice eam prosequi, Paul.*in l.hæres absens*, *in princip.n.*4. ubi Angel. *n.* 3.*ff. de judic.* Guillelm. *in cap. Raynuntius*, verbo *uxorem*, *n.*124. Boër. *dec.*69.*n.*32. Cov. *pract. cap.* 8.*à n.* 2. Maran.4.*p dist.*11.*n.*79 Menchac. *de success* §. 22. *n.*72. *limit.*17. Perez *lib.*5.*tit.*2. *l.*4.*ad finem*,Vivian. *tom.*2. *opin.*48. Barbos. *in l.si constante*, §.*ult.à n.*27. *ff. soluto matrim.* Ceval. *commun. q.* 36. *à n.* 1. latè Surd.*cons.*222. *à n.*16. *& dec.*110. *à num.* 2. Cened. *ad decretum,collect.*5. *numer.*7. cum aliis citatis per Barb. *l.*1.*de jure Ecclesiast. cap.*39.*de privilegiis Clericorum*, §.2. *n.*102. Hic antequàm adeat hæreditatem, inventarii confectio pertinet ad forum sæculare, Gabr. pereira *de manu Regia,p.*1.*cap.*16.*num.*22. *&* 23. *& num* 24. quod adita hæreditate pertinet ad forum Ecclesiæ : & *num.*25. *&* 28. *cum sequentibus*, idem asserit,si Clericus sit hæres alterius Clerici,vel decedat ab intestato.

Clericus & laicus simul delinquentes in criminibus sua natura merè sæcularibus, quilibet debet conveniri coram suo proprio judice, ut per citatos à Barbos. *d.*§.2 *n.*94. *&* 95.Declara quod laicus simul delinquens cum Clerico in dividuis, punitur Clericus à judice Ecclesiastico, & laicus à sæculari; in individuis autem uterque ab Ecclesiastico est puniendus Farin. *in praxi crimin.tom.*1.*tit.*1.*de Inquisit. q.*8.*n.*151 Cardos.*in praxi judicum & advocat.*verbo *Clericus*, *n.*45.

Clericus utrum possit per ministros Ecclesiæ extrahi à loco sacro in illis casibus in quibus laicus extrahi non potest ? Latissimè disputat Barbos.*ad c. inter alia,de immunit Ecclesiæ*, *n.*14.*cum sequentibus*, ubi sententiæ negativæ tanquam probabiliori adhæret.

Clerico simplici nudum ministerium potest mandari,Put.*p.*5.*dec.*192. Rebuf.*in praxi,tit. forma mandati executor.pag.*741.Navar.*in cap.cùm contingat,secunda causa nullitatis*, *n.*23. nempe examinatio testium, *clem.unic.de offic.delegati*,Azeved.*lib.*3.*tit.*9.*in summar.n.*14.

Clerici ad favorem suæ Ecclesiæ admittuntur ad testificandum,Farin.*in praxi crimin.p.*2.*tit.*6.*de oppositcontra personas testium.q.*60 *n.*459.

Clerici non possunt esse testes in judicio sæculari sine licentia Ordinarii,Constit.Brachar. *tit.* 10. *constit.*11. Barb.*ad c.testimonium* 11. *q.* 1. & si ferant testimonium absque licentia Episcopi, non est nullum, Mascard.*de probat.concl.* 261. *n.* 12. *cum seq. & concl.*1358.*n.*32.Et constitutio solùm pœnam imponit deponenti absque licentia, Barbos *in cap. nuper* 51. *de testibus num.*2. Et Clericus ut justè possit testimonium proferre, necessaria est sui Prælati fa-

culta, idem Barbos. *in cap.1. de juram.calumniæ,n.5.* ubi *n.6* quod regulares & Monachi sine Superiorum licentia testimonium perhibere non possunt.

Clericus in causa criminali contra laïcum,in qua agatur de pœna sanguinis,non potest cogi ad ferendum testimonium, 11. *q.1.* Barbos. *in remiss.ad Ordinar.lib.3. tit.55. in septima concl.num.28.*& ab eo citatis adde Clar. *lib.5. §. fin. quæst.24 n.8. cum seq. & n.22.* Hyppolit. *cons.45.n.5. & cons.122.num.6.* Mart. *de jurisdict.p.4.cent.1.casu 117.n.1.* Farin. *in praxi crimin. p.2. tit.6.de oppositt.contra personas testium.q.61. n.59. & 1.91. & lib. 3. tit. 8. de oppositt. contra examen testium, quæst.78.n.74.* ubi *n.78.* ait quod in casu quo Clerici ad testificandum compelluntur, fiat compulsio,non per judicem sæcularem, sed per Ecclesiasticum, & in manibus judicis Ecclesiastici jurabunt. Et *in c.fin.* ubi Doct. *de juram. calumniæ*, citati per Barbos. *n.3.* probatur quod Clerici in ferendo testimonium non tenentur juramentum per contractum scripturæ proferre,sed sat est si sacrum Evangelium coram iis propositum sit, vel manum pectori in signum fidei admoveant, quod etiam cum aliis repetit *in c. laudabilem 5. de frigidis & maleficiatis,n.12.*

Clericus falsum testimonium dicens coram judice sæculari, ab eodem puniri non potest,Bernard. *in pract.cap.93.n.2.* perez *tit.6. lib. 8. Ordinam.* Guillem. *in c.Raynuntius.*verb *& uxorem,dec.2. n.142.* Surd. *cons.396.num 27.* Azeved. *ad l 1.tit.16.lib. 8. novæ recopilat. n.97.* Azor. *institut. moral. p.1.lib.5. cap.13.col.415.q.2.* Cald. *de empt.cap.81. 88. & 97.* Mex. *in tract.taxæ panis,concl.5.n. 34.*remissivè Cabed.*p.1.dec.77.n.ult.* Farin.*in praxi, tom.1.p.1. titul. de inquisit. q.8.n.26.* Guter. *lib.1.pract.q. 24.num.1.* Plures refert Cened.*ad Decretum.collect.37.n.10.& ad Decretal. collect.139.n.2.* Padilla *p.1.de todos los delictos,cap. 22.in fine.*

Clericus Missam celebrans potest se defendendo occidere aggressorem & Missam postea perficere, Bern.*in pract.Cam.Imper.l.2.concl. 110.considerat.1. n.2.*Cened. *pract q.24.n.4.*Farin.*in praxi delict. p.5. q. 125.tit. 14.n.29.*

Clericum percutiens excommunicationem incurrit.*c.si quis suadente 17.q.4.*resolvunt Cened.*ibidem,* Aloys.Ricc. *decis.Cur. Archiepiscop. Neapol.p.2.dec. 16, a n. 1.* de qua materia vide Selv. *in sum.* verbo *excommunicatio* 6. Navar. *in man.cap. 27.* ubi *n.17. &* 18. limitat, si Clericum percutiens vim vi repellat cum moderamine inculpatæ tutelæ, Tolet. *in instruct.Sacerdo. libro primo, capite 31.* Sà verbo *excommunicatio*, Sayr. *de censur.lib.3. cap. 26. cum sequentibus,*Barbos. *de offic.& potest.Episcopi,p.2.allegat.41. & in collect.ad d.cap.si quis suadente,*Suar. *de censur. disputatione 22. sect.1.* ubi *num.71.* asserit quod Clerici ejusdem collegii se invicem non enormiter percutientes,non coguntur adire Pontificem. sed à suo Episcopo absolvi possunt,per tex. *in cap. quoniam,de vita & honestate clericor.c.pervenit 17.de sentent.excommun.* Et idem asserit de Religiosis & Canonicis Regularibus,per text.*in cap.Monachi,de sentent.excom.*ibi,quocunque modo sese in claustro percusserint, cum limitatione *c. Canonica, in fine eod tit.* Et non solùm incurrit excommunicationem percutiens mortuum,ut refert Anton. Fernandez de Moure *p.2.de compendio da doutrina moral.c.6.§.25.* quem etiam vide *p 2 c.13.* & Barbos. *in d.c. si quis suadente, num.17.* Et excommunicatus ob levem Clerici percussionem,ab Episcopo absolvi potest,*d. cap.pervenit*, Garc. *de nobilit.gloss.9.n.40.cum sequentibus*, Guter. *canon.lib.1.cap.3.n.11.cum sequentibus*, Bellet. *disquisit.clerical.p.1.tit.de favore clericor. canon.§.3.n.23.* optimè Sayr.*de censur.lib.3.cap. 28. à principio*, Bonacin.*eod.tract.disp.2.q.4.punctо 5.n.2.* Carol. de Graff. *de effect.clericat.effectu 9. num.173.* Levis injuria judicanda est arbitrio Episcopi, qui ex circunstantiis personarum,locorum,temporum,modi percussionis & læsionis arbitrari poterit, ut advertunt Bellet.*d.§.3.n.34.* Sayr. *d.c.28 n.5.* addens communiter levem censeri percussionem, quæ fit à magistro, Prælato, parte, domino, in discipulum, Clericum, filium, aut servum. Unde Bonacin. *d. puncto 5.n.4.* levem percussionem regulariter credit esse illam, quæ fit pugno,palma,manu,pede, digito, baculo, vel lapide, quæ nullam carnium maculam reliquit, vel quæ fit absque scissione membri, sine fractione dentis, sine evulsione multorum capillorum, & sine effusione multi sanguinis,nisi ratione loci vel personæ possit hæc levis percussio censeri graviter injuriosa, veluti si quis manum injiciat in faciem alicujus gravis personæ impingendo alapam aut sit in platea,vel coram populi frequētia percutit.Et quæ sit in Clerico levis,vel enormis percussio vide Fratrem Emm.Rodéric. *in sum.cap. 83. n. 8*

Clericum percutiens majori pœna dignus est,glos. *in cap.sicut,17.q.4.*Farin.*de delict.p 1.l.1.tit.3.q.18. n.81.*Et plura in commendationem status clericalis vide per Barbosam *de offic.& potestate Episcopi,p.1. tit.2.gloss.1. n.2.cum sequentibus.*

Clericus seu quælibet persona Ecclesiastica à laïcis percussus,vel verbis injuriosis molestatus poterit agere actione injuriarum,vel coram judice Ecclesiastico,vel coram laïco,Ordinat.*l.2.tit.9.§.3.*ubi Barbos. *num.1.*plures citat quibus adde Mart.*de jurisdict.p.2.cap.7.num.6. cum sequentibus.* Secus est si de casu fuerit latum elogium,vulgò *devassa*,per judices laïcos, quia tunc Ecclesiastici coram eis jus suum requirent, cùm in eodem judicio sit prævenia jurisdictio,Rebuf. *in tract.except.num.239.& in declarat. arborum,num.6.*Valasc *tom.1.allegat.55* Bobadil. *in Polit.lib.2.cap.17.num.132.* Mart *d.p.2.cap.3.* Barbos. *ubi proximè,n 2* ubi *n.4.*quod judex Ecclesiasticus aget ad condemnationem pœnæ impositæ pro sacrilegio cū excommunicatione. Si verò agatur actione injuriarum civiliter,nō potest Clericus conjugatus declinare judicium sæculare, licèt non possit pro illa causa à judice laïco capi,vel carcerari,ut cum Cov.& Navarr.refert idē Mart.*d.p.2.c.32 num.30.* Et Clericus potest accusare laïcum de crimine aut injuria sibi illata, non tamen de aliena, etiamsi civiliter agat præstando quod judex ad pœnam sanguinis non intendat,ut liberetur ab irregularitate:ita resolvit Barbosa *ad cap.postulasti 21. de homicidio.*

Verbo COADJUTOR, & COADJUTORIA.

COADJUTORES cum futura successione non sunt beneficiarii interim dum vivunt coadjuti, nec habent jus in re, sed ad rem. Put.*dec.108 p.2.* cum aliis citatis per Barb. *tract. de Canonicis & dignitatibus, c.29.à num.3* Ubi *num.7.& 8.*quod per obitum coadjuti dicitur beneficium vacare,& coadjutoria post mortē coadjuti continet gratiam coadjutoris, & idem Put. *d. dec.108. p.2.* tradit quod coadjutoria non operatur resignationem, nisi post obitum coadjuti,& *d.98.d p.1.* quod sunt duæ gratiæ,una coadjutoriæ, & altera provisionis, & una deficiente non expirat altera.

Coadjutoriis cum futura successione locum habere non potest constitutio Gregoriana, mandans publicari resignationes & jurium cessationes Gonzal. *de mensibus, gloss.5.§.9.num.52.cum seq.* addit quod coadjutoria cum futura successione continet dupli

cem

cem gratiam, unam coadjutoriæ, & alteram futuræ successionis, quæ respicit favorem coadjutoris. & *n.* 55. quod si decedat coadjutus priusquam coadjutoria habeat effectum, sustinetur gratia concernens favorem coadjutoris: & *n.* 56. asserit exprimi hodie in literis quod sit locus futuræ successioni, etiamsi beneficium actualiter vacet de tempore datæ, & ibidem de aliis clausulis agit.

Coadjutores debent esse constituti in illa ætate, quæ ad obtinendum beneficium requiritur, Barbos. *d. cap 29. num.* 47. & 48. Et sufficit quod coadjutor tempore gratiæ sit in ætate legitima, ut promoveri valeat ad Ordinem requisitum à tali beneficio, ad quod conceditur coadjutoria, quamvis tunc ordinatus non sit, ex Gonzal. *d.* §. 9. *n.* 90. Barbos. *in collect. ad Concilium Trident. sess.* 25. *de reformat. c.* 7. *n.* 28. & 29. & *d. cap.* 9. *n.* 36.

Coadjutor non potest ordinari ad titulum coadjutoriæ; potest tamen promoveri ad titulum coadjutoriæ perpetuæ cum futura successione, dummodo ratione illius habeat congruam sustentationem, tanquam ad titulum beneficii. Barbos. *in collect. ad Concil. Trident. sess.* 21. *de reformat. cap.* 2 *num.* 17. & *ad c.* 29. *n.* 39. ubi *num.* 12. ait quod quando coadjutor habet aliunde unde se decenter valeat sustentare, disponitur quod nihil prorsus percipere debeat de fructibus, nec distributionibus.

Coadjutoria quando conceditur propter ingravescentem ætatem coadjuti, verificanda est ætate 60. annorum, ex Gonzal. *d.* §. 9. *n.* 84. ubi *num* 85. quod si fuerit narrata ætas ingravescens cum aliis infirmitatibus conjuncta, tunc sufficit verificari ætatem quinquaginta & quinque annorum; nam infirmitates, labores & alii excessus minuunt ætatem, & *n.* 86. quod quando conceditur propter senectutem narratam, tunc est probanda ætas 70. annorum: & *n.* 87. quod valet judicis arbitrium, ut cognoscatur quis verè dicatur senex, ad hunc effectum consideratis omnibus circunstantiis.

Coadjutor non tenetur ad residentiam præcisam, sed causativam, idest ut de bonis suis satisfaciat pro interessentia non soluta, Barbos *d. cap.* 29. *n.* 15. & *d. cap.* 7. *n.* 14 Gonzal. *de mensibus, gloss.* 5. §. 9. *n.* 122.

Coadjutor cum futura successione non tenetur ad Fidei professionem, nisi cùm fuerit successioni locus, Barbos. *citato cap.* 29. *n.* 14. ubi *cap.* 17 *n.* 14. quod in Canonicis Ecclesiæ Collegiatæ non est necessaria professio Fidei, requisita à Concil. Trid. *sess.* 24. *de reformat. cap.* 12.

Coadjutor eget nova possessione tituli & beneficii, mortuo coadjuto, & cessat illa professio servitii, quam habebat coadjutor, neque eam potest continuare, ut in terminis esse in Rota decisum referunt Put. *dec.* 226. *n.* 12. *lib.* 3. *in antiqua impress.* Barbos. *d. c.* 229. *n.* 19 & 20. ubi *n. sequentibus.* quod coadjutor debet habere locum captæ possessionis post mortem coadjuti, & quod possessio ab obitu coadjuti est numeranda, quamvis prior possessio accederet ad annos 20. & quod antiquitas coadjutoriæ non à die eorum admissionis, sed à cessationis coadjutoriæ die adipiscitur.

Coadjutor cum futura successione in absentia coadjuti Canonici debet sedere in ultimo loco post omnes Canonicos, nec ei assignatur eadem sedes principalis coadjuti, cùm sit Canonicus fictus, neque debet præferri veris Canonicis, & quia non debet tantum honorari, quantum coadjutus, quasi non fulgeat sua, sed aliena autoritate; Barbos. *d. cap.* 29. *n.* 22. & 24. Stephan. Gratian. *discepat. forens. cap.* 106. *n* 39. Garc. *de benefic. p.* 4. *c.* 5. *n.* 66. *cum seqq.* Et quod non sit inconveniès, posse simul in habitu Canonicali interesse coadjutum & coadjutorem in processionibus & Missarum solemniis, principalis in loco sibi debito juxta antiquitatem suam, & coadjutor post omnes Canonicos, tradit Barb. *d. cap.* 29. *n.* 54. ubi citat Garc. *d. c.* 5. *n.* 107. contrarium resolventem, qui *n.* 108. asserit quod nihil impedit, unum esse tanquam personam privatam sine habitu Ecclesiæ etiam in choro.

Coadjutoriis solent apponi clausulæ, quod coadjutor habere debeat omnes & singulas prærogativas, præeminentias, & honores in choro, Altari, & Capitulo, & processionibus, nec non in actis Capitularibus, tam intra quàm extra Ecclesiam, quas & quos prædictus F. ratione Canonicatus & præbendæ habet, & si præsens esset haberet, Gonzal. *d.* §. 9. *n.* 97 Barbos. *d. c.* 29. *n.* 2.

Coadjutor gaudet mensibus datis causa recreationis, & dies consumpti per unum, remanent consumpti per alium, ex Gratian. *forens. discept. c.* 166. *n.* 12. Barbos. *d. cap.* 29. *n* 44. ubi *n.* 45. quod coadjutor ægrotans, aut alias legitimè impeditus, haberi debet pro præsenti, & lucratur distributiones, sicut lucraretur principalis, quando ipse coadjutor erat actu serviens tempore supervenientis infirmitatis, seu impedimenti: & *n.* 46. quod potest inservire & residere in Ecclesia, excommunicato existente principali. & *n.* 16. quod non lucratur distributione excommunicato coadjuto, poterit tamen lucrari assignatum pro congrua, seu servitio, non obstante excommunicatione principalis.

Coadjutor, quando aliunde habet unde se valeat decenter sustentare, disponitur nonnunquam, quod nihil prorsus percipere debeat de fructibus aut distributionibus, & quod interdum & aliquando mandatur dari centum ducatos, & plus, vel minus, pro ut partes se conveniunt ante porrectam supplicationem, ne coadjutor egeat, quia alias coadjutor posset petere à coadjuto congruam sustentationem, si deserviat uti coadjutor, nisi aliud caveatur in coadjutoria hujusmodi, in quâ hodie consuetum est poni clausulam, quia partes ita conveniunt, quod coadjutor non possit petere congruam, nec quicquam exigere quovis titulo, ratione coadiutoriæ, Barbos. *d. c.* 29. *num.* 12. An Canonicus coadjutorem perpetuum cum futura successione habens possit optare novam & majorem præbendam, prout alii Canonici dicta coadjutoria carentes? vide Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancel. gloss.* 34. *n.* 97. *cum sequentibus.* Ubi respondet cum distinctione.

Verbo COLLATIO, CONFERENDUM.

COLLATIO Ordinariorum est favorabilis, *c. nullus,* 56 *q.* 7 Flamin. *de resig. lib.* 12. *q.* 70. *n.* 17. Est locus præventioni in collatione facta à Papa in beneficio conferendo in mensibus Ordinariorum, idem Flamin. *lib.* 8. *c.* 11. *n.* 7. *cum seqq.*

Collatio beneficii pertinet ad Episcopi, qui id consuevit conferre, Mascard. *de probat. concl.* 173. ubi *n.* 8. quod ex unico actu acquiritur quasi possessio præsentandi.

Collationibus, simultaneis Episcopum & Capituli tantam potestatem habet Episcopus solus per se, quantam habet totum Capitulum, & è contra. Barbos. *de Canonicis, cap.* 14. *num.* 7. ubi alios citat. Et ubicunque collatio spectat ad Episcopum atque Capitulum simul; considerantur ut duo corpora, Panorm. *in cap. Pastoralis, n.* 6. *de rescriptis,* Flamin. *de resignat. lib* 7. *q.* 23. *n.* 39. Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancel gloss.* 45. *n.* 51. *cum sequentibus,* Farin. *dec.* 2. *n.* 1. *tom.* 8. *in noviss.* Barbos. *d. cap.* 14. *n.* 4.

Collatio quando ad solum Capitulum spectat;

tunc ſæpe ſolet Epiſcopus votare tanquam unus de Capitulo, & unicum duntaxat votum habere, Gonzal. *d. gloſs.* 45. *num.* 73. Et de jure communi proviſio præbendarum in Cathedralibus eſt ſimultanea Epiſcopi ac Capituli, & in Collegiatis inferioribus præſentatio ſeu electio ſpectat ad Prælatum & Capitulum ipſius Collegiatæ, & inſtitutio, ſeu confirmatio ad Epiſcopum, Gonzal. *d. gloſſ.* 45. *à num.* 46. *junctо num.* 50. Garc. *de benefic. p.* 5. *cap.* 4. *num.* 64 *cum ſequentibus*, Unde in collatione præbendarum Eccleſiæ Collegiatæ Vimaranenſis, quæ ſpectat ad Priorem & Capitulum, non ſufficit cum voto Prioris vota duorum Canonicorum concurrere, ſed debet concurrere major Capituli pars, Azeved. *ad l.* 14. *num.* 13. *tit.* 6. *lib.* 3. *novæ recopilat.* Selv. *de benefic. p.* 2. *quæſt.* 17. Put. *p.* 3. *dec.* 117.

Collatio beneficii acceptata ante adeptam poſſeſſionem, facit acquirere jus in re in illo, ex citatis per Barboſ. *de offic. & poteſt. Epiſcopi, p.* 2. *allegat.* 99. *n.* 17. quibus adde Garc. *de benefic. p.* 4. *cap.* 2. *num.* 1, ubi plures alios adducit.

Collatio non poteſt probari teſtibus, Flamin. *de reſignat. lib.* 10. *q.* 1 *num.* 33. qui *lib.* 8. *quæſt.* 2. *num.* 11. limitat in collatione inferiorum, quando literæ eſſent amiſſæ.

Collatio quando eſt ſimultanea Epiſcopi & Capituli, ſi Epiſcopus confert uni, & Capitulum alteri, neutra collatio valet, quia ad invicem ſe impediunt, Garc. *d. cap.* 4 *num.* 29. Gonzal. *d. gloſſ.* 45 *n.* 58. ubi *num.* 62. teſtatur quod ratione dictæ diſcordiæ vidit ſæpe provideri à Sede Apoſtolica de tali beneficio jure præventionis, & proviſiones Apoſtolicæ effectum habuere, quem etiam vide *num. ſeqq.* & idem jus præventionis Summi Pontificis probat. Garc. *d. c.* 4. *n.* 13.

Conferendum eſt donatum ad ingrediendam Religionem, Molin. *de juſtit. tract.* 2. *diſp.* 238. *num.* 14. Ubi *n.* 15 aut quod filius conferre non tenetur redditus uſque ad mortem parentum ex patrimonio perceptos, ſed ſolùm conferre tenetur patrimonium ipſum, quale tunc extiterit, vel æſtimationem temporis quo receptum fuit, ſi quid periit, aut alienatum ex eo eſt. Utrum autem teneatur filius conferre ea quæ in ſtudio expendit, & libros? Vide Menoch. *de arbitr. lib.* 2. *caſu* 131. Gregor. Lopez. *l* 3 *tit.* 4. *part.* 5. verbo *Valdria*, *& l.* 5. verbo *los libros*, *tit.* 15. *part.* 6. Perez *l.* 8. *tit.* 2. *lib.* 1. *Ordinam. p.* 46. Valaſc. *de partit. cap.* 13. *à n.* 69. Steph. Grat. *diſcept. forenſ. c.* 50. *n.* 24. *&* 25. qui reſolvunt quod filius non confert libros emptos, & cauſa ſtudiorum à patre ſibi traditos: & idem eſt ſi ſint empti & traditi filio Doctori, & cenſeri donatos libros à patre filio, ut ſtudiis proficiat, niſi magna inter fratres oriretur inæqualitas: & officia computantur in legitima quoad æſtimationem, & idem Grat. *num.* 26. *d. loco* addit, quod quamvis libri ſint communes omnium filiorum, fratres erunt contenti æſtimatione, cùm non debeant auferri Doctori, ſicut arma militi, & de hac materia vide Cald. *in l. ſi curatorem*, verbo *læſis*, *n.* 102. *&* 105. *Cod. de in integrum reſtitut. min.* Cardoſ. *in praxi judic. & advoc.* verbo *collatio*, *n.* 33. *cum ſeqq.* Molin. *diſput.* 239. qui reſolvit quod ſumptus quos pater cum filio in ſtudio fecit, aut in re alia addiſcenda, & libri ab eo illi dati, non ſunt conferendi in partitione cum aliis fratribus, dummodo ſint traditi filio Doctori aut licentiato poſt abſoluta ſtudia, & idem *diſput.* 241. agit de militia, officiis, gradibus Doctoratus, & aliis literariis beneficiis Eccleſiaſticis, commendis militaribus, atque ſacris Ordinibus, & diſputat ibi, an ſint conferenda? Videndus eſt etiam Barboſ. *in l. ff. ſoluto matrim. p.* 7. *num.* 33. Ubi aſſerit quod donatio facta filiofam. exiſtenti in ſtudio valet, & non poterit pater eam amplius revocare, & *n.* 34. quod ſi hæc donatio fiat filio Doctori, vel qui poſtea Doctor efficiatur, non ſit donatio per filium conferenda, quia tranſivit in peculium caſtrenſe, ex tex. *in l. jubemus*, *Cod. de ſilentiar. lib.* 12. & peculium caſtrenſe non confertur, *l.* 1. §. *neque caſtrenſe*, *ff. de collat. bonorum*, quod procedit etiam quando filius efficitur Licentiatus.

Verbo COLLECTA.

COLLECTA non debet ſolvi de alimentis, Surd. *de alim. t.* 8. *privileg.* 91. *n.* 4. Et collectari non tenentur pauperes, Bart. *in l. etiam*, *in fin. Cod. de execut. rei jud.* Roland. *conſ.* 66. *n.* 20. *vol.* 1.

Collecta augetur auctis fructibus, & diminuitur etiam, Aym. *conſ.* 195. *n.* 6. pro collectis ſunt bona tacitè hypotecata, Surd. *dec.* 311. *n.* 2. Cald. *de reſolut. emphyt. c.* 3. *n.* 255. Et qui paſſus eſt deſcribi in collectis, amittit privilegium, Bernard. Græv. *in pract. Cam. Imper. lib.* 2. *concl.* 60. *conſiderat.* 6. *num.* 2. Stephan Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 559. *n.* 29.

Collectam poſt impoſitam mutans incolatum tenetur ſolvere, text. & ibi Bart. *in l. incola*, *ff. ad municipal.* Flor. *var. q.* 21. *num.* 78. An forenſis poſſit collectari propter bona quæ habet in alieno territorio? vide Aloyſ. Ricc. *in collect. deciſ. p.* 5. *collect.* 1876.

Collectam meliùs ſolvunt plures quàm unus, *l. actores*, & ibi gloſſ. *Cod. de exactor. tributor. lib.* 10. Perez *l.* 2. *tit.* 4. *lib.* 4. *Ordinam. pag.* 818. Roland. à Valle *conſ.* 66. *num.* 12. *cum ſeqq. vol.* 1. & vide Boër. *dec.* 213. *num.* 3. Quid ſi unus ſe excuſet, an reliqui teneantur ſolvere id quod alius ſolvere debebat? vide Rebuff. *de privileg. ſcholar. privileg.* 149. *ad finem*. Aſſa de collectis vide per Bernard. Græv. *d. lib.* 2. *concl.* 51.

Verbo COLONIA, COLONUS.

COLONUS rem deteriorare dicitur, ſi fundum non colat, ita ut inde ſequatur magna deterioratio, juxta tex. *in l. quæro*, §. *inter locatorem*, verbo & *ut oporteret colere*, *ff. locati*, Gam. *dec* 330. *incipit. duo in proceſſu*, *num.* 2. & Barboſ. *in l. ſi mora*, *n.* 91. *ff. ſoluto matrim.* Ubi ſecus reſolvit in emphyteuta durante emphyteuſi, quia ſibi, & non domino præjudicat, & allegat Bald. receptum *in Auth. qui rem*, *num.* 9. *Cod. de ſacroſanct. Eccleſiis.* Et idem erit ſi fundum ita exfructuat, ut ſequenti anno non reſpondeat cum fructibus ſolitis, Surd. *dec.* 131. *n.* 6. & tex. *in l. & hæc diſtinctio*, §. *cum fundum* & ibi Bart. *num.* 3. *ff. locati*, ubi dicit: item nota diligenter caſum hujus §. contra conductores, qui in fine anni ita fundum exfructuant, quod fructus anni ſequentis corrumpantur, dignum eſt ut notetur, & menti teneatur: Hæc ſunt Bartoli, quem referunt & ſequuntur Jaſ. *in l. ſi quis nec cauſa*, §. *res*, *num.* 2. *ff. ſicertum petat.* gregor. *ad l.* 74. *tit.* 18. *part.* 3. verbo *Empeorar*, Joſeph. Ludoviſ. *deciſ. Peruſ.* 62. *num.* 1. Vincent de Franch. *dec.* 96. *num.* 1. Gabed. *d. dec.* 187. *num.* 4. *p.* 1. Gom. *tom.* 2. *var. cap.* 3. *num.* 21. Tiraquel. *de retract. tit.* 2. §. 5. *gloſs.* 4. *num.* 18. Menoch. *conſ.* 13. *num.* 1. ubi reſolvit debere tradere finita locatione prædia in eo ſtatu, in quo reperit tempore conditionis, per tex. *in l. ſi merces*, §. *conductor*, *l. hæc diſtinctio*, §. *ult. ff. locati*, *& d.* §. *cum fundum*, *& in l. cum conductorem*, *Cod. eod. tit.* & probat. *l.* 7. *tit.* 8. *part.* 5. & ibi Gregor. Lopez verbo *Labraſe*, Surd. *d. dec.* 133. *num.* 4. Joſeph. Ludoviſ. *d. dec.* 62. *num.* 5. Quid in arboribus

arboribus ab emphyteuta plantatis, & ab eo evulsis? vide Surd. *dec.* 300. *n.* 10.

Colonus qui malè colit fundum & vineas, expelli potest, Gam. 330. *n.* 2. Barbos. *in l. si mora, n.* 91. *ff. soluto matrim.* Stephan. Grat. *discept. forens. c.* 546. *n.* 22. Joseph. Ludovis. *Perus. dec.* 22. *n.* 23. idem *in modica deterioratione*, Surd. *alim. tit.* 8. *privil.* 61. *n.* 27. *& dec.* 198. *n.* 15. ubi etiam quod tenetur de levi culpa in deterioratione.

Colonus non potest excidere arbores, Barbos. *in l. divortio*, §. *ifundum n.* 9. *& 22. ff. soluto matrim.* Garc. *de expensis, cap.* 14. *num.* 24. Nec potest incidere ille qui emit cum pacto de retro, durante tempore Cened. *ad Decretal. col.* 28. *n.* 2. Et debet domino resarcire damnum, & stabitur juramento domini Mascard. *de probat. concl.* 471. *n.* 17. Et agere potest dominus actione furtiva, Garc. *ubi proximè* Jo. Ludovis. *dec. Perus.* 62 *n.* 4. *p.* 2

Colonus privans dominum sua possessione potest conveniri interdicto uti possidetis, Gom. *l.* 45. *Tauri, n.* 172 Mascard. *de probat. concl.* 1194. *n.* 33. *&* 34. *& concl.* 1390. *n.* 77. Et vim committit, *l. vim facit, ff. de vi & vi arm.* Menoch *remed.* 3. *retin. possess. n.* 468. Mascard. *concl.* 1329. *n.* 11. Gam *dec.* 54. *num.* 3. Imò committit furtum, ex Farin. *de delict. p.* 6. *q.* 168. *n.* 16. Quid in emphyteuta, finita emphyteusi? vide Barb. *in l. si alienam, n.* 32 *ff. soluto matr.* ubi asserit quod re. medium *l. si quis conductionis, C. de locato*, habet locū in emphyteuta denegante rei emphyteuticæ restitutionem, & si finita emphyteusis revertatur ad proprietarium, & emphyteuta requisitus nolit restituere, videtur spoliare, dominum directum civili possessione, quæ semper apud eum videtur remansisse, *l. clam possidere, §. fin. ff. de acquir. possess.*

Colonus qui mansit in possessione quam alii tradidit domino, præjudicium inferre non potest, Rota Bonon. *dec.* 93. *num.* 2. & vide Farin. *p.* 4. *dec.* 67. & ibi additio *lit.* A. Faciunt quæ Mascard. *de probat. concl.* 1180. *n.* 14. *& concl.* 1183. *n.* 1. Barb. *in l. si alienam, n.* 81. *ff. soluto matrim.*

Colonus si vendat rem meam, si tamen mihi solvat pensionem, ut solvebat antea, non tollit jus meum, nec ille qui emit mihi præjudicat, nec præscribit contra me, Boër. *dec.* 105. *n.* 15. Menchac. *illustr. cap* 60. *n.* 16. Soar. *in l. post rem judicatam, super declarat. legum regni, limit.* 2. *n.* 4. *pag.* 296. quia possessio non tollitur ignorantia ex rex. *in leg. quamvis* 1. *in ordine* 32. §. 1. *ff. de acquirenda possessione.* Et coloni emehyteutæ non possunt pro pensione conveniri à dominis directis, *l.* 3. & ibi notant Bald & Salicet. *Cod de act. & obligat.*

Colonus recusans solvere pensionem domino dicitur spoliare, Menoch. *de interdict. remed. recuper. possess. n.* 89. Mascard. *de probat. concl.* 1329. *n.* 11. Et dicitur spoliare etiam denegans restituere rem quā habet à domino, ibidem *n.* 11. *& concl.* 1390 *n.* 77 Surd. *de alim. t.* 9. *q.* 26. *n* 55. *&* 56. ubi etiam de emphyteuta, & de emptore emphyteusis, quod contra eum agi possit actione unde vi, si nolit solvere pensionem: & vide Cald. *de extinct. emphyt. c.* 3. *n.* 37. Et eo ipso quod colonus vocatus ad judicium non venit, videtur spoliare, Menoch. *remed.* 9. *recup. possess. n.* 137. Gam. *dec.* 54. Et furtum committit, Farin *de delict. p.* 6. *q.* 168. *n.* 10. Et non potest dominus propria authoritate eum expellere, Cald. *de resolut. emphyt. c.* 17. *n.* 20. *& n.* 26. *& cons.* 2. *n.* 7.

Colonus non est audiendus prætendens titulum præsumptum, quando constat de titulo, seu initio possessionis, *l. malè agitur, cum notissimis*, §. *in his etiam, Cod. de præscript.* 30. *an.* Gam. *dec.* 244. *alias* 245. *n.* 10. Aym. *cons* 107. *vol.* 1. ubi plura eleganter tradit adversùs colonum.

August. Barbos. Repertor.

Coloni allegantes præscriptionem & titulum præsumptum contra dominum directum regulantur pro tertia vita, Menoch. *de præsumpt. l.* 3. *q.* 109. Gam. *dec.* 245. *n.* 3. *& dec.* 276. 297. *&* 331. Cald. *de renov. q.* 15. *n.* 23. *cum seqq.* Flor. *var. q.* 23. *n.* 27. Stephan. Gratian. *discept. forens. c.* 188. *n.* 46. *cum seq.* Gabr. Pereira *dec.* 37. *n.* 11.

Delicti mala præſumptio & judicium oritur ex converſatione cùm malis hominibus? nam ex converſatione mala bonus efficitur malus & vitioſus, *l. Ædiles, §. Pedius. ff. de Ædilitio edicto*, & ſimilis ſimilem ſibi quærit, *c. ve olentes, de ſtatu Monachorum* & mores ſumuntur à converſantibus. Tiraquel. *ad leg 5. connubial. gloſs. 1. n. 29.* Et ſecundùm Philoſoph. talis qualis quiſque eſt, talium conſortio delectatur, & ut dicit text. *in c. ſæpe 28. q. 1.* malorum conſortia ſæpè etiam bonos corrumpunt, & *in c. innotuit, de elect.* Societas cum qua quis verſatur, indicat hominem: & ait Salom. *Prov. cap. 13.* qui cum ſapientibus graditur ſapiens erit, amicus ſtultorum ſimilis efficitur: & idem *c. 22.* noli eſſe amicus homini iracundo, neque ambules cum furioſo, ne fortè diſcas ſemitas ejus, & ſumas ſcandalum animæ tuæ, & demum Propheta *Pſal. 17.* cum ſancto ſanctus eris, & cum viro innocente innocens eris, & cum electo electus eris, & cum perverſo perverteris refert Farin. *de delict. tom. 1. lib. 1. tit. 5. quæſt. 52. n. 85. cum ſequentibus* ubi *q. 47. num. 182.* ait quod educatio bona facit præſumi quod quis ſit bonus. Et oritur indicium contra dominum domus, quando in ejus domo reperitur aliquis mortuus; tunc enim præſumptio eſt contra ipſum dominum, quod illum occiderit, Farin. *d. quæſt. 52. num. 98.* ubi *n. 120.* quod ſumitur indicium quando mortuus reperitur in via, & prope domum alicujus? dominus enim illius domus penes quam mortuus reperitur poteſt torqueri, non aliter ac ſi in ejus domo repertus fuiſſet: & *numero 121.* intelligit procedere dumodo dominus illius domus ſit homo malæ famæ, vel ſolitus ſimilia committere, aliàs ſecus, de quo etiam *num. ſequentib.* & *à num. 127.* quod homicidium, damnum, furtum, & generaliter delictum, ſi neſcitur à quo commiſſum fuerit, præſumitur commiſſum à vicinis: & *num. 131.* intelligit procedere quando vicinus erat homo malæ famæ, nam ex hoc ſolo indicio, niſi alia concurrant, torqueri non poteſt: & *numero 155.* quod indicium ad torturam ſufficiens oritur contra eum in cujus aſpectu occiſi cadaver ſanguinem emittit, ubi per plures caſus ita vidiſſe ſe teſtaturi & *num. 165. & 166.* quod oritur indicium ex mala phyſionogmia & malo nomine, & faciunt præſumere quem delinquentem in genere, ſed non faciunt indicium ſuper delicto, de quo quis ſpecialiter inquiritur, niſi concurrente aliquo alio indicio in ſpecie illius delicti,

Delicto auxilium præſtans punitur eadem pœna qua ipſe delinquens, *leg. 1. §. incidit, ff. ad Turpilian. §. interdum. verſ. ope, Inſtit. de obligat. quæ ex delicto naſcuntur, cap. ſicut dignum 6. §. illa etiam, de homicidio* Menoch. *de arbitr. caſu 355. n. 9.* Menchac. *illuſtr. cap. 16. num. 1.* Plaz. *de delict. cap. 22. num. 17.* Clar. *§. fin. quæſt. 76.* Cabed. *deciſ. 82. num. 14. p. 2.* Flor. *var. quæſt. 18. numero 22.* Farinac. *conſil. 104. poſt num. 23.*

Delinquens in hoc regno, an poſſit accuſari in regno Caſtellæ? vide Barboſ. *in leg. 2. legatis. n. 46. cum ſeq. ff. de judiciis*, uni reſolvit negativè, ſi ibi non habet domicilium.

Delinquentes obligantur ad pœnam ex conſenſu ſuo, ut per Menchac. *illuſtr. cap. 28. num. 12.* Azeved. *leg. 1. num. 76. tit. 21. lib. 4. novæ recopil.* Rebuf. *ad leg. 131. ff. de verborum ſignificat. p. 495.* Clar. *lib. 5. §. fin. quæſt. 80. num. ult.* Surd. *deciſ. 254. numero 28.* Gregor. *leg. 15. tit. 13. part. 2.* verbo *el miſmo* Co dub. *in leg. ſi quis à liberis, §. ſed utrum, num. 18.*

cum sequentibus, ff. de liber. agnoscendis, Sanch. *de matrim. libro 9. disp. 32. n. 12.* Cald. *in leg. unic. Cod. ex delict. defunct. p. 3. n. 9 & in leg. si curatorem*, verbo *cùm non absimilis, n. 44. Cod. de in integrum restitut. minor.*

Delinquentem excusat à pœna communis reputatio, quod non deliquerit. *leg. inter eos, §. rectè, ff. de furtis*, Stephan. Gratian. *discept. forens. cap. 638. n. 9.*

Delinquentes si plures simul concurrant, quorum aliquis sit Clericus, non propter ejus personam laïci ad judicem Ecclesiasticum remittentur, sed quilibet in suo foro accusabitur, Menoch. *de arbitr. l. 2. casu 371. num. 13.* Clar. *libr. 5. §. fin. q. 36. num. 44.* Cald. *de nominat. q. 19. numero 56. & de empt. cap. 16. num. 45. cum sequentibus*, perez *tit. 3. libro 1. Ordinam. pag. 456.* Mex. *in tract. taxæ panis, concl. 5. num. 74.* Guter. *pract. libr. 1. q. 6.* Cened. *ad Decretal. collect. 176. num. 2.* Fr. Emman. Roderic. *quæst. Regular. tom. 2. q. 2. art. 4.* Rebuf. *de privileg. scholar. privileg. 106. vers. 4. & in tract. except. numero 326.* Thom. Valasc. *tom. 1. alleg. 18.* Bobadil. *in polit. lib. 2. cap. 17. num. 90. cum sequentibus*, Bernard. Græv. *ad pract. Cam. Imper. libr. 1. concl. 37. consider. 3.* Marta *de jurisdict. p. 4. cent. 2. casu 119.* Secus est in causa individua, in qua socius gaudet privilegio socii, Surd. *de alim. tit. 9. n. 14. n. 3.*

Verbo Deportatio, Deportatus.

DEPORTATIO mors civilis appellatur, *l. 1. §. ult. ff. de bonorum possess. contra tabulas, l. si necem, § si deportatus, ff. de bonis libert.* Avend. *ad l. 4. Tauri, gloss. 3.* Per relegationem autem licèt perpetua sit nemo civiliter mori dicitur, *leg. 3. ff. de public. judic.* Gloss. *in l. 2. ff. de pœnis*, & quando cum exilio amittuntur bona, tunc exul dicitur deportatus, *l. 1. l. relegati, l. relegatorum. ff. de interdictis & relegat.* Gloss. *ult. magistralis in §. cùm autem, Inst. it quibus modis jus patriæ potest. solvit.*

Deportatus non potest eligere, seu nominare, Gam. *de aram præstand. q. 6. n. 10.* Cald. *de nominat. q. 5. n. 4.* & an amittat jus adeundi? vide Bonacos. *p. 2.* verbo *deportatus.* Et in quo differat deportatus à relegato? vide Menoch. *de arbitr. libr. 2. casu 330.* Et de morte civili atque deportatis & damnatis in metallum, vide *l. 2. tit. 18. p. 4.* & ibi Gregor. Et differentiam inter deportationem ac exilium vide per Gloss. *in l. exul, ff. de interdictis & relegat.* Vincent. de Franch. *dec. 116.* Peregrin. *de jure fisci, pag. 115. n. 11.* Farin. *de delict. p. 1. libr. 1. tit. 3 q. 19. n. 15. & 16.* Et Ovid. *libr. 2 de Tristibus, eleg. 9. n. 7.* Quippe relegatus, non exul dicor ab illo.

Verbo Denuntiare, & Denuntiatio

DENUNTIARE vel querelare potest aliquis per procuratorem de crimine publico, ad hoc ut judex inquirat, nec in hoc casu locus est *l. pen. §. ad crimen, ff. de public. judic.* ita docet Innoc. *in cap. ex parte, in princip.* verbo *per interpositam, de testibus*, & sequuntur cum aliis Socin. *reg. 395. vers. primò fallit.* Felin. *in cap. meminimus, numero 18. de accusat.* Anton. Gabr. *lib. 7. de criminalibus, concl. 9. n. 4.*

Denuntiatio extrajudicialis ne quis emat, constituit aliquem in mala fide, Pinel. *in Auth. nisi tricenale, Cod. de bonis maternis, n. 16.*

Denuntiationes non sunt de substantia matrimonii, Barbos. *in collect. ad Concil. Trid. sess. 24. de reformat. matrimonii, cap. 1. num. 21 junctò num. 23. & 24.* ubi *à n. 70.* quæ sint causæ justæ ad dispensandum in denuntiationibus.

Verbo Depositarius, Depositio, & Depositum.

DEPOSITIO judicialis & pecuniæ consignatio solutionis vim habet, *l. 1. Cod. qui pot. in pign. habeant leg. nec creditores 10. Cod. de pignorat. act.* Barbos. *in l. si mora, à n. 82. ff. soluto matrim.* Castil. *lib. 3. qrotid. c. 15. à n. 33.* Neguzant. *de pignor. 3. p. 1. princip. memb. 31. n. 8.*

Depositum cum consignatione operatur, ut dicatur totalis, & plena liberatio, & pro tali habeatur, *leg. cùm hæres 4. in princip. ff. de statuliber. leg. obsignatione 9. Cod. de solut. l. acceptam 19. Cod. de usur. l. debitor 7. ff. eod. tit.* Tiraq. *de retract. lign. §. 2. gloss. 3. n. 6.* Neguzant. *ubi proximè*, Cardos. *in praxi judicum & advocat.* verbo *creditor, n. 48.* Barbos. *in d. l. si mora, n. 49. 55. & 83.* & operatur, ut dominium transferatur in creditorem, itaut si depositarius utatur pecunia deposita, furti teneatur, *l. si saccum 79. ff. de furtis*, Farin. *de delictis, p. 6. q. 268. n. 6. & q. 169. n. 2. & p. 4. consil. 99. n. 42.* cum aliis citatis per Barbos. *in remiss. ad Ordinat. libro 5. tit. 66. q. 8. n. 5.* quibus adde alterum Barbos. *in d. l. si mora, n. 86.*

Depositum, quod fit per juramentum partis ante liquidationem, ad effectum ut deponens habeat rem melioratam, fit de eo quod obscurius est, *l. aut liber ff. de statulib.* ubi probatur quod id quod certum est solvitur, & de eo quod obscurum est satisfatur, cujus satisfationis loco practica admisit depositum per juramentum partis, Gam. *dec. 4 n. 2. ad fin.* & explicat post alios Alciat. *cons. 450. n. 27. vers. sed quid si non appareat liquidò de expensis*, recenset latè alios Tiraq. *libro primo retract. §. 1. gloss. 19. n. 2.*

Depositum minùs integrum non relevat deponentem, Farin. *dec. 266 n. 2. in noviss.*

Depositarius nullâ potest uti compensatione, & in deposito non admittitur compensatio, Barbos. *in l. divortio, §. ob donationes, n. 6. ff. solut matrim.* & refert judicatum Phœb. *p. 1. dec. 89. à n. 1.* ubi 45. resolvit quod nec uti potest retentione pro expensis factis in re deposita.

Depositarius qui lucratus est cum pecunia apud se deposita, tenetur restituere lucrum deponenti. Bald. *in l. 1. Cod. pro socio, num. 31.* Surd. *consil. 391 num. 18.* Cur. Philip. *tom. 2. libro 2. cap. 2. n. 22.* Flor. *var. quæst. p. 1. libro 2. q. 22. §. 1. n. 163.* Contrarium resolvunt Sayr. *Clavis Regiæ lib. 10. tract. 5. cap. 1. n. 5.* Less. *de justit. lib. 2. cap. 27. dub. 2. num. 8.* Et qui lucratus est cum pecunia furto subtracta non tenetur restituere lucrum, Bejo *casuum conscient. p. 1. casu 42.* Sayr. *d. lib. 10. tract. 3. cap. 1. n. 3.* Et expendendo pecuniam depositam committit furtum, Farin. *p. 4. consil. 96. n. 42.*

Verbo Dignitas.

DIGNITAS quælibet habet sua insignia, nam Papæ imponitur phrygium, Imperatori Diadema, seu insula, Regi Corona, Episcopo Mitra, Archiepiscopo Pallium, Doctori biretum, Chassan. *in c. ta ogo gloriæ mundi, p. 1 considerat. 38.*

Dignitas duplicata plus tribuit, quàm una sola, Menoch. *consil. 302. n. 45.*

Dignitatis appellatione venit Canonicatus, largè vocabulo sumpto, Barbos. *de appellat. verbor. utriusque juris significat.* verbo *Dignitas 72. n. 10.*

Dignitates

Dignitates in Ecclesia Collegiata possunt provideri minoribus 22. annis,Barb. *in collect. ad Concil. Trident.sess.24.de matrim.c.12.n.16.*

Verbo DISPENSARE, DISPENSATIO, DISPENSATUS

DISPENSATIO est juris communis relaxatio cum causæ cognitione ab eo qui potestatem habet dispensandi,Gloss.*in c. requiritis, §. nisi vigor.*1 q.7. Rebuff. *in praxi,tit.de dispensat. num.* 1. *pag.*7 9.

Dispensatio sine causa facta non valet,& in ea requiritur citatio eorum quorum interest, Menoch. *consil.*181.*n.*19.Tiraquel.*in tract.res inter alios,p* 16 Molin. *de primog.lib.*2.*cap.*7.*num.*43. Cald. *forens. lib.*2. *quæst.*38.*num.*16.*& cons.*4. *numero* 24. *& numero* 38. Stephan.Gratian. *disceptat. forens. c.* 673. *num.*1.

Dispensatio quæcunque inferioris in lege Superioris absque causa legitima facta est irrita,Barbos. *in collect. ad Concil. Trident.sess.*25.*de reformat.*18. *num.*4.

Dispensare non potest Episcopus in irregularitate, vel suspensione proveniente ex delicto ad forũ contentiosum deducto, Barbos.*in collect.ad Concil.Trident.sess.*24.*de reformat.cap.*5.*n.*43.*cum sequentibus.*

Dispensare non potest Episcopus super Concilium.Guter.*Canon,quæst.cap.*5.*n.*10.*& de juram.confirmat.p.*1.*c.*51.*n.*24.Et dispensando Romanus pontifex super Concilio Universali,necesse est ut de illo faciat mentionem,aliàs gratia erit subrepitia,& nulla,quia jus conciliare videtur habere generalem clausulam prohibitionis,per id quod habetur *in cap.pende capellis monachor.& in cap. cùm dilecti,de elect.*resolvunt Benedict.Cæpra *cons.*157.*n.*10. Fr. Em. Roderic, *quæstion.Regular.tom.*1.*q.*8.*art.*10.

Dispensatus ad Ordines non censetur dispensatus ad beneficia Aloys. Ricc.*decis.Cur.Archiepiscop.Neapolit.p.*1.*dec.*95.

Dispensari debet cum literatis viris circa beneficiorum pluralitatem, Barbos. *ad cap.de multa* 28. *de præbendis, num.*15. ubi *n.*16.quod Ecclesia favet literatis, & amat sapientes,quibus regitur, & sustinetur.

Dispensatio vitiatur tacita copula occulta, Paul. Comitol. *respons.moral.lib.*1.*q.*104.

Dispensationes faciliùs concedi solent,ubi unicum obstat impedimentum.Aloys.Ricc.*decis.Cur. Archiepiscop. Neapolit.p.*1.*dec.*187.*n.*3.

Verbo DISPOSITIO, DISPOSITUM.

DISPOSITIO omnis intelligitur rebus sic stantibus, & in eodem statu permanentibus,*l. quod Servius,ff.de condit.ob causam,* Aloys.Ricc.*dec. Cur. Archiepiscopat.Neapolit.p.*2. *dec.*250. *in allegat. pum.*2. Mar Antonin. *var.lib.*1. *resolut.* 56. *num.* 2. Cardin.Tusc. *tom.*2.*lit.D.concl.*502. Joseph de Sesse *Aragon.dec.*187. *num.*23. Cardin. Seraphin. *Rota Rom.dec.*129.*num.*1.*&* 3. Ubi secus asserit in his quæ recipiunt augmentum & diminutionem. Et mutatione conditionis atque status variatur dispositio,*l. quæro,§.inter locatorem,ff.locati,l.continuus,§.cùm quis, ff.de verbor.obligat.l.si quis,ff.de solut.cap.quemadmodum,de jurejur.* Reynoso *observat.*7.*num.* 20. *& observat.*49.*num.*8. & speciatim in juramento constat ex Rota Rom: apud Farin,*dec.*51.*num.*3.*tom.*1. *p.*1. De clausula, *rebus sic stantibus*, vide latè Barb. cum ab eo citatis,*de clausul.usufrequent.clausul.*129. *n.*2.ubi docet quod hæc clausula regulariter intelligitur in quacunque dispositione,obligatione,& promissione vel pacto etiam juramento firmatis, & ibi citatis adde Martam *de clausulis, p.*1. *clausula* 127. *n* 1.*&* 2.*p.*3.*clausula* 73.

Dispositio omnis intelligitur ut conveniat naturæ actus qui celebratur,Surd *de alim.tit.*5.*q.*1.*n.*4. Cardin Tusch. *tom.*2 *lit.D,concl.*503.

Dispositio non habet locum,ubi verba non conveniunt dispositioni,*l.*4.*§. toties ff.de damno infecto,l. quod constitutum,ff.de milit.testam.* Cardin.Tusch.*t.*2. *lit.D,concl.*493 Brunor.à Sole *in locis commun.* verbo *dispositio* 16. Reynoso *observat.*7.*n.*26.

Dispositio regulatur secundùm jus vigens tempore dispositionis,Avend.*l.*40.*Tauri,glos.*1.*n.*28.

Dispositione principali nulla existente, quæcunque sibi accessoria vitiantur, Brunor.à Sole *in locis commun.* Verbo *dispositio,n* 22.

Dispositio non debet esse elusoria,*l,si prætor.ff. de judic.l.fin.ff.ne quid in loco publico.*

Dispositio ne reddatur superflua, interpretatio est sumenda, Crav. *consil.*35. *n.*25. Surd. *cons.*29.*n.* 13. *& cons.*71. *v.*3. quos adducit Mar. Antonin. *var. lib* 1.*resolut.*18.*n.*13.

Dispositio aliquid supponens non verificatur, nisi in casu in quo verificatur præsuppositum,Joseph.de Sesse *Aragon.dec.*160.*num.*24.disponens & dispositum sub eodem genere non compatiuntur,*l.fin.ff.de fundo instructo.*

Dispositio loquens in casu vero, extenditur etiam ad casum fictum,*l.Gallus,§.& quid si tantùm.ff.de l. & post.l.*1.*§.lex Falcidia,ff. ad leg. Falcid.* quando casus verus & fictus æquiparantur,Seraphin, *de privileg.juram.privil.*74.*n.*115.

Dispositio una & eadem non debet diverso jure censeri. Joseph.de Sesse *Aragon.dec.*187.*n.*24.

Dispositio omnis inspicitur,& interpretatur prout verba diriguntur,Card.Tusch.*tom.*2.*lit.D,concl.*497.

Dispositio omnis intelligitur de prima, & unica vice, *l.boves,§.hoc sermone,* & ibi Doct. præsertim Tiraquel. *ff.de verbor.significat.*Surd. *consil.*18. *n.*9. Azor.*instit.moral.lib.*5.*cap.*23.*quæst.*5.Cardin.Tusch *tom.*2.*lit.D,concl.*499.Gabr.*lib.*6.*commun. opin. tit. de legibus,concl.*2. Armendariz *in proœm.ad lib.recopilat.legum Navarræ,n.*169. Mar. Antonin,*var.lib.*1. *resolut.*74.*n.*4. Rota Rom.apud Farin. *dec* 423.*n.* 4. *om.*1.*p.*1.

Dispositio omnis simpliciter prolata intelligitur, & ampliatur,ac restringitur secundùm jus commune, ut per Cardin Tusch. *tom.*2.*lit. D, conclus.*501 Tiraquel. *in tract.le mort,p.*2.*declarat.* 2. *numero* 2. Valasc. *consult.*42.*n.*7.Barbos.*in l.* 1.*ff.so uto matrim. p.*1.*n.*61.

Dispositio omnis semper intelligi debet de actu valido,*l.*1.*§.hæc verba,ff.quod quisque juris, l.* 4. *§. docere,ff.ne quis eum qui, l.cognitionis,ff.de pœnis,l.*4. *§.condemnatum,ff.de re jud.l.fin.ff.de adulter.cap.fin.de sponsal.cap.perpetuæ,de elect.lib.sexto,* Cardin.Tusch *tom.*2.*lit: D.concl.*504.

Dispositio omnis intelligi debet de habili, *leg.*1. ubi gloss.*Cod.de Sacrosanct Eccles.*Seraphin.*de privi. leg. juram.privil.*77.*n.*68.Cardin.Tusch.*tom.*2.*lit.* D, *conc.*505.& recipit restrictionem de habilitate,Bart. *in Auth.de nuptiis,n.*2.*collat.*4.Armendariz *in proœm addit.ad recopilat.legum Navarræ,n.*38. Mar. Antonin. *var. libro* 2.*resol.*40. *num.quinto,* ubi secus asserit in contractibus.

Dispositio redigitur semper ad actum possibilem, & licitum.Brunor.à Sole *in locis commun.* verbo *dispositio,n.*20. Seraphin.*de privil.juram privil.*177.*n.*9 & non refertur ad casum impossibilem,*l.si quis sub tenditione,ff.de condit.instit.* Et dispositio simpliciter facta

facta intelligitur facta eo casu, quo de jure fieri potest, *l. Gallus, §. quidam rectè,* & ibi Jas. *in 2. not ab. ff. de liber. & posthum.*

Dispositio generalis generaliter est intelligenda, Card Tusch. *tom. 2. lit. D. concl. 488.* Et comprehendit omnes casus, etiam quod in uno sit major ratio quàm in alio, *l. 1. §. quod autem, ff. de aleator. l. in fraudem, in fin.* & ibi Bald. *ff. de testam. milit.* Aym. *cons. 92. n. 4.* Non extenditur ad incogitata *l. cùm Aquiliana, ff de transact. l. Paulus, §. Pomponius, ff. de legat. 3.* Roman. *cons. 294. incip. hac confessio, circa finem.*

Dispositio generalis restringitur ex ratione particulari, *l. cùm pater, §. dulcissimis, ff. de leg. 2. l. si de certa re, C. de transact.* Gironda *de privilegiorum seu exempt. explicat. num. 277.* Et non comprehendit casum specialiter, diffinitum, *l. doli clausula, ff. de verbor. oblig. l. cùm in testamento, §. fin. de hæred. instit. l. servo manumisso ff. de peculio legato.*

Dispositio generalis non comprehendit id, de quo in specie disponi non potest, *l. Lucius, §. pen. ff. ad municipal.* Marta *de jurisdict. p. 4. cent. 1. casu 6. num. 21.*

Dispositio generalis non comprehendit casus in specie privilegiatos, & privilegiati non comprehenduntur sub lege generali, *l. ult. Cod. de jure dotium, l. unic. §. si quæ verò, Cod. de Justin. Cod. confirm. l. 3. Cod. de silentiariis, lib. 12.* & ibi notat gloss. 1. Tiraquel. *de præscript. gloss. 11. pag. 124.* Menchac. *illustr. cap. 45. numero secundo, & cap. 84. n. 24. & cap. 103. numero quinto,* Menoch. *consil. 183. n. 1.* Cened. *ad Sextum, collect. 14. n. 5.* Surd. *dec. 160. n. 1. & dec. 323. n. 6.* Marta *de jurisdict. p. 4. cent. 1. casu 6. n. 17.*

Dispositio limitata limitatum parit effectum, Cardin. Seraphin. *Rotæ Rom. dec. 911. n. 2.* Et dispositio limitata non extenditur, Cardin. Tusch. *tom. 2. lit. D. concl. 494* Extenditur tamen secundùm limites adjectæ rationis, *l. nomen. §. fin. ff. de legat. 3. l. regula, §. fin. ff. de juris, & facti ignorantia.*

Dispositio specialis derogat generali, *l. Titia 2. §. pen. ff. de legat. 2.*

Dispositio legis & hominis æquiparantur, *l. si in testamento, in fine, ff. de vulgari.* Dispositio hominis non æquè facilè extenditur, ac dispositio legis, *c. susceptum, de rescriptis in sexto. cap. illis, de prob. eod. lib. 1.* Dispositio legis faciliùs tollitur, quàm hominis, Joseph. de Sesse *Aragon. dec 74. n. 51.*

Dispositio extenditur ad id quod est sequens, *l. quicumque, §. non tamen, & §. usque adeo, ff. commodati, l. nomen, in princip. ff. de legat. 3.*

Dispositio non operatur ultra intentionem disponentis, *l. non omnis, ff. si cert. pet.* Reynos. *observat. 68. num. 24.*

Dispositio omnis judicatur ab intentione, qua motus est disponens, *l. si quis nec causam, in princip.* ubi Bald. *ff. si cert. pet.* Reynos. *observat. 72. numero 18.*

Dispositio quælibet restringitur secundùm suam causam, *l. cùm pater, §. dulcissimis, ff. de legat. 2.* Surd. *de alim. tit. 9. q. 43. n. 9 cum sequentibus,* Stephan. Gratian. *disceptat. forens. cap. 658. n. 39.*

Dispositio quælibet restringitur ad terminos rationis, Surd *de alim. tit. 4. q. 17. n. 12. & dec. 19. n. 5.*

Dispositio includit ea quæ sunt ejusdem rationis, tanquam expressa propriè, Reynos. *observat. 51. n. 17.*

Dispositio quælibet intelligitur de præsentibus, non autem de futuris, *l. si ita legatum, ff. de auro & argento legato,* Reynoso *observat. 41. n. 17.* Aloys. Ricc. *decis. Cur. Archiepiscopat. Neapolit. p. 2. dec. 250. n. 1.* Et futura non veniunt in dispositione hominis, *l. si in lege, ff. de contrah. empt. l. si stipulatus fuerim, §. ult. ff. de verbor. obligat. l. verbum oportere, ff. de verborum significat.* Reinoso *observat. 41. n. 22.*

Dispositione in omni voluntas, & potestas requiritur. Stephan. Gratian. *disceptat. for. cap. 531. n. 93.*

Dispositione in omni semper videtur excepta persona loquentis, *l. si inquisitio, Cod. de solution.*

Dispositionem non mutant quæ secundariò, & in consequentiam veniunt, *leg. ff. de auctorit. tutor.*

Dispositio facta per nomina propria non extenditur ad alias personas, Surd. *de alim. tit. 9. quæst. 13. num. 25.*

Dispositum in principali censetur etiam dispositum in dependentibus Seraphin. *de privileg. juramenti, privil. n. 14. n. 184.*

Dispositum in uno ex æquiparatis, etiam in altero militat, quamvis materia sit exorbitans, gloss. *pen. in cap. si postquam, §. ult. de elect. libro sexto,* Reynoso *observat. 44 n. 3. & observat. 70. n. 51.*

Verbo DISTRIBUTIONES.

DISTRIBUTIONES quotidianæ non computantur in valore beneficii, nec augent corpus præbendæ, nec sunt de corpore beneficii, nec sunt fructus, ex quo dantur ratione operæ personalis, Paris. *cons. 33. num. 4 vol. 4.* Cald. *consil. 14. n. 1. vers. sic etiam,* Rebuf. *in tract. congruæ portionis, n. 86. & de nominat. quæst. 9. num. 38. & 39.* Put. *p. 1. dec. 239. & p. 2. dec. 464. & p. 3. dec. 211.* Gonzal. *ad reg. 8. Cancel. §. 7. proœm. num. 153. cum sequentibus, & num. 162.* Barbos. *in collect. ad cap. licet 32. num. 3. de præbend. & de Canonic. cap. 21. num. 6.* Fr. Emman. Roderic. *tom. 3. qq. Regular. quæst. 74. art. 4.* Cov. *libro 3. var. cap. 13. numero 11.* Valdes. ad Soar. *p. 2. q. 28.* cuter *consil. 5. num. 2.* Flamin. *de resignat. lib. 6 quæst. 2. numero 30.* Et in anniversariis tradit Stephan. Gratian *disceptat. forens. cap. 399. numero 22.* Et redditus, proventus & emolumenta in literis Apost. apponi solita quid significent? Vide Gonzal. *d. §. 7. proœm. n. 189 cum sequentibus.* De stylo Curiæ fructus Canonicatus exprimuntur 24. licèt reserventur pensiones longè majoris valoris, & etiamsi sit valor centum, Rebuf *in reg. de union. gloss. 7.* Gom. *de exprimendo valore benefic. q. 3.* prout de stylo attestatur Aragon. *dec. 38. Calegurit,* tradit Flamin. *d. lib 6. q. 1 n. 51.* ubi *num. 52.* quod Canonicatus Toletani exprimuntur 24. & in eis imponitur pensio 300. & 400. & plus, & idem observatur in Canonicatibus Sancti Petri in urbe, quia quando exprimitur plusquam 24. solvitur annata, secus verò non. Idem etiam resolvit Gonzal. *d. §. 7. proœm. à n. 166.* Literæ Apostolicæ plerumque faciunt mentionem de communi valore, & æstimatione, qui est attendendus *l. pretia rerum, 3. fin. ff. ad leg. Falcid* Rebuf. *d. quæst. 9. num. 37.* Et sinon exprimatur, gratia est subreptitia, Cald. *consil. 26. num. 9.* In valore exprimendo fructus non intelleguntur deducta pensione, quæ est onus temporale, sed deductis oneribus perpetuis, Put. *p. 3. dec. 202.* Et fructus intelliguntur in loco beneficii, & non deductis cambiis pro transmutanda pecunia in alium locum; idem *d. p. 3. decis. 211.* Rebuf. *d. q. 9. n. 42.* Materia expressionis veri valoris est difficilis probationis, in quo probando plures deficiunt, Gom. *ad reg. de valore exprimendo in impetratione beneficii, q. 11* ubi etiam asserit, quod in supplicationibus ponitur illa clausula, *Augendi, & minuendi usque ad verum valorem propter magnam difficultatem purificandi incontinenti verum valorem.* Et valor attendendus est, ac probandus per decem annos ante gratiam, ut pluries decidisse Rotam refert Garc. *de benefic p. 5. cap. 3. num. 228. cum sequentibus,* Aloys. Ricc. *in collect. decis. p. 5. collect. 1669.*

Distributiones quotidianæ sunt quodam modo loco alimentorum, unde & victualia dicuntur *in cap.*

de

de cætero,de cleric.non resident.& c.unic.eod.tit. libro sexto, quasi ad victum quotidianum dentur, Monet. *de distribut. quotid. p.1.q.2.n.4 & 5.*

Distributiones ut lucrati possint, requiritur residentia,& assistentia in choro,*cap. unic. de cleric. non resident.in sexto*,Concil.Trident. *sess.24.de reformat. cap.12.* Et non satis est præsentes in choro solùm adesse, sed requiritur aliqualis attentio, saltem ad verba, scilicet quod attentione quadam saltem externa corporis sint assistentes, Cened.*pract.quæst.2. num.10.*

Distributiones quotidianas ut lucrentur Canonici, tenentur ad cantandam Missam conventualem Barbos.*de Canonicis, cap.34.n.1.* ubi *c.31. num.4.* asserit statutum, quod Canonici possint inservire per substitutos, vel alternatim unus pro alio, non esse attendendum.

Distributiones quotidianæ debentur ex constitutione aliquarum Ecclesiarum Clericis, si ob celebrandam Missam, vel audiendam confessionem,vel ad associandum Corpus Domini, dum ad infirmos ducitur, fuerunt occupati, Cened. *pract quæst. 1. num.76.* ubi *num.seq.* quod debentur absenti, si per alium inserviat Ecclesiæ, & assistat horis canonicis, si de hoc sit consuetudo immemorialis; *& num.78.* quod non debentur clericis peregrinantibus, sive ex devotione, sive ex voto.

Distributiones quotidianæ debentur Lectori Theologo ex gratia pro tota die quâ legit, Barbos. *in collect.ad Concil.Trident.sess.5.de reformat.cap.1.n.34.& de Canonic.c.24.n.7.*

Distributiones quotidianas lucratur in absentia, qui privilegium habet à Summo Pontifice, Cened. *d.quæst.1.n.26* ubi *num.41.* agit de consuetudine,ut mortuo Canonico ejus hæredibus dentur fructus,& distributiones primi anni.

Distributiones quotidianæ, aliique redditus Ecclesiastici obligari non possunt pro debito, Monet. *de distribut.quotid.p.1.quæst.9.num.61.* ubi *num.62. cum sequentibus*, quod distributionum sequestratio, & adjudicatio creditori ita fieri debet, ne clericus egeat.

Distributiones tunc demùm consequi debet infirmus,quando præsens est in loco, ubi est Ecclesia, vel si extra illam absens ex legitima causa infirmus sit,vide Guter. *Canon. ib.1.cap.1.numero 134.*Sayr.*de censur,lib.2.cap.5.numero 27.*Monet.*de distribut.quotidian.p.2.q.6.a n.1. juncto n.19.* ubi indistinctè resolvit, quod infirmus etiam dum abest à civitate, percipere debet distributionesquotidianas,de quibus & aliis causis etiam agit Barbos. *de offic. & potest. Episcopi,p.3.allegat.53.n.166.cum sequentibus, & in collect.ad Concil.Trident.sess.24.de reformat. cap. 12. n.10;cum sequentibus, & de Canonicis, c. 24. n. 27. cum sequentibus.*

Distributiones quotidianas amittunt juste excommunicati, suspensi, & interdicti. Barbos.*de Canonicis,cap.22.n.2.*

Distributiones debentur etiam detento in carceribus,non tamen ob propriam culpam,usque ad primam sententiam: quod si condemnatus appellet, interim eas non percipiet,sed si in secunda instantia obtinuerit, omnia recuperat. Stephan. Gratian. *disceptat.forens.cap.591.à num.34.tom.3.*Barbos.*d. allegat.53.num.178.& d.sess.24.de reformat.cap.12.n.119* Suar. *de censur.disp.13.sect.2. à num 12.* Monet. *d. p.2. quæst.5. n.80.* Garc. *de benefic.p.3.cap.2. n. 362.* Et carceratus injustè lucratur distributiones, si veniat absolvendus, idem Barbos.*dicto tract.de Canonicis,c.24.n.42.*

Verbo DIVISIO.

DIVISIO habet vicem emptionis & venditionis, *l.1.Cod.communia utriusque judicii*, Dec. *consil.88.num.4.* Alexand *consil.46.vol.1.* Gam. *decis.242. num.6.* est enim alienatio, *l.1.ff.de fundo dotali,l.cùm pater § hæreditatem.ff.de legat.2.*Dyn Bald. & Alberic.*in l.si pupillorum,ff.de rebus eorum*,Cephal *consil.152.c.72.& cons.196.n.26.lib.2.*Menoch.*de arbitr.lib.2.casu 171.n.35.*

Divisio habet vim permutationis Tiraquel *de retract.lig §.32.glos.1.n.88.*

Divisio fundi non potest præjudicare creditori in suo jure reali,*l.si consensi,§.fin.ff.quibus mod.pign.* Surd. *dec.32.n.7.* Cald.*de extinct.emphyt.cap.3.n.35.* Cur.Philipp. *p.2.§.10.n.4 ad finem.*

Divisione habet locum evictio, Valdes.ad Soar. *pag 9.* Rebuf.*in tract.except.n.955.*Surd *consi.311. num.16* Valasc. *de partit.cap.37.* Bernard. Græv. *in pract. Cam Imper.lib.2.concl.139.considerat.1.* Cald. *de empt.c.31.n.9.*

Divisione facta inter hæredes, si in partitionibus dantur aliqua prædia alicui hæredi; qui scit conditionem illorum, si ita acceptat, non tenentur cæteri fratres de evictione, *leg. si fratres, Cod. communia utriusque jud.*& ita intelligunt omnes scribentes ibi, Bart. & latè notavit Bald. Salicet. Paul. & omnes, *in l.si familiæ, Cod.familiæ herciscundæ* ubi Gloss. verbo *pro parte, post medium*: quæ resolvit quod nec ad pretium rei habebit hæres, cui fuit ablata, actionem aliquam contra cohæredes, faciendo in hoc differentiam inter divisionem, & venditionem, de qua loquitur tex. *in l.emptorem, ad finem, ff. de action. empti.* Cæterùm tex. *in d.l.si fratres, vers. tantùm*, ait non procedere quando extitit promissio de evictione, quia tunc tenentur cohæredes, quamvis hæres sciret obligatam esse rem, quæ illi fuit adjudicata.& videndus est text.*in d.l.si fratres,vers.nam si fundi*, Tiraq.*lib.1.retract.§.12.glos.1.n.7.*] Et ad tex. *in l.emptorem, §. fin.ff. de action. empt.* respondet Gloss.*d.l.si familiæ*,quæ facit differentiam inter judicium familiæ herciscundæ,ubi uterque hæres suscipit rei eventum,& casum emptionis & venditionis, ubi solus emptor, & est communis ex Ripa *in l.qui Romæ,§ duo fratres,n.100.ff.de verbor.obligat.* Padill. *in l.si pro fundo,n.5. Cod. de transact.*& sicut potest auferri facultas, ita etiam remanere potest, & multùm lucrari;siquidem cùm pariter succedere possit commodum & damnum,debet cessare querimonia,juxta notata *in l.fideicommisso,Cod.de transact.* Et de re quæ manet ind. visibilis, debet habere hæres suam portionem cum fructibus,& redditibus à tempore mortis defuncti,de cujus bonis agitur,ut singularem probat *l.1.familiæ,ff.familiæ herciscundæ l.2.Cod quando,& quibus quarta pars debeatur l.10. tempestivum, §. fructus, ff.de petit hæredit.* Afflict *dec.240.*

Verbo DOCTOR, DOCTORARI, DOCTORATUS.

DOCTORUM laudes refert Guillelm. *in cap. Raymuntius 16. verbo matrem, num.8. de testam.* Rebuf.*in Auth.habita Cod.ne filius pro patre p.588.* Stephan.Gratian.*disceptat.forens.cap.186.* Quid in Doctore creato à Regevel Imperatore,vide eundem Rebuf. *in tract.nominat.quæst.11.num.19.* Gonzal. *ad reg.8.Cancel.§.3.glos.n.115.* Et de Doctore creato à Principe vel à Papa vide Gratian. *dicto cap. 186. num 75.* ubi omnes resolvunt, quod sunt præferendi creatis ab inferioribus.

Doctor dicitur in dignitate constitutus,& doctoratus est dignitas, *cap.quanto 3.de magistris*, ubi Barbos. *num.2.* Menoch. *cons.* 126.*n.*7. Cardos. *in praxi judic. in & advocat.* verbo *dignitas,n.6.*

Doctores possunt ferre annulos, Barb. *ad cap. Clerici 15.n.14.de vita & honest. clericor.*

Doctorari potest minor 25.annorum, Menoch. *de arbitr.lib. 2 casu 417.num.18.*

Doctores debent connumerari inter nobiles, Ordinat. *lib.3.tit.29. & tit.59.§.15* Guid. pap. *dec.88.* Som. *l.83. Tanti, à num.* 16. latè Garc. *de nobilitat. gloss.48.§.3.num.* 72. Duen. *reg.55.limit.7.* Garc. Falcon. *reg.145.* Aloys. Ricc *decis. Cur. Archiepisc. Neapolit.p.1.decis.216.num.11. & in praxi rerum fori Ecclesiast.decis.588. num. 5.* ubi quod idem procedit in filiis, & *p.2. decis.93.num.5.& 6.*

Doctores quasi radii solis appellantur, *c.si quis 1. quæst.7.*& sicut luminaria splendere dicuntur, *cap.2. de reliquiis, & venerat.sanctorum.* Barbos. *ad cap.fin. de magistris*, Gonzal. *ad reg.8.Cancel.gloss.4.n.5.*

Doctorari qui juravit nullibi, quam Conimbricæ, intelligitur rebus sic stantibus, Jas. *in l.quod Servius, num.10.ff.de condict.ob causam*, Hyppolit. *in l.1.§.ult. num.28.ff.de quæst.*Menoch. *de arbitr.lib.2.casu.* 371. *num.* 17. Mascard. *de probat. concl.* 416.*n.* 26. Alciat *de præsumpt. reg. 2. præsumpt. 16. num. 7.* Rebuff. *de privilegiis scholar. privil.76.*

Doctor creatus examine rigoroso, præfertur illi, qui sine examine fuit creatus, Næv. *ad l.1.ff de creatis ab ordine faciendis, n. 2. & in l. administrantes 42. num 3.ff.de excusat.tutor.*Menoch *cons.*126.*n.*18.

Doctoratus posteriùs, qui prior fuerat licentiatus, non est præferendus Doctori facto priùs. Gonzal. *ad reg.8.Cancel.§. 3.proœm.num.34.*

Doctor utriusque juris præfertur Doctori in uno jure, ex Menoch. *cons.* 126. *num.* 11. & consequitur maximam dignitatem. Rice. *in praxi rerum fori Ecclesiast.decis.* 588. *num.* 6. Et doctor Theologus præfertur Doctori juris Canonici, Rebuff. *in tract. nominat.q.* 21.*n.* 40. *cum sequentibus.* Et Doctor præfertur militi, Næv. *in l.1.C.de professor qui in urbe Constantinop.lib.12.num.10.*Bobadil. *in Polit.l.1.cap.10.n.42.* Stephan. Gratian. *disceptat.forens.cap.111 num.84.* Et miles atque Doctor præfertur Doctori tantùm & militi, Menoch. *de cons.126 num.12*

Doctor in collatione beneficii, vel in receptione Ordinum examinandus non est, ex quo notus promoveri potest absque examine, Barbos. *ad cap.de Petro, num 1 dist.* 47. ubi *num.* 2. limitat in collatione parochialium : quam limitationem etiam probat idem *in collect.ad Concil.Trident.sess.7 de Sacram.Confirm.cap.13.num.18.*

Doctor indoctus non gaudet privilegiis doctorum, Rebuff. *in tract.nominat.q.21.num.11.* Stephan. Grat. *disceptat. forens. ap.186 n.29.*

Doctorum appellatione continentur Magistri Artium, & illorum privilegiis gaudent, ut per Joan. Martin. à Cotta *in addit.ad tract. libellor. annot. 54. num.7.cum multis seqq.*ubi hoc latè juribus, & exemplis confirmat, de quibus vide Barbos. *in collect. ad Clem.2. de magistris.*

Doctorum appellatione veniunt licentiati in favorabilibus, & gaudent eorum privilegio, text *in l.nem. ff. de militari testam.* Felin *in proœmio Decretalium, num* 18. Tiraq. *post leges connubial. glos.2.à n.2.* Garc *de nobilit.glos.* 48.*n.3.num.75.*Sanch. *de matrim. lib.8.disput.34.n.8.*

Doctorum privilegio gaudent advocati consistoriales Curiæ, & domus supplicationis, Joan.Martin.à Cotta *in addit. ad tract. libellor. annot.* 54. *n.1.* Idem procedit in advocatis Curiæ Portugalensis, quia eo jure utuntur, ut habetur in regimine dictæ Curiæ, *§.6.*

Doctor pro debito civili minimè potest carcerari Farin. *in praxi crim.tom. 1.tit.4.de carceribus & carceratis.q. 27. à num.77* ubi *à num.* 84. quod non potest renuntiare huic privilegio etiam cum juramento, cùm inductum sit favore publico, & ut doctoratus dignitas præservetur.

Doctorum auctoritas multùm potest, etsi non adsit lex Surd. *de alim. tit. 1.q.44.n.14 & decis. 56.n.8. & decis. 229. num.* 35. Et non est curandum de eo quod Doctores perfunctoriè dicunt, ut per eundem *decis.*258.*num.*9.Gonzal. *ad reg.8.Cancel. glos.5.§.8. num.* 56.

Doctoris opinio facit habere justam causam litigandi, ut quis excusetur à condemnatione expensarum, Menoch. *de arbitr. lib. 2.casu* 177. *a num.*4. Et de viro bono, & integræ opinionis, vide Cot. *in memorab.* verbo *legalitas,pag.*513.Et de communi opinione vide Surd. *decis.*58.*num.*9.Reb. *in Authent. habita, Cod. ne filius pro patre*, verbo *examinatione, vers.sexum, pag.*579. Et opinionem communem faciunt septem Doctores, Gratian. *discept.forens.c.*140. *num.* 15.

Doctori multùm prodest in practica invenire decisionem in terminis, & est doctissimi Doctoris : & respondere per regulas generales, est Doctoris positivi, & pauperis. Cosm *in pragm. tit.de pacif. possess. §.Ordinarii, fol.*83.*verso, in fine.*Vide tamen Valasc. *tom.1.alleg.*12.*num.*17 Gonzal *ad reg.8.Cancel. §.4. proœm. num.* 40. *cum seqq.* Bernard. Græv. *in proœm. pract. Cam. Imper. num.* 122. *cum seqq.* Grat. *discept. forens.cap.*335.*num.*20 Mantic. *de tacit.& ambig.convent.tom.1.lib.4.tit.1.n.*1.

Doctori aliquid asserenti in consiliis, magis est credendum in lecturis. Flamin. *de resignat. tom. 2. lib.*11.*q.*10.*num.* 21. Et quæ dicatur opinio probabilis, vide Garc. *de benefic.p.*11.*cap.*5.*n.*363.Et illa opinio est sequenda quæ favet animæ, Phœb. *decis.*1.*ad fin.* Item opiniones Doctorum faciunt rem ambiguam, Soar. *allegat.* 25. *num.*6.

Verbo Dolus.

DOLVS est delictum ; *l.*1.§. *nunc tractemus, ff. de vi, vel*, Flamin. *de resignat. lib.* 13.*q.*3.*n.*5.

Dolus ubi non adest, ibi non est delictum pœnâ dignum, Menoch. *cons.*28. .13.Hinc falsum sine dolo non committitur, Cotta *in memorab.* verbo *perjurium.pag.*68 ;.Menoch. *de arbitr. lib.*2 *casu* 194.*n.*58. *& casu* 309 Masc. *de probat.concl.*739.*n.*12. Decian. *tract.crimin.lib.6.cap.*11.*n.*14. Cened. *ad Decretum, collect.*139. 6.Campan. *in diversi. Iuris Canon rub.*11 *cap.*28 *n.*5. ubi asserit, quod non sufficit quilibet dolus, sed ille tantùm qui sit in lege expressus, per Menoch *cons.* 221.*n.* 15. & quod nec præsumptus satis erit, sed verus dumtaxat, per *l.nec exemplum, Cod.de falsi*, Hier.Gab. *cons.*169.*n.*16.*cum seqq.*

Dolus suus nemini patrocinari debet, Farin. *de delict.p.*1.*lib.* 1.*tit.*4.*q.*31.*n.*155.

Dolus non præsumitur nisi probetur, *l. quoties, §.qui dolo, ff.de probat.* Surd. *de alim. tit.* 4.*quæst.*15. *num.* 51. cum aliis apud Barb. *in addit. ad cap. super literis* 20. *num.* 19. *de rescr.* Et dolo & fraude, vide multa per Flamin *de resignat.lib.*13.*quæst.*3.*&* 4. ubi *num.*22.quod ex actu qui non prodest facienti, oritur conjectura fraudis: & *num.*13 quod ex minis arguitur fraus, & *num.*24.quod actus factus clam arguit fraudem, & *num.*25 quod actus vicini arguunt fraudem,& *num.*27. quod in fraude judicanda est inspicienda qualitas personæ, & *num.*28. quod fraus ex verosimili colligitur.

Dolus præsumitur ex brevitate temporis Masc.

de

de probat. concl. 531. *n.* 123. Flamin. *d. q.* 4. *n.* 26. Farin. *de delict. is,* p. 7. *in fragment. lit. D, n.* 58.

Dolus præsumitur in eo qui facit quod tenetur non facere, *l. si procuratorem,* §. *dolo, ff. mandati,* Menoch. *de præsumpt. lib.* 3. *q.* 55. *n.* 19. Et in faciente rem prohibitam à lege semper præsumitur dolus, & malus animus, *l.* 1 *Cod. de sicar.* Paris. *cons.* 52. *num.* 33. & *cons.* 78. *n.* 16. *cum seq. vol.* 4. latè Mascard. *de probat. concl.* 495. *numero* 4. & *conc.* 531. *numero* 50. & 102. Farin. *de delict. quæst.* 18. *n.* 71. & *p.* 3. *quæst.* 89. *n.* 77. *cum seqq.*

Dolo facere præsumitur qui fecit quod facere non debuit, *l. tutor qui repertorium, ff. de administrat. tutor l. dolo, ff. ad leg. Falcid.* Menoch. *cons.* 98. *n.* 30. Surd *cons.* 12. *n.* 71. Farin. *dicta q.* 89. *n.* 92. & *p.* 4. *cons.* 60. *n.* 10. ubi additio *lit. I.*

Dolus præteritus aut futurus quando videatur remissus? vide latè Farin. *de delict. p.* 7. *fragment. crimin. lit. D, n.* 147.

Dolum dolo repellere licet. Næv. *ad l.* 1. *Cod. de navibus non excusandis, lib.* 11.

Dolo facit qui petit quod restituere tenetur, *cap dolo facit* 59. *de regul. juris. lib. sexto*, Cardos. *in praxi judicum & advocator*, verbo *dolus, n.* 8. Duen. *reg.* 290. Menoch. *de præsumpt. lib.* 5. *q.* 3. *n.* 88. Mascard, *de probat. conc.* 531. *n* 81. Limita in remedio recuperandæ possessionis. Petr. Barbos. *ad l.* 2. *n.* 292. *Cod. de præscript.*, 30. *vel* 40. *an.*

Dolus præponderat culpæ, *l. item si obstetrix*, §. *fin. ff. ad leg. aquil.* Card Tusch. *tom.* 2. *lit. D, concl.* 379 ubi *n.* 2. declarat procedere in civilibus, secus in criminalibus, quia dolus unius non tollit dolum, vel culpam alterius, & *n.* 3. restringit, quia dolus & culpa unius circa unum factum numquam tollit, vel præponderat dolum, vel factum alterius circa diversum factum.

Dolus in muliere levior sufficit, propter sexus fragilitatem, Auth. *ut immobilia ante nuptias donat.* ibi: Mulier quippe mariti seductionibus facilè decepta propria negliget jura, *collat.* 5. Dec. *cons.* 60. *n.* 7. & *cons.* 205. *n.* 5. Mol. in. *de primogenit.* 3. *n.* 17. *in fine.*

Verbo DOMICILIUM.

DOMICILIUM quomodo definiatur, & quot sint ejus species? vide Abb. *in c. ult. n.* 9. *de paroc.* plures ut per Tiraq. *de retract. l.* 1. §. 36. *glos.* 3. *n.* 6. Roland. *cons.* 79. *n.* 53. *lib.* 3. Viv. *tom.* 2. *opin.* 89. Rebuff. *tom.* 3. *ad leges Gallia, tract. de domiciliis electi n.* 6. & *in l. pupillus*, §. *in ola, ff. de verbor. significat.* Menoch. *de arbitr. lib.* 2. *casu* 86. *a num.* 1 & *de præsumpt. lib.* 6. *præsumpt.* 42. *n.* 2 Mascard. *de probat. concl.* 335. *n.* 13 Decian. *in tract. crimin. lib.* 4. *cap* 16. *n.* 8. Sanch. *de matrim. lib.* 3. *disp.* 23. *à principio*, Surd. *cons.* 313. *n.* 71. Farin. *lib.* 1. *cons.* 85. *n.* 168. Valasc. *cons.* 175. *n.* 17. *tom.* 2. ubi quod domicilium potest pro libito mutari & constitui.

Domicilium ex sola decennii habitatione an præsumatur contrahi? vide Paris. *cons.* 12. *à n.* 20. *lib.* 3. & alios supracitatos, qui resolvunt non esse opus ad domicilium contrahendum decennio habitasse, sed statim ac quis incipit habitare animo perpetuò ibi manendi, acquirit domicilium, quod non solùm animo, sed & facto constituitur.

Domicilium originis est immutabile, *l. assumptio, ff. ad municipal.* Navar. *comment. 2. de Regular. n.* 34. Sanch. *de matrim. lib.* 3. *disp.* 23. *n.* 4. ubi *n.* 2. quod re & facto transfertur, per *l. domicilium, ff. ad municipal.* Et qui natus est per transitum in aliqua civitate, dicitur civis originarius illius loci, Stephan. Gratian. *discept. forens. cap.* 75.

Auguſt. Barboſæ Repertor.

Verbo DOMINIUM, DOMINUS.

DOMINIUM quo pacto probetur? vide Boër. *dec.* 42. *num.* 29. Cald. *de empt. c.* 21. *n.* 24. Stephan. Gratian. *discept. forens. c.* 293. *à n.* 11. & *c.* 526. *n.* 22. *cum sequentibus*, & *cap.* 678. *n.* 7. Surd. *dec.* 22. *num.* 5. Mascard. *de probat. concl.* 535. Menoch *de arbitr. lib.* 2. *casu* 42. & *cons.* 361. *num.* 12. *cum sequentibus*, ubi etiam asserunt, quod est difficilis probationis. Et in antiquis probatur per famam, Gloss. *in l. aiqui naturæ*, §. *cùm me absente*, verbo *committat, ff. de negotiis gestis*, Boër. *ubi proximè*, *n.* 3. Menoch. *consil.* 191. *n.* 63. & *cons.* 395. *n.* 36. Mascard. *concl.* 396. *n.* 3. & *cons.* 546. Gam. *decis.* 88. & *decis.* 290. *n.* 1. Barbos. *in l. alienam*, *n.* 86. *ff. soluto matrim.* Sesse *Aragon. dec.* 191 *num.* 24. *cum sequentibus*, Gratian. *c.* 78. *n.* 35. *cum sequentibus*, Farin. *de delict. p.* 1. *tit.* 5. *quæst.* 47. *num.* 108.

Dominium probatur ex professione, & recognitione, *l. Censualis*, & ibi Bald, *Cod. de donat.* Menoch. *d. casu* 42. *num.* 5. Guid. Papæ *dec.* 272. *incip. verum dominium*, ubi ait ex iterata recognitione possessoris probari dominium adversùs recognoscentem, etiam adversùs tertium possessorem, sequitur Alciat *cons.* 9. *col. fin.* Valasc. *de jure emphyt. q.* 8. *numero* 18, ubi asserit ita practicari, & ultra eum Guillelm. Benedictus *in cap. Raynuntius* 16. verbo & *uxorem nomine Adelasiam, decis.* 5. *n.* 445. & vide Sesse *Aragon. dec.* 190. *n.* 31. *cum sequentibus*, Gratian. *d. cap.* 293. *n.* 11. *cum sequentibus*, & sola confessio, seu recognitio, junctis aliis adminiculis, facit plenam probationem, idem *c.* 188. *n.* 5. *cum sequentibus.*

Dominium probatur per solutionem pensionis, Mascard. *de probat. concl.* 544.

Dominium probatur per instrumenta antiqua Mascard. *concl.* 541. *numero* 14. Rot. Rom. per Farin *dec.* 91.

Dominium & possessio in corporalibus non acquiritur sine traditione, secus in corporalibus, Cald. *de empt. c.* 12. *n.* 15.

Dominium vel possessionem importat genitivus, Surd. *dec.* 129. *n.* 8. & 9. Et pronomina, meum, tuum, suum, restringunt dispositionem ad tempus præsens, idem *dec.* 253. *n.* 11.

Dominium an possit quæri ex pluribus causis? vide text. *in l. suæ rei* 16. *ff. de contrah. empt. cap. inter dilectos, de fide instrum.* Gom. *ad l.* 45. *Tauri*, *num.* 98. ubi multa jura allegat, Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancel. glos.* 15. *n.* 70. ubi quod dominium ex uno titulo acquisitum non potest amplius ex alio titulo acquiri de novo, & *n.* 71. quod secundus titulus nullius est momenti, Et plures casus, in quibus dominium confertur sine traditione; vide per Reynoso *observat.* 6. *n.* 36 *cum sequentibus.*

Dominos plures habere onerosum est, Menoch. *cons.* 377. *n.* 10.

Dominium probans allegando emptionem, debet etiam probare quod ille qui vendidit, erat dominus, Afflict. *dec.* 23. *n.* 4. & *dec.* 40. *n.* 3.

Dominii quæstionem non potest movere ille, qui habet causam à me, gloss. *in l. cum res*, verbo *vacuam, Cod. de probat.* Menoch. *de præsumpt. lib.* 6. *q.* 63. *n.* 6. *cum sequentibus.* Fallit si dominium fuit quæsitum ex nova causa, ut per resoluta à Valasco *consult.* 42. *n.* 3.

Domino si res auferatur per Principem, tenetur pretium restarcire, Peregrin, *de jure fisci, lib.* 5. *tit.* 2. *num.* 52.

Dominii appellatione propriè venit directum, lato verò modo tam utile, quà directum, Surd. *decis.* 288. *n.* 15. *cum sequentibus*, Barbosa *de appellat.*

verbor. utriusque juris significat. verbo *dominium* 79. *à num.* 1.

Dominium utile emphyteutæ Ecclesiæ merè laïcum, & profanum est, atque subjectum statutis & legibus principum sæcularium, ex citatis per Barb. *in remiss. ad Ordinat. lib.* 2 *tit.* 1. §. 6 *num.* 2 *& lib.* 4. *tit.* 37. §. 1. *num.* 1. quibus adde Gabr. Pereira *dec.* 31. *n.* 5. Stephan. Gratian. *disceptat. forens. c.* 447. *num.* 18. *cum sequentib.* & Auctor. *in cap. si Clericus laïcum* 5. *de foro competenti, n.* 6.

Dominium directum acquiritur cursu immemorialis temporis, Menoch. *de præsumpt. præs.* 131. *n.* 41.

Domini directi interest habere plures Vassallos, *c.* 1. §. *omnes filii*, si de feudo fuerit controv. inter dominum & agn. Menoch. *cons.* 161 *n* 22.

Domini Vassallorum non possunt collectam imponere, nec dare licentiam collectandi, Flor. *var. q.* 21. *n.* 50. Gut. *l.* 3. *pract. q.* 16. *num.* 20 Nec remittere exilium, Azeved. *l.* 15. *tit.* 5. *lib.* 2. *nova recopil. pag.* 169. Nec imponere confiscationem bonorum. Fr. Emman. Roderic. *tom.* 2. *qq. Regular. q.* 62. *art.* 8. Et non possunt habere Senatum, vulgò *Relasañ*, Cabed. *dec.* 85. *p.* 2. *num.* 1. ubi *num* 2. quod domini terrarum solùm possunt habere auditores, qui sint personæ sæculares, & de jurisdictione Regis, & non Ecclesiasticæ, per Ordinat. *lib.* 2. *tit.* 45. §. 44. Et non possunt creare officia nova, Auth. *de defensor. Civit.* §. *nulla, vers. sed nec.*

Verbo Domus.

DOMUS appellatione, quæ veniant? Vide Steph. Grat. *disceptat. forens. cap.* 657. *n.* 18. *cum sequentibus.* Non venit hortus, Cald. *de empt. c.* 22. *n.* 16. Et non venit tugurium, nec apothecæ, Gratian *c.* 775. *num.* 3. Barbos. *ad cap. si quis domum, de injur. n.* 2 *&* 3.

Domus quæ reficitur mea pecunia, tunc demùm erit mihi tacitè hypothecata, quando refectio esset necessaria, itaut sine illa ædificium corrueret, & probatum fuerit, quòd pecunia fuit expensa in ista refectione, ita per text. *in l interdum, & l. seq. juncta gloss. ff. qui potior. in pign. habeant. & in l.* 2. *ff. in quibus causis pignus, vel hypotheca tacitè contrahatur*, Resolvunt Neguzant. *de pignor.* 2. *p. memb.* 4. *num.* 163. *&* 5. *memb.* 2. *num.* 15. Strach. *de mercatura, tit. de nautis, p.* 5. §. *& illud, num.* 2. Molin. *de primogen. lib.* 1. *cap.* 10. *numero* 23. Gregor. Lopez *ad leg.* 26. *tit.* 13. *part.* 5. verbo *para fazer*, Guter. *pract. lib.* 1. *quæst.* 98. *num.* 2.

Dominus mobilia relinquens non videtur legare omnia mobilia, licèt sint extra domum habitationis. Menoch. *cons.* 329. Et si dicat quod relinquit omnia, quæ sunt intra domum, non veniunt actiones, etiamsi instrumenta earum eò loci sint: ita Bald. *in l.* 1. *in princip. ff. de statu hominum, numero* 4. quem sequitur Tiraquel. *de retract. lig.* §. 1. *gloss.* 7. *num.* 11. idem etiam resolvit *in l. si unquam*, verbo *bona, numero* 13. *Cod. de revocand. donat.* & vide Valasc. *consult.* 59. *num. ult.* ubi quod legata apotheca pannorum, non veniunt debita & credita, nisi adjiciatur, cum debitis & creditis, vel si utatur verbo universali juris, ut sunt verba, *mensa, mercantia, & similia.*

Verbo Donans, Donare, Donatarius, Donatio, Donatum.

DONATIO filio legitimo facta à clerico, in vita conferri non debet, Gam. *decis.* 134. Cald. *in l. si curatorem*, verbo *sine curatore, n.* 55. *Cod. de in integrum restitut. min.* Valasc. *de partit. c.* 12. *n.* 39. *cum sequentibus.*

Donatio dotis facta per avum nepoti, non confertur, nec computatur in legitimam filiæ, Gam. *dec.* 34.

Donatum monialibus pro ingressu monasterii, non est conferibile, quia succedit in locum epularum, & convivii, quod non confertur, Bart. *in l.* 1. §. *nec Catrense, ff. de collat. bonorum*, communis ex Gam. *in l.* 19. *Tauri, n.* 15. Valasc. *de partit. c.* 13. *n.* 37.

Donatarius certæ rei non tenetur ad debita defuncti, sed debet conveniri hæres universalis, *l. Æris alieni* 15. & ibi Næv. *Cod. de donat.*

Donans in principio contractus potest ponere conditiones quas velit, antequam sit quæsitum jus donatario, Stephan. Gratian. *disceptat. forens. c.* 82. *num.* 33.

Donationis titulus præsumitur in viro nobili, & divite aliquid concedente, Menoch. *cons.* 191. *n.* 24. *&* 25. Cald *cons.* 28. *n.* 22.

Donatio præsumitur inter affines, & conjunctos certis in casibus, Surd. *de alim. tit.* 1. *q.* 42 *n.* 90. *&* 91 *tit.* 6. *q.* 1. *n.* 12. *& q.* 5. *num.* 11. *& q.* 6. *num.* 23. Cald. *de renovat. q.* 16. *num.* 50. Menoch. *de præsumpt. lib.* 3. *præsumpt.* 33. *n.* 5. Et præsumitur ex conjecturis, idem *d. lib.* 3. *q.* 31 *&* 33.

Donatio tertiæ inter vivos non valet, *l. hæreditas, Cod. de pact. convent. l. cùm donationis, Cod. de transact.* & vide Cov. *var. lib.* 3. *cap.* 12. *ad finem*, com. *l.* 17. *Tauri, numero* 10 Valasc. *de partit. c* 20 Gab. Pereira *dec.* 67.

Donatio inofficiosa non revocatur in totum, sed respectu legitimæ tantùm, Surd. *de alim. tit.* 8. *privil.* 26. *num.* 9. Steph. Grat. *disceptat. forens. c.* 472. *n.* 25. *& c.* 729. *n.* 2.

Donatio venit appellatione contractus, Surd. *de alim. tit.* 2. *q.* 1 *n.* 22. Clar. §. *donatio, q.* 1.

Donatio facta præsenti & tacenti valet, Cald. *de potest. eligend. cap.* 6. *num.* 6. Clar. d. §. *donatio, q.* 14. *num.* 5.

Donatio si per mulierem fiat, decepta præsumitur, ex Mascard. *de probat. concl.* 1076. *num.* 31. quia mulier est genus avarum, & non præsumitur donare, idem *concl.* 150. *n.* 3. *& conc.* 554. *n.* 4. *& d. conc.* 1076. *n* 29. *&* 30.

Donatio an videatur facta hæredibus, si de illis non fuit facta mentio? vide Gregor. *l.* 7. *tit.* 4. *part.* 5. *& l.* 67. verbo *herederos. tit.* 18. *part.* 3.

Donatione necessarium est quod sit præsens pars cui fit donatio, & si sit absens, scriba debet illi stipulari ut potest juxta gloss. & Bert. *in l. stipulatio ista* §. *si stipuler*, ubi omnes Doct. *ff. de verbor. obligat.* Et per stipulationem ante ratihabitionem non acquiritur jus, juxta communem resolutionem Doctorum de qua per Cagnol. *in l. ult. num.* 172. *Cod. de pactis*, Cov. *lib.* 1. *var. cap* 14. *n.* 11. Tiraquel. *de jure constit. limit.* 30. *n.* 50.

Donatio facta absenti, acceptata per notarium per clausulam constituti, non valet, nec illi est perfectè jus quæsitum ante ratihabitionem absentis, & revocari potest, Covar *in rub. de testam. p.* 3. *num.* 13. Tiraquel. *de jure constituti, limit.* 30. *num.* 9. *cum sequentibus, & num.* 16. Menoch. *cons.* 92. *num.* 65. *cum sequentibus*, Gam. *dec.* 383. *num.* 2. Et sequuta ratihabitione

ne acquiritur jus absenti. Vinc. de Franch. *dec.* 339. Pereg. *de privileg. fisci, lib.* 6. *t.* 1. *n.* 23. Valdes. ad Soar. *pag.* 97. Mascard. *de probation. concl.* 1157. *n.* 112. Avend. *ad l.* 22. *Tauri glos.* 1. *n.* 15. Et est necessaria absentis ratificatio, Surd. *dec.* 111. Sanch. *de matrim. lib.* 1. *disp.* 7. *n.* 11. Cald. *de potest. elig. cap.* 6. *n.* 9. & *de empt. cap.* 34. *per totum.* Farin. *de delict. p.* 4. *dec.* 48. *n.* 3. & ibi addit. Stephan Gratian. *disceptat. forens. c.* 531. *n.* 43 & *cap.* 575. *n.* 14. & 15. Et an sit necessaria cessio? vide Cald. *in responso pro Societate IESV, n.* 18. ubi quod ex notarii acceptatione non acquiritur utilis actio sine cessione in extrajudicialibus stipulationibus, sed tantùm in judicialibus.

Donare prohibitus non potest in testamento relinquere, Surd. *dec.* 249 *n.* 15. Et maritus de bonis communibus potest moderate atque ex justa causa donare sine uxore, Molin. *de primog. lib.* 2. *c.* 10. *n.* 66. & *n.* 67. ait quod primogenium non comprehenditur sub qualitate harum donationum.

Donatio transit ad quoscunque hæredes, & successores etiam singulares, Surd. *dec.* 322. *num.* 39. & si donator dixerit quod donat pro donatario, & filiis suis masculis, non redit ad donantem, deficientibus filiis, Stephan. Gratian. *disceptat. forens. cap.* 568.

Donationis in solutum aliquâ vide per Tiraquel. *de retract. lig.* §. 1. *glos.* 4 *num.* 2. *cum sequentibus*, & *in præfat. tract. convent. numer.* 27. *cum sequentibus*, Gom. 176. *Tauri, n.* 20. Menoch. *de arbitr. lib.* 2. *casu* 171. *num.* 51. Hyppolit. *cons.* 99. *n.* 10. Joseph. Ludovis. *decis. Pern.* 60. Mascard. *de probat. concl.* 1142. *n.* 14. Guter. *pract. lib.* 2. *q.* 157. & si filii emant per interpositam personam, ex interpositione personæ præsumitur major fraus, argum. eorum quæ tradit Gregor. 25. verbo *en otro, tit.* 5 *p.* 5. Menoch. *lib.* 2. *casu* 459. Mascard. *concl.* 815. *num.* 43. & *concl.* 1236. *n.* 101. Et emisse præsumitur per interpositam personam qui reperitur possidere, & fructus percipere, Menoch. *de præsumpt. lib.* 6. *præsump.* 35. *num.* 24. Et ex interpositione personæ dolus præsumitur, Farin. *de delict. p.* 4. *q.* 89. *n.* 128.

Donans uni cum pacto, quod post illius mortem transeat ad tertium, poterit consentiente donatario revocare, decus est stipulante notario, quia tunc non poterit revocari. Surd. *de alim. tit.* 2. *q.* 7 *n.* 11. *cum sequentibus*, & *dec.* 209. *n.* 13. Flor. ad Gam. *dec* 8. *n.* 2. Cald. *in responso pro Societate IESV, n.* 9. & *forens. lib.* 1. *q.* 20. *n.* 16. & *n.* 69. *cum sequentibus*, Stephan. Grat. *disceptat. forens. cap.* 575. *n.* 7. *cum sequentibus.*

Donatio non præsumitur, sed potiùs error, *l. cùm de indebito, ff. de probat.* Bald. *cons.* 182. *in fin lib.* 2. Dec. *cons.* 350 *n.* 4. Mascard. *de probat. concl.* 554. *n.* 5. & *concl.* 639. *n.* 10. & *concl.* 1173. *n.* 4. Burg. *cons.* 3. *n.* 6. Tiraq. *in l. si unquam*, verbo *donatione largitus, n.* 209. *Cod. de revo candis dona.* Flamin. *de resignat. lib.* 9. *q.* 7. *num.* 11. & *q.* 19. *n.* 5. etiamsi esset in facto proprio *l. sed. etsi me patem, in princip. cum. glos. ff. de condict. indebiti*; Curt. jun. *cons.* 56. *n.* 5. Cravet. *cons.* 77. *n.* 14. & *cons.* 152. *num.* 26. Menoch. *cons.* 1. *num.* 215. Mascard. *d. concl.* 554. *n.* 6. & *concl.* 1263. *n.* 6. & 7. Et quando præsumatur donatio? vide Surd. *de alim. tom.* 6. *q.* 1. *n.* 23. *cum sequentibus.* Et donatio potiùs præsumitur, quàm delictum, Menoch. *de præsumpt. lib.* 5. *præsumpt.* 2. *num.* 23. & vide Farin. *in addit. ad cons.* 60. *lit. G. p.* 4. Et donatio in dubio non præsumitur Flor. *var. q.* 23. *num.* 90. Farin. *p.* 4. *decis.* 136. Et donatio quibus casibus præsumatur, vide Menoch. *de præsumpt. l.* 3. *præsumpt.* 33. ubi *præsumpt.* 31. quando præsumatur donare is qui solvit, & præstat quod non debet. Et renuntiatio non præsumitur, Mascard. *concl.* 1262. *n.* 3. & 4. Flamin. *de resignat. lib.* 8. *q.* 1. *à num.* 2. *cum sequentibus*, & *quæst. ult. n.* 56. & 57. Et remissio est donatio, & non præsumitur, nisi probetur, idem *dict. q.* 1. 6. & 7.

Donatio omnium bonorum est dilapidatio, & actus prodigalitaris. Reynos. *observat.* 41. *n.* 3. Et inducit fraudem simulationis, *l. omnes*, §. *Lucius, ff. de his quæ in fraudem creditor.* Reynoso *ubi proximè* Stephan. Gratian. *disceptat. forens. c.* 255. *num.* 1. *cum seq. tom.* 2. *cui ibidem*, & *n.* 20. ait quod verisimile non est quod velit quis se bonis omnibus privare, & spoliare, & se in egestate constituere. Et dementia præsumitur quando quis omnia sua bona donat. Mascard. *de probat. concl.* 502. *n.* 12.

Donatio omnium bonorum præsentium, & futurorum inter vivos non valet, Bart. *in l. stipulatio hoc modo concepta, ff. de verbor. oblig.* & *in l. ult. C. de pact.* communiter receptus ex Ripa *lib.* 3. *responsor. cap.* 14. Cov. *in rub. de testam.* 2. *p. n.* 4. Duen. *reg.* 219. Guter. *de juram. confirm. p.* 1. *c.* 11. Valasc. *de partit. c.* 20 *n.* 4. Gabr. Pereira *dec.* 67. *num.* 2. Bonac. *tom.* 2. *disp.* 3. *de contractibus, q.* 13. *puncto* 5. etiam reservato usufructu, secundùm magis communem opinionem, de qua per Gam. *dec.* 166. *n.* 5. & *dec.* 255. & *dec.* 350. *n.* 3. & 6. Menoch. *cons.* 184. *n.* 3. Monchac. *usufrequent. c.* 62. *n.* 2. Valasc. *d. c.* 20. *n.* 16. Roland. *cons.* 65. *vol.* 1. Cald. *cons.* 22. *n.* 15. & *cons.* 24. *n.* 3. Stephan. grat. *disceptat. forens. c.* 120. *n.* 4. & 5. & *c.* 479. *n.* 66 & vide Surd. *dec.* 233. *n.* 8 ubi quid si dicat, domo omnia bona mea post mortem? Molin. *de primog. lib.* 2. *cap.* 10. *n.* 10. *cum seq. tenentibus*, ubi limitati & donatio irrita est etiam quoad bona præsentia, Cald. *de empt. c.* 32. *num.* 3. potest firmari juramento secundùm aliquos, Valasc. *dicto c.* 20. *n.* 9 Et de donatione omnium bonorum, vide plura apud Reynos. *observat.* 41. qui *observat.* 42. disputat an donatarius universalis omnium bonorum possit à creditoribus conveniri actione personali, tanquam hæres.

Donatio omnium bonorum præsentium, & futurorum facta Ecclesiæ valet, Gam. *decis.* 185. *numero* 2. Guter. *de juram. confirm. p.* 1. *c.* 11. *num.* 7. Vincent de Franch. *decis.* 268. *n.* 2. Guter. *juram. confirm. p.* 1. *c.* 11. *num.* 7. Vincent. de Franch. *decis.* 168. *n.* 2 Fre. Emman. Roderic. *tom.* 2. *quæst. Regular. q.* 47. *art.* 2. Valasc. *d. cap.* 20 *n.* 9. Cardos *in praxi judicum*, & *advocat.* verbo *donatio*, *n.* 12. Bonacin. *d. loco*, Cald. *de empt. c.* 30. *n.* 9. ubi *n.* 6. & *cap.* 3. *numero* 8. idem resolvit apposito juramento, vel pacto de non revocando. Quid in dote? vide Sot. *ver.* 145. *fallent* 1 Guter. *ubi proximè*, *n.* 9. & 10. Valasc. *dicto c.* 20. *n.* 5. qui resolvunt valere, si fiat pauperi, quia tunc dos est causa pia

Donatio facta Ecclesiæ à Constantino fuit valida, Cened. *ad Decret. collect.* 109. *n.* 4. Azeved. *ad l.* 5. *in princip. tit.* 2. *lib.* 1. *nov recopilat.* Cov. *lib.* 4. *var. c.* 16. *n.* 8. *vers. secundo loco*, Bellarm. *tom.* 1. *de translat. Imperii, lib.* 2 *cap.* 3. *pag.* 1654. Ceval. *commun. contra commun. q.* 345. Molin *de justitia, disp.* 25.

Donatio facta Ecclesiæ non revocatur ob ingratitudinem Prælati, Menoch. *de interdict. remed.* 9 *recuper. possess. n.* 102. & 121. Clar. §. *donatio, q.* 21 *n.* 5. Et donata ad certum pium usum non possunt in alium mutari, Tiraquel. *de pia causa privil.* 155. & vide Gabr. Pereira *de manu Regia, cap.* 6. *n.* 8.

Donatio ob servitia revocari non potest, Gam. *decis.* 163. & perfecta est, *l. perfecta, C. de donat. quæ sub modo*, Gom. *l.* 29. *Tauri, n* 27. Stephan. Gratian. *disceptat. forens. c.* 197. *n.* 19

Donatio ob benemerita præsumitur in dubio facta filio, Menoch. *de præsumpt. lib.* 3. *quæst.* 29. 41. Mascard *de probation concl.* 559. De donatione ob benementa, vide Barbos. *in addit. ad collect. pag.* 104. *col.* 2. ubi probat quod Prælatus donare potest res Ecclesiæ ex causa remunerationis, & pariter tutor

donare potest propter benemerita,& Regulares donare possunt ex causa meritorum, & Cald. *de potest. elig.c.3.n.11.*ait quod donatio facta ob benemerita revocari non potest.

Donatio remuneratoria non videtur facta motu proprio, Burg. *cons.44 n.20.* hæc donatio revocari non potest, *l. Attilius Regulus, ff.de donat.* & post Molin. Clar. quos sequitur Pilliuc. *2.p. tract. 34. cap.6. num.131.* Less. *de justit. lib.2.c.18.n.105* qui hoc extendit ad donationes factas Ecclesiæ, vel monasterio. Alia de donationibus remuneratoriis, vide per Reynos. *observat.31.*

Donatio & nominatio facta in testamento valet, Surd. *decis.149. num.10 cum sequentibus,* & potest revocari cum testamento, Cald. *de potest.elig. ap.8. numero 1.*

Donatio emphyteusis potest sustineri sine consensu uxoris, quando fit reservatis fructibus, Gabr. Pereira *decis.123 n.10.*& Cald.*de nominat. quæst.18. num.10.*

Donatio ob causam est ubi quis dat aliquid,dummodo portet arma sua. Guid. *q.251.* Chassan. *in cat.p.1.considerat.46.* Gregor. *lege 3.* verbo *con honestedad. tit.4.part.6.* Card. *in l.si curatorem,* verbo *vel adve sarii dolo,n.70.*Et idem si dicat quod portet nomen suum,Tiraquel. *ad l.5.connub.n.27.*

Donatio revocatur per filios secundi matrimonii juxta tradita per Surd. *de alimentis, tit.9.quæ?. 13. num.8.*

Donatio ob causam non revocatur propter ingratitudinem,Menoch: *cons.19.num.6.* Gam. *decis.* 165. *n.3.* Nec revocatur cùm appositum est pactum,vel juramentum de non revocando, Menoch. *cons.153. num.4. cum sequentibus.* quamvis Surd.*de alim.tit. 1. q.55.num.21.*dicat quod futuræ ingratitudini nemo potest renuntiare.

Donatio facta filio soluto non valet, *l. donationes quas parentes,Cod.de donat.l.1.§ si pater filio,l.si pater filiæ,ff.pro donato,*Menoch.*de præsumpt.lib.3.præsumpt 29.* Bernard.Græv. *pract.concl.lib.2 concl.38.*

Donatio facta ab ægroto,si mortis non fiat mentio, inter vivos præsumitur,*l.Seja 42. § fin. de donat. causa mortis,*Clar.*§.donatio, quæst.4.* Menoch.*de præsumpt.lib.3. præsumpt 36.n.3.* Mascard.*de prob.concluf.561.num,14.* Guter. *de juram. confirm.p.1.c. 12. num.18.* Molin. *de primogenitis,lib.2. cap 10.num.41.* Barbosa *in l.quæ dotis,ff. soluto matrim. num. 85. cum sequentibus,& n.93.* Et si donator convalescat censetur revocata donatio,Mascard. *ubi proxime,n. 15.* Et si heredum donatarii mentionem fecerit, ex hoc judicabitur donatio inter vivos, licèt in ea mortis mentio facta reperiatur,Cald.*de potest.elig.cap. 3.n.8.* ubi *num.10.*quod donatio mortis causa habere debet quinque testes.

Donatio causa mortis censetur,ubi in ea fit mentio mortis, *l. Seja 12. in fine,ff.de dote præleg.* Menoch. *præsum.lib.3.q.35* Mascard.*de prob. concl.561.* Barbos. *dicto loco.*

Donatio causa mortis,adjecto pacto de non revocando & juramento,efficitur irrevocabilis, Guter.*de juram confirm.p.1.c.12.n.7.* Stephan. gratian. *disceptat. forens.cap.586. num. 1.* ubi *num. seq.* ponit alias limitationes.

Donationes seu privilegia à Rege concessa in nostra Lusitania, sunt confirmanda à Regibus postea advenientibus, & aliter non valent,quia non excedunt vitam concedentis, quoniam bona regni non sunt propria ipsius Regis,sed Regalis dignitatis,*cap. intellecto,de jurejur.*non prohibentur tamen donatarii uti illis donationibus, dum non fuerint revocatæ si autem donatio vel privilegium Regis fuerit concessum per aliquem contractum non indiget confirmatione: ita Cardos. *in praxi judicum & advocatorum,* verbo *donatio,n.38.*

Verbo Dos, Dotale, & Dotare.

DOS est proprium patrimonium filiæ, *lege 3. §. sed utrum,*& ibi Glos. *ff. de minor.* Menoch. *consil.161.n.21.*

Dotis titulus est onerosus, ut probat text. *in l. ex promissio 6.ff. de action.& oblig.* gloss.pen.*in lege si donaturus ff.de condict.ob causam,* cum aliis de quibus Tiraquel *in lege si unquam,*verbo *donatione largitus, n.217.Cod. de revocand.donat.& de retract.tit.2.ad fin n.33.* Menoch. *cons.4.n.42.* Cald. *de potestate nomin. c.2.n.33.*

Dotis promissioni non potest imponi onus,Tiraquel.*in l.si unquam,*verbo *susceperit liberos,num.117. Cod. de revocand. donat,*Surd. *de alim. tit.9.quæst.21. num.9.*

Dotis privilegia vide per Tiraquel. *de pia causa, privil.15.* Cot. *in memorabilib,*verbo *dos 1.*

Dotis causam non comprehendit dispositio generalis, nec causam piam,Cald *de empt.cap.12.n.33.* Et statuti prohibitio non includit causam dotis, quando est specialiter privilegiata, Stephan. grat. *disceptat.forens.cap.27.num.25.* Mendez *in praxi,l.3 c.21. num.66.* Et dotis causa est privilegiata, ut non contineatur sub statuto de ea non loquente.Farin. *dec.274.num.5.*

Dos dicitur causa pia,quando relinquitur pauperi. Boër. *dec.94.* Menoch. *de præsumpt. lib.4. præsumpt. 115.num.16.* Valdes. ad Soar. *pag.97.* Barbos.*in l. 1. ff.soluto matrim.p.1. num.55. & p.3. numero 18.* Guter. *pract.lib.1.quæst.44.numer.8.& de juram. confirm. p.1. cap.11.n.9. & 10.* Aloys. Ricc. *decis. Cur Archiepiscopat.Neapolit.p.2. decis.217.n.3.*Farin. Rotæ Rom. *decis.264.n.6.*

Dotis causa an sufficiant leviores probationes, vide Stephan. Gratian: *disceptat.forens.cap.753.n.18. cum sequentibus.*

Dos non deberur,nisi sequuto matrimonio,*l. 3.ff. de jure dotium,*Barb.*p.3.in rub.n.63.ad fin.& l.1.n. 34. ad finem,ff soluto matrim.*

Dotis appellatione venit promissa tantùm, gloss. *in l.de divisione,ff.soluto matrim.* Stephan.Grat. *disceptat.forens.c 666.n.22.*

Dos ac donatio propter nuptias pari passu ambulant, & æqualem continent favorem, *cap. & si necesse 5. de donat.inter virum & uxorem,* Vincent.de Franch *dec.182.n.2.cum sequentibus,p.1.*Surd.*de alim tit.1. q.42. à num.77.* Menoch.*de præsumpt.lib.3.præsumpt.15.n.10.*

Dotis pro solutione manet tertia tacitè obligata, ex Ordinat. *lib.4.tit.97.§.3. in fine,* ubi Barbosa cum ab eo citatis, nisi alii filii consensum suum tempore promissæ dotis dederint,ut per Steph. Grat. *disceptat. forens.c.472.n.18.*

Dotare tenetur pater filiam tam in potestate,quam emancipatam, ex citatis per Barbosam *in remiss. ad Ordinat.l.4.tit.99.§.1.n.15.*qui ad propositum notat alios casus *in quatuor num.sequentibus.*

Dotare filiam cogitur pater, quam sine dote matrimonio collocavit,Surd. *de alim tit.1.q. 32. n. 15. & 11.7.q.6.n.4.*

Dotare tenetur pater filiam, quantumcunque nupserit sine ejus consensu.Surd.*dicto tit.1.q.6.n.17. & 24.* Cald.*forens.lib 1.quæst.18. num.7.* Barbosa *in l.1.p.4. num 32. & 33. cum sequentibus, ff. soluto matrim.* Et si filia nupserit viro digno sine patris consensu ante vigesimumquintum annum, non poterit, exhæredari,Sanch. *de matrim.lib.4.disputat.26.n.16.*

cum

cum sequentibus, & vide Gabr. Pereira *decis.* 10. qui contrarium fuisse decisum in Senatu resolvit, per Ordinat. *lib.4.tit.*88.§.1. qui *p.2.de manu Regia.c.73.* disputat an valida sit lex, de qua per Ordinat. *d.* §.1.

Dotare iterum pater non cogitur filiam, si primam dotem consumpsit culpa sua, Stephan. Grat. *disceptat.forens.cap.65.num.25.cum sequentibus*, Cald. *forens. lib.* 1. *quæst.* 18. *num.* 31. Et pater tenetur secundam dotem filiæ conferre, priori amissa, si secundò nubat; nam constante primo matrimonio non obligatur pater ad novam dotem refundendam, etiamsi sine culpa filiæ prima sit amissa, ut ex Patre Rebello *de obligat. justit. p.2. lib. 5.quæst. 4.num.*21 & 22. tradit Barbosa *in remiss. ad Ordinat. d.tit. 99.* §.1.*num.* 19.

Dos an possit revocari propter ingratitudinem? vide Pinel. *in l.*1.*Cod. de bonis maternis, p.3.num.62.* Et si sit appositum pactum vel juramentum de non revocando, est implendum, Menoch. *consil.* 155. *num.* 54. *cum sequentibus.* Et ingratam filiam non tenetur pater dotare, nec hæreticam, Barbosa *in remiss.ad Ordin.tit.* 99. § 1. *n.* 17.

Dos annullari potest per quemcunque dolum, *l. jure succursum*, §. *si in dote danda, ff. de jure dotium* Barbosa *in rub. ff. soluto matrim. p.4.num.*25. & *in l. si æstimatis. cod. tit. n.*21. *cum seqq.*

Dos confessata à marito non habet jus prælationis, Mendez. *in praxi, lib.*3. *cap.*21. *n.*64.

Dotalia bona data marito æstimata efficiuntur ipsius mariti, & tenetur restituere in pecunia, Surd. *cons.*1. *num.* 102.

Dotis fructus tenetur pater solvere à tempore dotis promissæ, Farin. *decis.*144. *Rotæ Rom. n.*1.

Dotata filia à patre secundùm statum quod jubet, ut dote sibi data contenta sit, potest filia data enormissima læsione, quia pater parvam dotem dedit; cùm multa bona habeat, venire contra dotem, Farin. *decis.*268. *num.*7.

Dotis fructus augent dotem, Surd. *de alim. tit.*9. *q.*21. *num.*116.

Dotare an possit maritus filiam alterius matrimonii sine uxore de bonis communibus; Respondetur quod maritus potest dotare filiam suam prioris matrimonii ex bonis constante secundo matrimonio acquisitis, quod si id faciat, mulier recipiet tantumdem ex eisdem bonis, quibus deficientibus ex bonis propriis mariti mulieri supplendum est, & vide Valasc. *consult.*118. Guter. *lib.*2. *pract. b.*128. *ad fin.*

Dotasse pater videtur filiam congruenter. Mascard. *de probat concl.*570. Tiraquel. *in l. si unquam, in princ. num.*36. *Cod. de revocandis donat.* Cot. *in memorab lib.* verbo *dos quintò*, Burg. *consult.*1. *num.* 11. Et potest agere postea ut congruè dotetur, Barbos. *in l.*1. *ff. soluto matrim. p.4.n.* 24. Et tenetur natu grandiorem prius dotare, Tiraquel. *in præfat. de primogenitis, num.* 139. & 140.

Dos congrua quæ dicatur, relinquitur judicis arbitrio, Menoch. *de arbitr. lib.*2. *casu* 149. *num.*34. *cum sequentibus*, Grammat. *decis.*101. *num.*14. *cum sequentibus*; Frater Emman. Roderic. *tom.* 2. *qq. Regular. quæst.*48. *art.*4. Gregor. *l.*5. verbo *Segun, tit.*7. *part.*6. Rot. Rom. per Farin. *decis.*130. *n.*12. *cum sequentibus*, Dos congrua non debet esse legitima, Menoch. *consil.*1. *num.* 469. & *consil.* 6. *num.*22. & *consil.* 8. *num.*2. & 4. *cum sequentibus*, & *consil.*198. *num.*7. & *num.*11. *cum sequentibus*, & *consil.* 371. *num.*11. Surd. *de alim. tit.* 3. *q.*1. *n.* 60. Et si postea auctum sit patrimonium, augeri etiam debet ipsa dos, Menoch. *consil.*171. *num.*30. & *de cons.*371. *num.*10.

Dos major est constituenda propter nobilitatem viri, Chassan. *in catalogo gloriæ mundi*, *p.*8. *consid.* 40. Et ad taxandam dotem considerandæ est dignitas filiæ & maritis quantitas facultatum patris, & numerus liberorum, Sanch. *de matrimon. lib.*4. *disputatione* 26. *num.* 8. Et scholaris doctus debet habere majorem dotem, quàm mercator, Rebuff. *de privileg. scholar. privil.*52.

Dotem potest uxor repetere à viro, quando seorsum habitat, propter sævitiam, vel aliam causam, Surd. *de alim. tit.*1. *quæst.*32. *n.*21. *cum seq.*

Dotis incommoda vide per Menand. relatum à Cabedo *decis.*31. *p.*2. *num.*18. ubi dicit: Ter est infelix, qui uxorem sine dote accipit, & regulariter matrimonium non solet contrahi sine dote, Surd. *decis.* 62. *n.* 14. Et vir tenetur alere uxorem quam sine dote duxit, Sanch. *de matrim. lib.*9. *disput.*15. *num.*8. Et de alimentis præstandis interim dum dos non solvitur, agit Menoch. *consult.*81. *num.* 57. *cum sequentibus*, Cardos. *in praxi judicum & advocat.* verbo *alimenta, num.*14. & 15. Gabr. Pereira *decis.*10. *n.*9. & 10. Et propter dotem mulier meliùs tractabitur à viro, & faciliùs virum inveniet, Surd. *decis.* 278. *num.*7. Et oneramatrimonii non extinguuntur, quando supersunt liberi marito mortua uxore, Steph. Gratian. *disceptat. forens. in appendice ad cap.*427. *ad calcem libri.* Et ad quid dos datur uxori? vide Cordub. *in l. si quis à liberis*, §. *sed si filius, n.*4. *ff. de liber. agnoscend.*

Dote non soluta matrimonio soluto per mortem viri, habet uxor retentionem pro dote in bonis relictis per obitum mariti, Bart. *in l. filiofam. in princip. num.*1. *ff. soluto matrim.* Neguzant. *de pignor. p.*5. *membro* 4 *num.*5. Joseph. Ludovis. *decis. Perus.*18. *num.*18. & *decis.* 109. & dicit notabiliter Bald. *in l. pen. Cod. de pignorat. act.* quod mortuo marito potest uxor sua propria autoritate absque licentia alicujus judicis remanere in detentatione domus, quam cum marito vivente habitabat, & eam potest propria authoritate pro dote sua possidere, quod etiam refert aliis in locis relatis simul cum Jas. ab Hyppolit. *consult.* 40. *n.*11. & idem resolvunt Surd. *de alim. tit.* 1. *quæst.*34. *num.* 9. Valasc. *de partit. cap.*6. *num.*38. *cum sequentibus*, ubi *num.*36. & 37. quod conjuges possunt altero mortuo retinere bona empta constante matrimonio, vel quæ sibi fuerunt obligata, vel in quibus meliramenta facta fuerint: & declaratur Ordinat. *lib.* 4. *tit.* 95. *in principio* ubi Barbosa. Et debet constare de receptione dotis per instrumentum, ut maritus possit conveniri, Sesse *Aragon. decis.* 85. *num.* 2. *cum sequentibus*, *tom.* 1.

Dotare quando teneantur avus paternus, & maternus nepotem & neptem? vide Barbosam *in remiss. de Ordin. lib.*4. *tit.*99. §.1. *n.*20. 21. & 22. ubi *n.*23. tradit quando teneatur frater dotare sororem.

Dotans frater sororem non potest stipulari, ut soluto matrimonio morte sororis dos ei restituatur, Surd. *de aliment. tit.*1. *quæst.*25. *n.*10. Steph. Gratian. *disceptat. forens. cap.*56. *n.*5.

Dotare & alere tenetur Clericus sororem inopem ex redditibus beneficii, Barbos. cum ab eo citatis *in remiss. ad Ordin. dicto tit* 99. §.1. *num.*24. & aliis per Auctorem allegatis *ad cap. pervenit* 3. *de arbitris*, *à n.*2. & *ad cap.* 1. *de cohabitat. Clericorum, n.*5.

Donare fructus sacerdotii non potest Clericus genero suo, & talis constitutio dotis non valet, ut ex Dec. *consult.*204. *lib.*1. resolvit Cordub. *in lege si quis à liberis*, §. *idem rescripsit. num.*27. *ff. de lib. agnoscend.* Et promissio fructuum beneficii pro dote sororis non est Simoniaca, Flamin. *de resignat. tom.*2. *l.*14 *quæst.*7. *num.*68.

LITERA E.

Verbo ECCLESIA, ECCLESIASTICUS

ECCLESIA dicitur congregatio & collectio fidelium Catholicorum, *cap. Eccleſia, de conſec. diſt. 1. gloſſ. in fin.* verbo *Eccleſia, ne Prælati vices ſuas*, Azor. *inſtitut. moral. p. 2. lib. 5. c. 20. col. 592.* Perez *ad l. 1. tit. 1. l. 5. Ordinam. p. 35.* Sanch. *de matrim. l. 3. diſp. 15. n. 20.* Eccleſia pro populo ſumitur & appellatione ejus non venit Clericus, *c. 1.* & ibi ſcribentes, *de præbendis.*

Eccleſia indiget viris literatis, Gonzal. *ad reg. 8. Cancel. gloſſ. 4. n. 4.* & favet literatis, Barboſ. *ad cap. de multa 28. de præbend. n. 16. cum ſequentibus*, idem hortatur Concil. Trident. *ſeſſ. 24. de reformat. c. 12.*

Eccleſia æquiparatur minori, civitati, ac Reipublicæ, *cap. 1.* & *c. auditis, de in integrum reſtitut.* Cardoſ. *in praxi judicum & advocat.* verbo *Eccleſia, n. 35.* Stephan. Grat. *diſceptat. forenſ. cap. 601. n. 4.* & *14.*

Eccleſia Romana eſt caput omnium Eccleſiarum, Rebuf. *in concord. p. 522.* & illarum, omniumque fidelium mater & magiſtra, atque ſuper omnes primatum obtinet, Barboſ. *de offic. & poteſt. Epiſcopi p. 1 tit. 3. cap. 2. n. 14.* qui *dnit. 3. cap. 1. n. 14.* rationes adducit, quare Romana Eccleſia Primatum obtineat, & *d. cap. 2. n. 12.* & *13. qui filii ſint legitimi, n. 41.* & *42.* aſſerit quod Sedes Apoſtolica & univerſalis Eccleſiæ Primatus ex neceſſitate divini præcepti debet Romæ reſidere, ac proinde in alium locum transferri non poteſt, & ad propoſitum vide eundem *lib. 1. de jure Eccleſiaſt. univerſo, cap. 1. de Summo Pontifice, d. 33.* & *34.*

Eccleſia Bracharenſis primatum obtinet in tota Hiſpania, de quo & ejus mirabili erectione agit Barboſa *d. tit. 3. cap. 8 per totum*, Sebaſtian. Cæſar *in relect. de Eccleſi 1ſt. Hierarchia, p. 1. diſput. 4. de Patriarchis & primatibus, §. 5. à n. 5.* Eſtazo *lib. de varias antiguedades de Portugal. cap. 57. 58. 59. 64.* & *68* & illuſtriſ. Dom. Roderic. à Cunha *in ſpeciali lib. de primatu hujus ſanctæ Eccleſ. Bracharenſis*, Themudo *deciſ. 318. p. 3.* ubi addit quod Curia Bracharenſis cognoſcit de appellationibus Eccleſiæ Ulliſiponenſis Et nullus dubitat deberi Primatiæ jus antiquiori Eccleſiæ, fuit enim hæc Braccharenſis civitas caput Provinciæ juridico conventu ornata, qui multis civitatibus jura dabat, habens Archiepiſcopalem dignitatem cum titulo primæ Sedis, quæ omnia tunc temporis poſſidebat, quo Toletana civitas Carthaginenſi ſubjecta cum Bracharenſi contendere non poterat, prout latè tradit Fr. Bernard. de Brito *in Monarchia Luſit. p. 2. lib. 6. cap. 5* Barboſ. *d. cap. 8. num. 47.* Et quod jus primatiæ debeatur Eccleſiæ Bracharenſi potius quàm aliis Eccleſiis Hiſpaniæ, latè tuetur Anton. à Souſa *nas Flores de Eſpinha excellentias de Portugal, cap. 9. excellentia per totam.* Et Bracharenſem civitatem Alphonſus hujus nominis primus cognomento Catholicus, & magnus Hiſpaniarum Rex primam ante omnes Hiſpaniæ Metropolitanas urbes ex Saracenorum tyrannide in priſtinam libertatem vindicavit anno 888. ut refert Pat. Joan. de Mariana *p. 1. hiſtor. Hiſpan. lib. 7. c. 19.* Barb. *dicto c. 8. n. 50.* Et in ea conſtituta fuit prima Eccleſia Cathedralis, & prima ſancti Evangelii prædicatio, & primus univerſi orbis Antiſtes: ita tradunt Fr. Hieron. Roman. *p. 1. Reipubl. Chriſt. lib. 1. c. 4. p. 86. col. 2. in fine*, Barb. *ubi proximè, n. 37. 38.* & *39* Souſa *dicto cap. 9. excellentia 5.* Moral. *p. 1. Chron. lib. 9. cap. 8.* Et Bracharenſis Eccleſia extructa fuit à Divo Jacobo, refert Cæſar *d. §. 5. n. 17.* qui *n. 13. 14.* & *15.* ait quod ſanctus Jacobus Europæ protomartyrem D. Petrum præfecit Epiſcopum Bracharenſi Eccleſiæ anno Domini 42. & palmam martyrii adeptus eſt in villa Ratenſi anno Domini 43. vel 44. & quod ſemper conſtat priùs electum fuiſſe Bracharæ Archiepiſcopum, quàm D. Petri Apoſtolorum Principis Cathedra ex Antiochia Romam fuiſſet tranſlata. Non obſtat privilegium Primatiæ ab Urbano II. Summo Pontifice circa annum 1088. conceſſum Toletanæ Eccleſiæ, cujus mentionem faciunt Mariana *dicta p. 1 lib. 9. cap. 19.* Azor. *inſtit moral. p. 2. lib. 3. cap. 36.* Hieron. Zurita *na p. 2. dos Annales de Aragao, ib. 6. cap. 37.* cujus tenorem refert Franciſc. de Pija *in hiſt. Toler. lib. 3. cap. 23.* & *lib 4. cap. 17. tratà que Dom Rodrigo Arçobiſpo de Toledo defendeo eſte derecho da Primacia.* Quia reſpondetur cum notatis per Barb. *dicto cap. 8. n. 8. cum ſequentibus*, Souſa *dicta excellentia 13. n. 17.* Cæſar *dicto §. 5. n. 37. cum ſequentibus*, Eſtazo *dicto cap. 64. Onde diz que o Papa Urbano fes a Toledo Primaz por privilegio ao Apoſtolo Santiago a Braga ſecundo a Ordem dos Apoſtolos.* Et Zurita *na p. 3. dos Annales de Aragao, lib. 14. cap. 8. Trata tambem de outra duvida, que ouve entre o Arçopiſpo de Toledo como de Tarragona ſobre Primacia.*

Eccleſia Collegiata quæ dicatur, & quæ ſigna & requiſita habere debeat? vide Garc. *de benefic. p. 5. cap. 4. n. 70.* Et quæ dicatur Collegiata inſignis, & de oppido inſigni, vide Barboſ. *de Canonicis, cap. 2. n. 18. cum duobus ſequent.* & *ad cap. de verbor. ſignificat. n. 3.* Et de inſigni & Regia Collegiata Eccleſia ſanctæ Mariæ da Oliveira in oppido Vimaranenſi, vide eundem *de offic. & poteſt. Epiſcop. p. 3. allegat. 60. n. 7. cum ſequentibus.*

Eccleſiæ Collegiatæ præbendarum collatio ad quem ſpectet? vide Gonzal. *ad reg. 8. Cancel. gloſſ. 45. num. 46. cum ſequentibus*, ubi aſſerit quod de jure communi electio ſeu præſentatio ad Prælatum, Collegiumque ipſius Eccleſiæ pertinet, ſed Epiſcopi tanquam Superioris eſt inſtitutio, ſeu confirmatio: & ad propoſitum in his terminis vox Prælati computatur pro una voce, Gonzal. *ibidem, n. 73.* Barboſ. *de canonicis, c. 14. n. 7.* & *8.*

Eccleſiæ Collegiatæ Vimaranenſis collatio præbendarum ſpectat ad Priorem & Capitulum, & non ſufficit cum voto Prioris vota duorum Canonicorum concurrere, ſed debet concurrere major pars Capituli, Azeved. *ad l. 14. n. 13. tit. 6. lib. 3 novæ recopilat.* Silva *de benefic. p. 2. q. 17.* Put. *p. 3. dec. 127.* Adverte tamen, quod quoties collatio ſpectat ad Epiſcopum & Capitulum ſimul, conſiderantur tit duo corpora, Panormit. *in cap. Paſtoralis, numero 6. de reſcriptis*, Flamin. *de reſignat. tom. 1. lib. 7. q. 23. num. 39.* Gonzal. *d. ſta gloſſ. 45. n. 51. cum ſequentibus*, Barboſ. *d. cap. 14. n. 4.* Farin. *dec. 2. n. 1. tom. 8. in noviſſ.* Et in his terminis ſi Epiſcopus confert uni, & Capitulum alteri, neutra collatio valet, quia ad invicem ſe impediunt, Garc. *dicto cap. 4. num. 29.* Gonzal. *dicta gloſſ. 45. num. 58.* ubi *num. 6.* teſtatur quod ratione dictæ diſcordiæ vidit ſæpe provideri à Sede Apoſtolica de tali beneficio jure præventionis, & proviſiones Apoſt. effectum habuere, quem etiam vide *num ſequentibus*, & idem jus præventionis Summi Pontificis probat Garc. *dicto cap. 4. num. 33. cum ſequentibus.*

Eccleſiæ

Ecclesiæ Parochialis Rector dicitur in ea prælatus, *cap. in apibus 7. quæst. 1.* cum aliis apud Gonzal. *ad reg. 8. Cancel. glos. 6. n. 100. cum sequentibus*, Barbos. *de officio & potest. Paroch. cap. 9. n. 3.*

Ecclesia Parochialis habet omnes oblationes etiam Capellæ, quæ est infra Parochiam, & Oratorii, vel Sacelli, quod vulgo appellamus *Hermida* Fr. Emman. Roderic. *quæst. Regular. tom. 1. quæst. 36. art. 7.* Stephan Gratian. *disceptat. forens. 349. n. 14 & 15.* ubi addit quod Ecclesia Parochialis habet fundatam intentionem de jure communi super omnibus obventionibus spiritualibus contingentibus infrà suam parochiam, & si Capella est intra Parochiam alicujus Ecclesiæ, oblationes non cedunt Capellæ, sed Ecclesiæ Parochiali.

Ecclesia in his quæ sunt fidei, non potest errare *cap. hæc est fides 24. q. 1. cap. majores, de Baptismo*, Nav. *comment. 4. de Regular. n. 20.*

Ecclesia dicitur mater pauperum, *cap. ad Romanam Ecclesiam 2. quæst. 6.* Surd. *de alim. tit. 1. q. 54. n. 3. cum sequent.* Et Ecclesiastici non debent inhiare lucris, Cald. *cons. 32. num. 3.* Aloys. Ricc. *decis. Cur. Archiepiscopat. Neapolit. n. 2. decis. 65. num. 3 cum sequentibus.* Et in pœnis exigendis non decet esse tenaces, *cap. suam, de pœnis*, Cald. *de resolut. emphyt. cap. 7. num. 1.* Et Ecclesiæ maximè convenit æquitatem observare, Menoch. *cons. 322. num. 52.* Sed Clericorum genus est avarissimum, Boër. *decis. 236. n. 5.* Mascard. *de probat. concl. 160. num. 2.*

Ecclesiæ læsa ob negligentiam Prælati, contra quem est lapsum quadriennium non potest petere restitutionem in integrum, etiam post quadriennium Stephan. Gratian. *disceptat. forens. c. 601. n. 28. 29. 30. & 33.* ubi *à num. 45.* quod in enormissima læsione adversus sententiam conceditur restitutio etiam post quadriennium.

Ecclesiæ in utilitatem, vel civitatis & pupilli, quando versum est mutuum, valet eorum obligatio etiam sine solemnitatibus, Surd. *decis. 55. num. 7. cum seqq.* Gratian. *d. tract. cap. 564. n. 33.* & emptori incumbit onus probandi, Valasc *cons. 83. n. 7.*

Ecclesia una potest præscribere aliam tanquam unitam cum titulo per quadraginta annos, & sine titulo per tempus immemoriale, *cap. cùm ex beneficio, de præbend. lib. sexto*, Clem. unic. *de excess. Prælat.* Mascard. *de probat. concl. 1411. num. 9.* Gratian. *forens. cap. 614.*

Ecclesia vacante cessat præscriptio contra illam, ex Baros. *ad cap. 1. de præscript. n. 4.*

Ecclesia semper possidere & jus habere dicitur, & ideo Ecclesiastica possessio nunquam dicitur vacua, *l. raptores, §. sin autem, Cod. de Episcopis, & cleric.* Bart. *in l. 1. §. fin. num. 4. ff. de acquir. possess.* Guido Papæ *quæst. 355. num. 4.* Gig. *de pensionibus, quæst. 47. num. 9.* Flamin. *de resignat. tom. 2. lib. 14. quæst. 7. num. 50.* Et possessio semper manet penes Ecclesiam, licèt moriatur Prælatus; quia Ecclesia nunquàm moritur, *cap liberti, 12. quæst. 2.* Innocent. *in cap. cùm super, de causa possess. & in cap. cùm in officiis, de testam.* Guido Papæ *quæst. 629. & cons. 188. num. 1.* Gratian. *reg. 222. num. 9.* Tiraquel. *de jure constit. p. 3. limit. 16. num. 3.* Avend. *l. 45. Tauri glos. 6. n. 8.* Marta *de jurisd. p. 4. cent. 1. casu 17. num. 10.*

Ecclesiæ operarius non debet fieri laicus, Rebuff. *tract. nominat. quæst. 15. num. 19.* Mart. *de jurisdict. p. 4. cent. 2. casu 158. num. 2. cum sequentibus*; ubi *num. 10.* ait quod laicus potest fieri operarius in temporalibus, saltem in aliis locis in quibus adest consuetudo, quando Clericus non reperitur idoneus: & *num. 11.* addit quod laicus operarius Ecclesiæ semper conveniendus est coram judice Ecclesiastico pro reddendis rationibus.

Ecclesia dives debet alere patronum, deductis primùm alimentis Rectoris, & impensis reparationum, Surd. *de alim. tit. 4. quæst. 23. num. 14. & tit. 7. quæst. 32. num. 2.*

Ecclesiis sedilia, ac loci honorabiliores quæ quis habet, si ab illis deturbetur, potest agere actione injuriarum, Cordubens. *in l. si quis à liberis, in princip. num. 25. de liber. agnoscend.* Ceval. *Commun. contra Commun. p. 4. quæst. 897. num 237.* Chassan *in catal. gloriæ mundi. p. 1. considerat. 38. concl. 29.* Garc. *de nobilit. glos. 35. num. 59 & de expensis, cap 8. ad finem.* Flor. *in addit. ad Gam. decis. 54.* Stephan. Gratian. *disceptat. forens. cap. 10. num. 14.* ubi *num sequent.* agit de quasi possessione sedendi. Et pro honore competit judicium possessorium, & antiquiori ac nobiliori competit locus honorabilior, & si ab eo deturbetur, fit illi injuria, quàm de facto potest prepellere. Barbosa *ad cap. 1. ut lite pendent. num. 2.* Et injuriarum actio datur contra amoventem scamnum de loco, in quo quis jus defendi habebat, Riccius *decis. Cur. Archiepiscop. Neapolit. p. 1. decis. 68.* Et an possit Ecclesiasticus prohibere scamna in Ecclesia; quando impediunt divinorum Officiorum celebrationem? vide Rebuff. *tract. quando seculares cognosc. de poss. Eccles. n. 35. p. 341.* Et ab Ecclesiasticis non possunt vendi sedimina in Ecclesia, spectata natura loci sacri, & usu ejus ut talis est, onus autem & obligatio accidentaria Clericorum vendi potest, pat. Suar. *de re. g. lib 4 de simonia, cap. 28. n. 23.* acquiritur jus, Molin. *de primog. lib. 1. cap. 24. num 34.* Gabr Pereira *decis. 24. n. 3.* Et potest resistere manu armata, Menchac. *quæst. illustr. cap. 18. n. 18.* Et quis dicatur locus dignior? vide Perez *tit. 6. lib. 1. Ordin. pag. 135.* Azeved. *ad Cur. Pisan. lib. 2. cap. 2. num. 1. cum sequentibus*, Staphil *de literis gratiæ, tit. de prærogat. expect. n. 39. fol. 100.* Bobadil. *in Polit. lib. 1. cap. 12. num. 36.* Gam. *decis. 1. num. 8.* ubi quod in sæcularibus officiis illud dignius reputatur, de cæteris præferendum, quodam loco proximiori reliquiis, vel imaginibus Sanctorum existit in publicis processionibus. Et digniores altiori loco sedere debent. Fr. Emman. Roderic. *tom. 3. quæst. Regular. quæst. 37. art. 2.* Et laici possunt acquirere jus sepeliendi in Ecclesia, retinendi arma, & insignia domus, sedendi & præstandi offertum Sacerdoti, Gratian. *dicto cap. 110. num. 13.*

Ecclesiæ portam manu apprehendens, aut vestem non est avellendus. Sà *in aphorism.* verbo *Ecclesia immunitas, num. 6.*

Ecclesia in dubio præsumitur libera ab onere juris patronatus, Barbosa *ad cap. significavit 41. de testibus, num. 3.*

Ecclesia tenetur solvere onus reale, si res erant illo affectæ antequam ad Ecclesiam pervenirent, *cap. 1. de censib.* Fr. Emman. Roderic. *tom. 2. quæst. Regular. quæst. 65. art. 2. in fine*, Surd. *decis. 20. num. 11.* Azor. *instit. moral. p. 1. lib. 5. cap. 15. col. 415.* Menchac. *usufrequent. cap. 6.* Pat Paul. Comitol. *respons. moral, lib. 1. quæst. 94.* Cald. *de empt. cap. 8. num. 34.* Cabed. *decis. 64. num. 7. p. 2.* Aloys. Ricc. *in collect. decis. p. 5. collect. 185. 2. vers. limita secundò*, Marta *de jurisdict. p. 4. cent. 1. casu 11. num. 28.* Avend. *de exequend. mandat. p. 2. cap. 14. num. 19.* Guter. *pract. lib. 1. quæst. 3. num. 17.* Flor. *var. quæst. 21. num. 66. & num. 134.* Surd. *de alim. tit. 1. quæst. 29. num. 3.* Cald. *de resolut. emphyt. cap. 3. num. 23.* Et emphytentæ ac coloni Ecclesiæ, ratione utilis dominii à laicis collectâ gravari possunt, Gregor. *l. 51. tit. 6. part. 1.* verbo *por razon* Menchac. *d. cap. 6.* Menoch. *de arbitr. lib. 2. casu 180. num. 8. & cons. 75. n. 62. cum seq.*

Ecclesia quando polluatur sanguinis, vel seminis effusione, & reconciliatione indigeat? vide Jacob. de Graff. *de arbitr. confessor. lib. 2. cap. 28.* De viola-

tione Ecclesiæ, & quibus casibus fiat? Vide Sayr. *de censur. lib 5. cap. 16.*

Ecclesia si est consecrata & violetur, debet reconciliari ab Episcopo proprio, vel ab alio Episcopo de licentia proprii Episcopi, vel saltem Episcopus dispensare debet, ut interim in ea celebretur, vide text. *in cap. consuluisti, cap. aqua, & cap. fin. de consecrat. Ecclesiæ vel altaris*, cum notatis per Barbos. *ibidem*, Cened. *quæst. 1. n. 60. & 61. & ad Decretal. collect. num. 5.* Bonacin. *de his quæ pertinent ad usum matrimonii, quæst. 4 puncto ult. num. 26.* ubi etiam quod non incurrit suspensionem, vel irregularitatem celebrando Missas, vel sepeliendo aliquem, persolvendo divina officia in Ecclesia polluta, licet peccet mortaliter: & ad propositum vide Cardos. *in praxi judicum*, verbo *Ecclesia, num. 67.* Barbosa *de offic. Episcopi, p. 2. allegat. 28. per totam.* Et Canonici percipiunt distributiones dum Ecclesia in qua celebrare consueverunt polluta est & violata, Bonacin. *de horis Canon. disp. 2. quæst. 5. puncto 2. §. 6. in unica propos.*

Ecclesiam an deceat habere jurisdictionem temporalem? Vide Sot. *de justit. lib. 10. q. 4. n. 5. cum seqq.*

Ecclesia habens temporalem jurisdictionem venit appellatione dominii temporalis, & judex ab ea constitutus appellatur judex sæcularis, & ligatur edictis & constitutionibus Regis, Senatusconsl. & Arrestis, Cald. *cons. 5. num. 18.* Cabed. *decis. 11. num. 3. & arresto 4. p. 2.* Guillelmus *in cap Raynuntius*, verbo *& uxorem, decis. 2. num. 26. de testam.* Fr. Emman. Roderic. *tom. 2. quæst. Regular. q. 62. art. 8.* faciunt quæ Perez *l. 2. tit. 1. lib. 5. Ordinam. pag. 466.* Avil. *ad cap. Prator. tit. 19. ad finem, fol. 205.* Azeved. *ad l. 5 num. 6. tit. 1. lib. 2. fol. 156. & ad l. 4. num. 3. tit. 7 lib. 3. novæ recopil. pag. 287.* Et appellandum ad Principem, Caldas *cons. 28. num. 52. & num. 58* Perez *in proœm. Ordinam. in 4. quæst.* Guillelm. *dicta decis. 24. cum seq.* Et appellatio est interpretanda à Prælatis jurisdictionem sæcularem habentibus ad Regem, & ejus tribunalia suprema, & non ad Archiepiscopos seu Papam, Paz *in praxi, tom. 2. p. 5. cap. unic. num. 4. ad fin.* Bobadil. *in Polit. lib. 2. cap. 17. num. 196.* remissivè Cened. *ad Decretal. collect. 61. num 7.* Et cùm jus appellandi pertineat ad principis superioritatem, non poterit Princeps ita terras concedere, ne ad eum appelletur, Cabed. *d. p. 2. decis. 40 num 13.*

Ecclesiasticus potest esse Consiliarius Regis, & consulere etiam in causis criminalibus, & leges ac statuta facere, quæ pœnam mortis irrogent, nec ex hoc incurrit irregularitatem, Maria *de jurisdict. n. 4. cent. 2. casu 174. num 5. cum seq.* Et an sit approbatum ministerium sæculare per Ecclesiasticos? Videndus est latissimè Doctor Joan. Salgado de Araujo *p. 1 da Ley Regia de Portugal, discurso 1. n. 103. cum multis sequentibus usque ad num. 176.*

Ecclesiasticus judex non potest laicos extra casum hæresis, vel sortilegii incarcerare, ut videre est per Joan. Andr. & Anchar. *in reg. ea quæ, de regul. juris lib. sexto*, refert multos Palat. *in repetit. cap. per vestras de donat. inter virum & uxorem*, §. 48. *à num. 1.* qui communem esse affirmat, Boer. *decis. 227. num. 11.* Aufrer. *de potest. Ecclesiæ fallent. 1.* Clar. *in pract. q. 37. num. 8.* Perez *ad leg. Ordin. lib 8. tit. 19. l. 48. gloss. ult.* Avend. *ad cap. 1. Prator. cap. 1. à n 22.* Avil. *eod. l. c. 20* verbo *usurpat, num. 11. cum sequentibus*, Azeved. *l. 14. num. 3. tit. 1. lib. 1. novæ recopil.* Et judex Ecclesiasticus non potest allegare consuetudinem, quia ad eam inducendam necessaria est scientia & patientia principis, aut ad minus suorum Officialium, ut cum communi resolvit Balb. *de præscript. 2. p. quinta principalis, quæst. 4. n. 4.* Burg. de Pace *in l. 1. Tauri, num. 233.* Padil. *in l. Actiones, num. 56. Cod. de servit.* Palat. *ubi proximè, extravag. in lib. 13. §. 6. tit. 2. p. 2.*

Ecclesiasticæ personæ non debent cogi solvere exactiones, vulgò *sintas*, sine præcisa & urgenti necessitate, *l. 3. & 11. tit. 12. lib. 1. novæ recop.* Guter. *l. 1. pract. quæst. 3. num. 11.* sequitur Bobadil. *in Polit. lib. 2. cap. 18. n. 314.* Optimum esset habere concessionem Apostolicam, ut Franciæ concessit Papa Bonifacius, Chassan. *in consuetud. Burgund. rub. 1. §. 4. gloss. 3.* & Regibus Hispaniæ Papa Sixtus anno 1483. Illesc. *p. 2. histor. Pontific. l. 6. in vita Innocentii VIII. fol. 139* Barbos. *in l. Titia, ff. soluto matrim. n. 40.*

Ecclesiastici quando possint compelli ad contribuendum pro sumptibus belli? Vide Mart. *de jurisd. p. 4. cone. 1. casu 10.*

Verbo ELECTIO, ELECTOR, ELIGENS; ELIGERE.

ELECTIO ubi committitur arbitrio alicujus & is nolit arbitrari, evanescit compromissum, si factum sit circa substantialia actus, *l. si quis arbitratu, ff. de verb. obligat. l. fin. Cod. de contrah. empt.* & ibi Doct. Menoch. *cons. 93. num. 1.* faciunt quæ Cald. *de resolut. emphyt. cap. 12. num. 11.* Ubi quod consensus uxoris in bonis immobilibus est voluntarius, & vide Molin. *de primogen. lib. 2. cap. 4. num. 41.* Ubi asserit quod electore eligere nolente, succedent in fideicommisso omnes qui ex familia testantis procedunt: Si verò arbitrium sit circà appendices & accidentalia actus; tunc si ille, in cujus arbitrium collata fuerit electio, noluerit arbitrari; recurrendum est ad arbitrium boni viri, Menoch. *ubi proximè, num. 19.* Valasc. *de jure emphyt. quæst. 11 num. 11.* ubi ait recurrendum esse ad judicem, tanquam ad virum bonum, & faciunt tradita per Tiraquel. *de pia causa, privil. 45.*

Eligens dignum ad beneficium, omisso digniori peccat mortaliter, & tenetur illi ad restitutionem in beneficiis provisis per concursum, & in Episcopatibus, Garc. *de benefic. p. 7. cap. 16. num. 1. cum seqq.* de quo etiam agunt Perez *l. 2. tit. 6. lib. 1. Ordinam. pag. 150.* Cened. *ad Decretal collect. 56. num. 6.* Bobadil. *in Polit. lib. 1. cap. 3. num. 76.* Azor. *institut. moral. p. 2. lib. 6. cap. 15. col. 279.* Cald. *de potest. elig. cap. 11. num. 8.* Jacob. De crassis *de arbitr. confessar. lib. 2. cap. 19.* Paul. Comitol. *lib. 1. respons. moral quæst 77.* Beja *casuum conscient. p. 3. casu 38.* Molin. *de primogen. lib. 2. cap. 5. num. 50.* Fr. Emman. Rodetic. *tom. 2. qq. Regular. quæst. 53. artic. 5.* Flamin. *de resignat. lib. 4. quæst. 11. num. 35. & num. 39. & num. 46. & lib. 8. quæst. 9. num. 39.* Gnizal. *ad regulam 8. Cancellariæ, glossa 4. num. 128. cum seq.* qui duo affirmant, quod peccat mortaliter, valet tamen electio. Barbos. *ad cap. cùm nobis 16. num. 4. & 5. de elect.* Ubi asserit quod peccat mortaliter; & non tenetur ad restitutionem, secus si ei fuerit acquisitum jus. Et tenetur quis in rigore eligere digniorem: quoad praxis verò observationem sufficit eligere dignum, omisso digniori, Phœb. *parte 2. decisione 109. à num. 16. juncto numero 50.* ubi *num. 24. cum sequentibus, & num. 26.* quod electio indigni est ipso jure nulla, & pro ea vice privatur eligens facultate eligendi. Et electio in concursu parochialis facta de digno, omisso digniore, est nulla. Barbos. *in collect. ad Concilium Trident. sess. 24. de reformat. cap. 18. à num. 136.* Et si reperiantur duo æquè idonei, patronus Ecclesiasticus potest gratificare & præsentare unum ex illis quem maluerit, Garc. *de benefic. p. 9. cap. 2. num. 265. cum seq.*

Electio ubi est facta, quæsitum est jus electo, & eligentes electionem revocare non possunt, Aloys. Ricc. *decis. Cur. Archiepiscopat. Neapolit. part. 2.*

decis.

*decis.*280.*num.*2. ubi *à num.*3. quod variatio in jure reprobatur in præjudicium partis. Ex electione vel præsentatione acquiritur tantùm jus ad rem, Flam in. *de resignat.lib.*2.*quæst.*23.*& lib.*7.*quæst.* . *à num.*78. Garc. *de benefic.p.*4. *cap.*3.*num.*61.*&* 69. Barbosa *de clausulis, clausula* 44.*num.*9.*& de offic.& potest.Episcopi,p.*2.*alleg.*57.*num.*197.

Electores si sint excommunicati vitandi privantur potestate eligendi, Barbosa *de canonicis,cap.*41.*n.* 4. *& in cap.unic,ne sede vacante,lib.sexto,num.*6. Bonac. *de excommunicat.disp.*2.*quæst.*2. *puncto* 5. *in secunda propositi.num.*6. Suar. *de censur. disputat.* 14. *sect.* 2. *à num.*7. Cabed. *decis.*84. *num.*15. *tom.*2. Marta *de jurisdict.p.*3. *cap.*9. *num.*43. ubi *num.*45. quod electio excommunicati non valet: & vide text. *in cap. cùm inter* 1. *de elect.* ubi Barbosa *num.* 4. *&* 5. *cap. cùm dilectus* 8. *de consuetud.* ubi etiam idem Barbos.*n.*12. *&* 19. *& cap.constitutis* 46. *de appellat* quibus probatur quod electio electoris excommunicati vitandi est illicita & nulla. Excipitur ab hac regula electio Summi Pontificis, quæ valida est, etiamsi Cardinales electores sint excommunicati, *Clemone Romani,*§.*cæterum.de elect.*

Electionem non ritè factam de aliquo Officiali ad inserviendum Reipublicæ, potest quilibet de populo impugnare, quia interest Reipublicæ habere plures, à quibus defendatur, *l.nam & interest, ff.de novi operis nuntiat.* Gloss. *in l. Reus delatus,ff. de muner. & honor.* Avend. *de exeq.mand. lib.*1.*cap.*19.*n.*27. Azeved. *ad legem* 1. *num.*6. *tit.*14. *lib.* 5. *novæ recopilat.* Burg. *cons.*10.*num.*20 Cabed. *decis.*112.*parte* 1. *& decis.*84.*num.*16 *cum seq.parte* 2. Mathiens. *ad l.*1. *tit.*14.*glos.*8.*lib.*5.*novæ recopilat.* Bobadil. *in Polit.l.*3. *cap.*8.*num.*17. Et quando impeditur possessio, non est quis mittendus in possessionem, Ordinat. *lib.* 4. *tit.*58. §.3. ibi: *No achando quem lha contradiga.* Et probat textus *in l.fin. Cod.de edicto divi Adriani toll. & l.fin Cod.quibus ad libertatem proclamare non licet.* Avend. *d.cap.*19.*num.*23 Cepol. *cautela* 234. Vincent. de Franch. *decis.*419.*num* 1. Azeved. *ad Curiam Pisanam lib.*2.*cap.*4. *num.*14. Phœb. *decis.*65 *tom.* 1. Cabedus *ubi proximè.* Et si est in possessione, non debet eâ privari ante sententiam, Aloysius Riccius *decis. Curiæ Archiepiscopatus Neapolit.parte* 1.*decis.*132. Et quid si princeps concessit officium inhabili, quem probat esse habilem? Vide Rebuff. *in l. Barbarius, num* 18.*ff.de officio Prætoris.* Et si quis opponat contra electum aliqua crimina, vel defectus, & non probet, tenetur actione injuriarum. Farinac. *de delictis,parte* 1. *lib.*1.*tit.*2.*quæst.*16.*num.*69. *& p.*3.*praxis crimin. tit. de variis, & diversis criminibus, quæst.*105.*num.*233. *& p.*4.*cons.*30.

Eligere nemo potest seipsum, *cap.cùm in jure perfinis*, & ibi Gloss. *de elect. cap.Cumana*, ubi Gloss. verbo *ad majorem, eod.tit. cap.per nostras, de jurepatron.cap.fin.de institut* Mar. Antonin. *var.lib.* 1. *resolut.*51.*num.*1. Put. *decis.*253. *num.*1.*p.*3. Lambertin. *de jurepatron.lib.*2.*p* 1.*quæst.*5.*princip.art.* 5. *num.* 2. Joan. Maria Bellet. *disquisit. clerical.p.*1.*tit. de bonis clericor.*§.11. *num.*23.*pag.*527. Azeved. *ad Curiam Pisanam, lib.*2.*cap.*11.*num.*7. Cardin. Tusch. *tom.*3. *lit.E, concl.*72. Cened. *ad Decretal.collect.*99.*num.*3. Amplia in præsentatione, ex text. *in dicto cap. per nostras*. Campanil *in diversor. juris Canon. rub.* 11. *cap.*13. *num.* 598. Limita quando electio fit à pluribus, tunc enim potest unus seipsum eligere cum aliis, ut ex textu *in dicto cap.cùm in jure*, & ab eo citatis notat Mar. Anton. *d.resol.*51.*num.*5. Et de nominatione, quod non potest quis nominare seipsum tradit Valasc. *consult.*193.*num.*8.

Verbo ELEEMOSYNA.

ELEEMOSYNÆ plura circa ejus obligationem, virtutem, fructus, effectus & hospitalitatem, vide per Pat. Joan. Lorin. Societatis Jesu *in Act. Apostolorum, cap.*9. *vers.*36. *ad fin.* Tolet. *in sum. l.*8.*cap.*27.*cum sequentibus,* Paul. Fusch. *de visit. lib.*1.*cap.*5. Stephan. Gratian. *disceptat.forens.c.* 176. Mart. *de jurisdict.p.*4.*cent.*12.*casu* 163.*num.*12.*&* 13. Azor. *instit.moral.p.*2. *lib.*12. *cap.*7. *col.*1262. *cum sequentibus, & cap.*13.*col.*1277. Attraez *dial.*8. *cap.* 4. Spin. *de testam.gloss.*6.*princip. num.*1. *&* 6. Surd. *de alim. tit.*1.*quæst.*90. *& tit.*3.*quæst.*3. *num.*27. Cened. *ad Decretum, collect.*27.*&* 36.*& ad Decretal.collect.* 118.*num* 1. Chassan. *in catalogo gloria mundi, p.*11. *consideral.*46 Menoch. *de arbit.lib.*2.*casu* 182. *n.* 43. Cordub. *in l.si quis à liberis*, §.*etsi impubes,num.* 37. *ff. de liber.agnosc.* Tiraquel. *de pœnis,casu* 44.*num.*10. Mex. *in tract.taxæ panis,cancl.*1. *num.* 5. Gonzal. *ad reg.*8. *Cancel. gloss.*2.*num.*21.*&* 22. Pinel. *tom.* 2. *in Job.cap.*30. *vers.*25. *p.*490.*&* *cap.*31. *vers.* 20. *ad fin.* Sanch. *de matrim.lib.*6. *disp.*36. *num.* 3. Beja *casuum conscient.p.*2.*casu* 25. Cald. *in princip.instit. de inoffic. testam. num.*13. Barbos. *ad cap. quiescamus, dist.* 42. Næv. *comment* 2 *de Regular.n.*40. Guter. *lib.*3.*pract. quæst.*61.*n.*1. Et Clerici beneficiati arctiùs tenentur ad eleemosynas, quàm laici, Azor. *d.lib.*12.*cap.*11. *col.*1271. Et Episcopi possunt compellere subditos ad eleemosynam, Fr. Gabr. de Toro *in lib. intitulado thesouro da misericordia,cap.*50. Et pauper potest implorare judicis officium, quo ei succurratur per eleemosynam à divite, ut ultra suprà citatos tradit Menoch. *dicto casu* 182.*num.*43.

Eleemosyna in extrema necessitate est de præcepto, *cap.pascefame,*86. *dist.* Nav. *in man.cap.*24. *n.* 3. *&* 4. D. Anton. *p.*2.*tit.*1.*cap.*24. Cov. *lib.*3.*var.c.* 14. Mart. *de jurisdict.p.*4.*cent.*2.*casu* 163.*n.*13.

Eleemosyna potius est danda consanguineis indigentibus, quàm externis, *cap.est probanda,*86. *dist.* D. Thom. 2. 2. *quæst.*31. *art.*3. Surd. *de alim. tit.* 1. *quæst.*92. *&* 93. Menoch. *cons.*321. *num.*3. *& de præsumpt. lib.*4.*quæst.*125.*num.*13. Et pauper nobilis præfertur ignobili, Surd. *dicta quæst.*93.*num.*30 *cum seq.* ubi alia adducit circa prælationem eleemosynarum: An uxor possit facere eleemosynam sine marito? Vide Azor. *instit.moral. p.* 2. *lib* 12. *cap.* 10. *col.* 1270. Paul Comitol. *responsor.moral lib.*4.*quæst.* 24.*num.*2. Valdes. ad Soar. *p.*2. *pag.*39. Barbos. *in l.*1.*iff. soluto matrim. p.*1-*num.*39. *&* 40. Spin. *de testam. gloss.* 6. *num.*23. Cabed. *decis.*106. Et an eleemosynæ minutim datæ à marito sint deducendæ de tertio dantis, & filiis afferant præjudicium in legitima? Vide Sanch. *de matrim.lib.*6.*disput.*36. *à num.*8. ubi negat si sint donationes non immodicæ factæ prudenter pro modo substantiæ? Et an uxor possit furari marito notabilem quantitatem, & peccet? vide Sayr. *clavis Regiæ lib.*9. *cap.*16. *num.*1. *cum sequentibus*, ubi quod peccat mortaliter si consumpsit in eleemosynis: & *num.*12. quid in consumptis à marito in operibus piis, an uxori sit restituenda sua dimidia pars: & de consumptis ludendo & meretricando, ultra eundem vide Valasc. *de partit.c.* 24. *num.*15. *cum sequentibus,* Matiens. *ad l.*5. *tit.*9.*glos.*6. *num.*7. *l.*5.*novæ recopilat.* Guter. *pract.lib.*2.*quæst.* 12. *num.ult.* ubi asserunt quod maritus in conscientia non tenetur restituere uxori malè consumpta, quamvis peccet malè consumendo.

Verbo EMPHYTEUSIS, EMPHYTEUTA, EMPHYTEUTICARE, EMPHYTEUTICUS.

EMPHYTEUTA & colonus in multis differunt, nam colonus potest allegare sterilitatem, *cap. propter sterilitatem, de locato*, secus est in emphyteuta, qui tenetur solvere pensionem integram, etiamsi fructus pereant, ut probat text. *in l. 1. Cod. de jure emphyt.* & *in §. adeò, Inſtit. de Locato*, cum aliis de quibus per Valasc. *de jure emphyt. quæſt. 27. à num. 1. junctò num. 7.* Clar. *in §. emphyteuſis, quæſt. 8. num. 7.* Quando verò emphyteuta solvit magnam pensionem fructibus respondentem, tunc fiet remissio, sicut in locatione, ex Valasc. *ubi proximè, num. 7. quæſt. 29. num 24.* Mascard. *de probat. concl. 1333. num. 10.* Barbos. *in . i certio, §. fin. p. 1. num. 70. ff. ſoluto matrim.* Et in locatione, quando res pro parte perit, potest conductor petere remissionem pensionis, *l. ex conducto, §. 1. ff. l c t*, minimè verò emphyteuta qui tenetur solvere integram pensionem, etiamsi res in emphyteusim concessa pro parte perierit, juxta illud: Si pereat tota, liberabitur emphyteuta, & si pro parte nulla liberabitur emphyteuta, & si pro parte, nulla liberabitur arte; & est recepta traditio, ut per Tiraquel. *de retr. lign §. 34. gloſ. . num. 4. & 5. & ad fin. tit. num. 75.* Valasc *de jure emphyt quæſt. 4 num. 4. & quæſt. 26. num. 8. & quæſt. 27. num. 2.* Clar. *d. quæſt. 8. num. 8.* Gregor. *ad l 28. tit. 8. part. 5.* Cened. *ad Decretal. collect. 144. num. 74.* Colonus non amittit melioramenta, quæ dominus directus tenetur ei solvere, juxta text. *in l. penult. ff. locati*, & habet jus retentionis, donec sibi soluta sint, *l. ſi in area, ff. de condict. indebiti*, quod non habet locum in emphyteuta qui tenetur rem meliorare, si incidit in commissum, amittit meliorationes, *Authent quirem, Cod. de sacr. Eccl.* resolvunt Menoch. *d interd. remedio 15. recup. poſſeſſ. num. 503.* Barbos. *ubi proximè*, Cened. *d. collect. 144 num. 29.* Valasc. *de jure emphyt. quæſt 25. num. 2.* Colonus non solvit laudemium, quemadmodum emphyteuta tenetur, quando vendit fundum sibi in emphyteusim concessum, juxta text. *in l. fin. Cod. de jure emphyt.*

Emphyteuticus contractus requirit scripturam, *l. 1. Cod. de jure emphyt.* Ordinar. *lib. 4. tit. 19. in prin.* ubi Barbos. *num. 2.* Clar *in §. emphyteuſis, quæſt. 4.* Valasc. *de jure emphyt. quæſt. 7. num. 5.* Cald. *de renovat. emphyteuſis, quæſt. 2. num. 2. ad fin.* Stephan. Gratian. *diſcept. forenſ. cap. 188. à num. 1. & cap 447 num. 5. & 8.* Ceval. *commun. contra commun. quæſt. 356.* Intellige de probatione contractus, non verò quoad substantiam scripturæ, Valasc. *d. q. 7. n. 6. & conſ. 34. n. 4. tom. 1.*

Emphyteuſis præsumitur concessa, licèt instrumentum emphyteuticum non ostendatur, si quis ad titulum emphyteusis solvat alteri unicam & uniformem pensionem quotannis per decem annos, *l. cum de in rem verſo, ff de uſur.* Valasc. *de jure emphyt quæſt. 7. n. 33.*

Emphyteuta naturaliter possidet, Surd. *conſ. 307. num. 33.*

Emphyteusi bonorum Ecclesiæ pro ingressu prohibetur quis solvere aliquid, *ex conſtit. Bracar. 3. t. 19* de quo vide Valasc. *de jure emphyt. q. 10. num. 1. 2. 3. tit. 41.* Si tamen ingressus sit lucrosus, & pensio constituta sit modica, poterit annullari emphyteusis facta per dominum directum cum pecunia recepta pro ingressu, quasi in fraudem successorum, idem, Valasc. *num. 5.* ubi *n. 6.* cum aliis tradit, quod non manebit tutus in conscientia, qui ultra justam pensionem receperit aliquid pro ingressu, quia peccat contractus in æquilibrio justitiæ, sicuti non est tutus, qui decepit in pretio, licèt non ultra dimidiam.

Emphyteuta nominatus, etiamsi possessionem non apprehendat, & absens sit, statim acquirit jus, Ordinat. *lib. 4. tit. 37. §. 2.* Cald. *de poteſt. elig. cap. 6. præsertim n. 20.* facit tex. *in l. cum pater, §. ſurdo, ff. de leg. 2. l. à Titio, ff. de verb. obligat. cap. ſi tibi abſenti, de prabend. lib. 6.* Bart. & Bald. *in l. unum ex familia, §. 1. ff. de legat. 2.* Tiraquel. *in l boves, §. hoc ſermone, in prima limit. a num. 1. ff. de verb. ſignificat.* Molin. *de primogen. lib. 2. cap. 4 n. 37.*

Emphyteuticus contractus, non sequuta traditione non transfert dominium, *l. ſi ager 30. ff. de rei vendicat. l. traditionibus, Cod. de pactis, l. cum ſponſus. §. in vectigalibus, ff. de public. in rem act.* Mol. *conſ. 106. n 6* Alciat. *in d. l. traditionibus, ad fin. & conſ. 589. n. 1.* Valasc. *de jure emph. q. 14. n. 3. & 7.* ubi *n. 6* quod ex solo emphyteutico contractu non quæritur dominium utile, nec in rem actio, nisi demùm traditione sequuta & vide Gabr. Pereira *dec. 123. num. 11.* Et hoc procedit etiamsi aliquis acquirat sibi & aliis, quos nominabit, quia etiamsi aliquis acquirens possideat, reliquis non acquiritur actio realis ante traditionem, sed personalis, ut probat text. *in l. quoties, Cod. de donat quæ ſub modo*, Cov. *lib. 1. var c. 14. n. 3.* Alciat. *in cap. cum contingat, n. 112. de jurejur.* Alex. *in l. ex facto, ſi quis rogatus 1. num. 21. ff. ad Trebell.* & isti primo dominium non acquiritur sine traditione, vide Valasc. *dicta quæſt. 14. n. 7. & quæſt. 18. n. 36.* ubi quod si dominus rem uni emphyteuticavit, nec tradidit, deinde emphyteuticavit alteri, & illum vult in possessionem mittere, quod primus poterit se opponere, ne secundus mittatur in possessionem: vide etiam Cald. *de poteſt. elig. cap. 6. n. 21.* ubi quod nominatus primo loco præcedit, licet secundo emphyteusis sit tradita, contrarium resolvit Barbosa *in l. divortio, in princ. 2. p. n. 22. junctò n. 10. ff. ſoluto matrim.* Et nominatus ad emphyteusim acquirit dominium sine traditione, Cald. *de poteſt. elig. cap 9. n. 13.* Et emphyteusis traditio atque concessio primo facta videtur facta nomine omnium nominatorum sequëtium, & si traditio in continenti primo facta fuerit mortuo possessore, operabitur dominii translationem in sequentes. Valasc. *de partit. caſt. 31. num. 10.* quem vide *conſult. 159. num. 32.* ubi quod emphyteusi facta duobus, primus cum potius jus habeat, potest se opponere traditioni, quam dominus vult facere secundo, & postulare ut cogatur sibi tradere.

Emphyteuticus contractus est stricti juris. Steph. Gratian. *d ſcept forenſ. cap. 447. n. 16.*

Emphyteusi quod solitum est attendi debet. Cald. *de poteſt. elig. cap. 6. n. 2.*

Emphyteusis est servitus, *l. ſi tibi homo. §. fin. in fin. ff. de legat. 1.* Mascard. *de probat. concluſ. 209. n. 4.* Cald. *de renovat. quæſt. 13. num. 36.* Et servitus non præsumitur, sed libertas, *l. altius, Cod. de ſervit. & aqua:* & ideò qui dicit rem debere aliquam servitutem, illud debet probare, & non allegare solùm, ut probat Mascard. *concl. 1215. num. 68.* & in terminis in feudo Rol. *conſ. 32. à num. 19. lib. 4.*

Emphyteutam eo ipso quod dominus constituit, videtur constituere procuratorem in rem suam, *l. 1. §. fin. ff. de novi operis nuntiat.* & notant ibi Alex. Jaſ. & alii, & tradit Bald. *in l. ea lege, ad fin. num. 14. Cod. de uſur.* & in emphyteuta ita nominatim resolvunt Socin. *conſ. 111. num. 14. lib 2.* Alciat *reſp. 116. in fine*, Cald. *de renovat. quæſt. 17. num 26. & de empt. cap. 24. num. 24.* Gabr. Pereira *deciſ. 15. n. 2. ad fin. & deciſ. 31. num. 24.*

Emphyteusis in dubio præsumitur antiqua. Cald. *de reſolut. & extract. emphyt cap. 20. num. 50.*

Emphyteusis simpliciter accepta, videtur accepta secundùm

secundùm ejus naturam, & consuetudinem, Molin. *de primoge. lib. . cap.3.num.5.*

Emphyteuta non potest recedere à tenore contractus emphyteuci, *l.1 & 2 Cod.de iure emphyt.* Gam. *decis.*134.incipit, *Accepta emphyteusi,n m.13.*

Emphyteusis tenor primæ investituræ est servandus,Flor.ad Gam. *decis.*36.*num.*1.Molin. *de primog. lib.1. cap.2.n.* 4. Menoch. *cons.*111 *n.*64.*cum seq.& cons.*148.*num.*2 . *& de præsumpt.lib.*3. *præsumpt.*92 Phœb. *de is.*29.*n.*6. Cald.*cons.*40.*n.*8.*& de nomin.at. q.*7.*n.*7.*cum seq. & de potest.elig.cap.*3 *n.*15.*& c.*11. *n.*4. *& in responso pro Societate JESV, num* 8. Gut. *cons.*12. .1.Cabed. *decis.*140.Stephan.Grat.*discept. forens.cap.*88. *num.*1.*&* 27. *cum seqq.* Bernard grævv. *ad Pratt.Cam Imper.l.*2.*concl.*50.*considera.*1. Farinl *decis.Rotæ Rom* 218.*cum seqq. & decis.*231.*num* 1.Et investituræ antiqua forma in alterius præjudicium mutari non potest, Marta *de iurisdict.p.*4 *cent.*1. *casu* 20. *num.*40. Et quando est recessum ab antiqua forma concessionis,dicitur novum,& non antiquum feudum,Avend. *ad l.*42. *Tauri,glos.*1.*num.*2.

Emphyteusis non potest donari, vel legari ei qui non est vocatus ex forma investituræ,Bart. *n l.si donans,§.fin.ff.ne leg n.*1 Surd *decis.*93.*num.*21.

Emphyteuta non potest mutare rei formam, & deteriorem facere sine domini consensu, Surd. *decis.*300 Stephan.Gratian.*discept.forens.cap.*21.*n.*33. *& cap.*654. *a prin.* Borrell. *in summa decis. tit.* 33. *num.*208.Menoch.*c nsil.*13.*num.*17.*& cons.*37 *c. n.* 31. Barbos. *in l.divortio,§.si fundum,num.* 0.*& §. si vir, n.*32.*&* 34.*ff.soluto matrim.* Cald *de resolut.emphyt. cap.*7.*num.*47 *& forens.lib.*1.*q.* 1.*num.*10 Cened *ad Decretal.collect.*144.*num.*41.

Emphyteusi non habet locum jus accrescendi, Stephan.Gratian *discept.forens.cap.*272.*n* 36.

Emphyteutica concessio non est donatio, nec requirit insinuationem, Valasc. *consult.*95.*n.*3.*&* 10. Et ex concessione emphyteutica utile dominium emphyteutæ acquiritur, *l.* 1.*ff.si ager vectig.*ubi glossa communiter recepta, Cald. *de renovat. mphyt q.*10. *n.*25.*&* q.16.*n.* .

Emphyteuta tenetur recognoscere novum dominum succedentem in jure directi dominii, Surd. *de alim. tit.*8.*privil.*52. *n.*3. *cum seqq.* & illi ostendere titulum, Barbos.*in cap.constitutus* 47.*de elect.num.*3. *cum* 2.*seqq.*

Emphyteutica nominatio revocatur per nativitatem filiorum,& in ea habet locum text.*l.si unquam Cod.de revocandis donat.* Valasc. *consult.*61.*n.*8.Flor. *in addit.ad Gam decis.*173.

Emphyteusi habet locum remedium *l.*2. *Cod de rescind.vendit.* Valasc.*de jure emphyt.q.*11.*n.*19 *cum sequentibus,* Menoch.*cons.*358.*n.*15.Mascard *de probat.concl.*1396 *n.*34.Flor.*ad Gam.decis* 258 Quarant *in summa Bullar.* verbo *alienatio.pag.*13. Et judicata læsione non rescindetur omninò emphyteusis,sed ad arbitrium boni viri reducetur pensio,Cald.*in l.si curatorem*, verbo *implorare,num.*51. *Cod. de in integr. restitut.minor.*Garc. *de nobilit.glos.*6.§.1.*ex n.*56.Stephan Gratian. *discept.forens.cap.*242.*n.*25.

Emphyteusis datur ad meliorandum, Surd. *decis.*78.*n.*17. *& decis.*198.*num* 3.*& decis.*300.*num.*21. *cum seqq.* Cald. *forens.lib.*1.*c.*11. *num.*6 *& in §. sed hac, Inst.de inofficios.test.an.p* 2.*num.*82 Et quæ acquirit emphyteuta ultra emphyteusim, an ea acquirat domino directo : vide Tiraquel. *de retract lign.§* 12. *glos.*1.*num.*76.

Emphyteusi concessa pro tribus personis, sunt tres concessiones, Bart. *in l.mortis causa ff. de donat. causa mortis,*Cald. *de empt.cap.*32.*n.*47.

Emphyteusi maritus & uxor non reputatur pro una vita & persona, Concil.Brachar.IV.*act.*3.*cap.*27 *pag.*107. Constit.portugal. *tit.*11.*constit.*2.§.10. Ordinat.*lib.*1.*tit* 62. §.46.Et emphyteusis facta in quatuor viris,non valet nisi in tribus,juxta resoluta per Tiraquel. *de retr lign.tit.*1.*glos.*2.*n.*38.Cald.*de resol. emphyt.cap.*1.*n.*41.*& de nominat.q.*19. *n.* 81.Cardos. *in praxi judicum & advocat.* verbo *emphyteusis,n.*22. Et emphyteusis Ecclesiastica, si concedatur ultra tres vitas, ad tres tantummodo reducitur, Gam. *decis.*72.*num.*2.

Emphyteusis jus primæ personæ durat in vita ipsius, etiamsi per alienationem transferat dominium & possessionem in alium, Ordinat. *lib.*4.*tit* 38. §.5. Cald. *de renovat.q* 7.*n.*7.*& de resolut. emphyt cap.*21 *n* 4. Barbos. *in l.usufructu,num.*29.*ff.sol. matr.* Gam. *decis.*283. *incip. Accepta emphyteusi.*

Emphyteusis quando transit ad comprehensos in investitura, non requiritur Domini directi consensus, nec solvitur laudemium, Gam *decis.*116. *n.*5. Cald. *de nominat.q.*10.*n.*30. Valasc. *consult.*71.*n.* 16 *& de jure emphyt.q.*18.*num.*18.Barbos.*in l.usufructu, num.*25. 26. *&* 28.*ff.soluto matrim.* Cabed.*decis.*103. *in fine, p.*1. Episcopus Barbosa *ad cap.potuit, fin. de locato,num.*79.

Emphyteusis concessione quando emphyteuta alterum non nominat, devolvitur domino directo,ut nominet quem voluerit : ita per citatos à Barbos.*in remiss.ad Ordinat.lib.*4 *titul.*36.§.2.*num.*4.quibus adde Gam. *de potest.eligendi cap.*12 *n.*5.*& forens.lib.*2. *quæst.*38.*num.*19 Phœb.*decis.*29 *p.*1.Idem procedit si nominatio fuerit nulla,seu revocata,Cald.*de nomin. quæst.*10.*n.*37.faciunt quæ idem *cons.*13.*num.*8.*vers. ea erium*, Aloys.Ricc.*decis.Cur. Archiepiscopat.Neapolit.p.*2 *decis.*207. *num.*1 Et electio personarum in nominatione pertinet ad dominum directum, Cald. *de renovat.quæst* 17.*propè finem.*

Emphyteuta si non exhibeat instrumentum concessionis,expelli potest, quia præsumuntur vitæ finitæ, Petrus Barb. *ad l.*5.*n.*230.*Cod.de præscript.*30 *vel.*40.*an.*

Emphyteuta juris si est Ecclesiæ, nec constat an sit secunda, vel tertia persona, judicabitur in dubio quod sit tertia, Menoch. *de præsumpt.lib.*3.*præs.*109. Cald. *de renovat.q.*15.*n.*23. *cum seqq.*Gam.*decis.*244. *alias* 245. *num.*3.*& decis.*276. *ad finem,& decis.*297. *num.*3. Gabr.Pereira *decis.*37.*num.*11.concordat Archiepiscop. Bracharens.*tit.*19.*constitut.*2.& Portugalens. *tit.*21.*constit.*2.& Conimbric.*tit.*15.*constit.*10. Nam emphyteusis Ecclesiastica non potest concedi ultra tertiam generationem. Cardoso *in praxi judicum & advocat.* verbo *emphyteusis,p.*12.

Emphyteuta qui acquisivit emphyteusim, cum potestate nominandi alium, ita quod altero mortuo in alium veniat,adveniente casu,qui supervivit, habet jus reivendicationis, Speculat. *tit. de locato*, §.*nunc aliqua, versic.Septimo*, Chassan *cons.*57.*n.*53. Ozasc. *decis.*85. *num.*10.

Emphyteuta, qui emphyteusim pignori dedit in persona creditoris, non durabit plus pignus, quàm duret emphyteusis in persona debitoris, Cabed.*decis.*134.*num.*1.*p.*1. Valasc. *consult.*186.*p.*2.Et executio fieri non potest in emphyteusi nominationis, nisi vivente domino: si quod ante finitam executionem moriatur victor, non poterit illam prosequi, Gam. *decis.*5.*num* 9 Cald. *forens.quæst.*20.*num.*35.Cabed. *ubi proximè.*

Emphyteusis concessa pro eo quem nominabis, cùm sit Ecclesiastica,an si instituatur ab emphyteuta hæres aliquod collegium, vel fratria, possit hujusmodi collegium sic constitutum succedere in ista emphyteusi, attenta dispositione Ordin. *lib.*2.*tit.*18 *in princ.& §.*1.& teneatur intra annum vendere alicui privato ? vide Cald.*de potest.elig.cap.*1.*num.*13.*cum*

sequentibus,

sequentibus, & de extinct. emphyt. cap 10. *n.* 21. Aloys. Rice. *de if. Cur. Ar hiepiscop. Neapolit. p.* 1. *decis.* 136. Stephan. Gratian. *discept. forens. cap.* 481. *n.* 64. *cum sequentibus*, Valasc. *consult.* 101. *num. ult.* Azor *instit. moral. p.* 1. *l.* 12 *c.* 8. *col.* 1196. ubi asserunt quod intra annum possunt vendere, & ita praxis observat.

Emphyteusis dote vel donatione facta à patre filiæ, consensus domini non exigitur, nec ex his debetur laudemium, nisi dos detur per æstimationem, quæ facit emptionem, Gam. *decis.* 127. *num.* 2. Cald. *de resol. emphyt. cap.* 10. *num.* 25. *& cap.* 16. *n.* 42. *&* 44 Valasc. *de jure emphyt. q.* 14. *num.* 10. cum aliis citatis per Barbos. *ad cap. potuit, de locato, n.* 57. Et non potest donatarius, vel gener dotatus, aut filia in possessionem mitti, nisi prævia domini directi notificatione, Ordinat. *lib.* 4. *tit.* 38. *in princip.* ibi, *& Odavia lho fara saber*, &c. Valasc. *dicto num.* 10. Intellige si filia sit de comprehensis in investitura, aliàs non ex Barbos. *in l. usufructu ff. soluto matrim. num.* 25. 26. *&* 28. Cald *forens. lib.* 1. *quæst.* 23. *n.* 90. Et quamvis ad nominandum, donandum, & dotandum res emphyteutica non sit necessaria domini directi licentia, secus est in transferenda possessione & traditione emphyteusis, Phœb. *decis.* 105. *n.* 23. *p.* 2. Et Ordinat. *dicto loco*, ibi, *ou dotar*, quæ prohibet donationem, & dotis dationem fieri sine consensu directi domini, solùm intelligi debet in casibus, in quibus dos extraneis datur, non filiis. Gam *decis.* 245. *n.* 6. *&* *decis.* 283 *n.* 2. Cald. *dicto cap.* 10. *n.* 27. *&* *n* 31.

Emphyteuta qui habet potestatem nominandi in vita, vel in morte, an possit variare, etiamsi transferat jus quod habet, vel det in dotem? quæstio est multùm ventilata, de qua vide Ord. *lib.* 4. *tit.* 37. *in princip.* Valasc. *consult.* 102. Gom. *ad l.* 40. *Tauri, num.* 50. Molin. *de primogen. lib.* 2. *cap.* 4. *num.* 24. Gam. *decis.* 173. *num.* 6. Est tamen advertendum, quod si titulus emphyteuticus dicat in vita, vel in morte, tunc si in vita eligit, non potest variare, quia videtur alteri renuntiare, argum. *l. post diem, ff. de leg. commiss. & l. si quis ita stipulatus* 129. *ff. de verbo. obligat.* resolvunt expressè Valasc. *dicto cons.* 102 *n.* 13. 18. *&* 29 Cald. *de potest elig. cap.* 4. *num.* 39. *cum sequentibus*, Gabr. Pereira *dec.* 9. Et nominatio ac donatio etiam in vita facta ab illo qui usque ad mortem eligere tenebatur, revocabilis dicitur, Phœb. *decis.* 105. *n.* 50. *p.* 2. cum quo concordant Valasc. Molin & Gam. *dictis locis*. Quod actus favore dotis faciat donationem irrevocabilem, probat text. *in l. si ego, §. res. ff de jure dotium*, Avend. *ad l.* 44. *Tauri, glos.* 16. Flor. *var. quæst.* 22. *num.* 18. *cum sequentibus*, Cald *de potest elig. cap.* 4. *num.* 35.

Emphyteusis non communicatur inter maritum & uxorem. Ordinat. *lib.* 4. *tit.* 95. §. 1. *in princip.* Cald. *de empt. cap.* 27. *num.* 36. *cum seq. & decis.* 121. *n.* 2. Ideo emphyteusis uxoris non potest vendi pro delicto mariti, Valasc. *de partit. cap.* 24. Palat. *in repetit. rub.* §. 66. *num.* 24. *&* 30. Quod uxor non possit nominare ad emphyteusim, inconsulto marito, per actus inter vivos, probat Benedict Ægid. *in l. ex hoc jure, ff. de justitia & jure, cap* 7.

Emphyteusi concessa sibi & filio, deficiente filio non potest nominari extraneus. Menoch. *cons.* 129. *n.* 27. Cabed. *decis.* 140. *p.* 1 Flor. *ad Gam. decis.* 1. *n.* 7. Et si filius nolit acceptare, an locus sit sequenti? vide Surd. *decis.* 230. *num.* 4. ubi asserit, quod filio repudiante succedit nepos, excluso domino, licèt conceptus sit post mortem avi.

Emphyteusis perpetua vulgò *Pera avos egevacao*, non potest dividi per æstimationem, Valasc. *de part. cap.* 26 *num.* 11. *&* 12. *&* *de jure emphyt. q.* 43. *n.* 7. *&* 9 Sed Ordinat. *lib.* 4 *tit* 96. § 23: disponit quod bona emphyteutica perpetua debent vinculari in uno ex hæredibus, qui solvet æstimationem pro rata alteris hæredibus, & pensionem domino directo.

Emphyteusi acceptata pro se & uxore, & uno ex liberis, utrum decedente uxore fructus pertineant ad ejus hæredes, an ad dominum, vel ad filium ipsius emphyteusis successorem? vide Reynoso *observ.* 19.

Emphyteusis filiis concessa non comprehendit filias, juxta doctrinam Archid. *in cap si quis suadente*, 17. *quæst.* 4. quæ communiter recipitur, ut testantur Gam. *decis.* 260. *num* 1. Cald. *in l. si curatorem*, verbo *sine curatore*, *num.* 47. *Cod. de in integrum restitut. min. & de potest. elig. cap.* 15. *num.* 16. *& de nominat. quæst.* 17. *num.* 30 *& de renovat. quæst.* 18. *num.* 2. Et de eo qui facultatem habet nominàdi filium, aut filiam ad emphyteusim, an existente filio masculo possit nominare, vel eligere filiam? Vide Phœb. *decis.* 96. *p.* 1. Reynoso *observat.* 15.

Emphyteusis potest concedi alicui in remunerationem servitii de aliqua terrula Ecclesiæ cum parva pensione, Tiraquel. *in l. si unquam*, verbo *donatione largitus*, *num.* 28. *Cod. de revocandis donat.* Surd. *decis.* 290. Rebuff. *in compendio alienat. n.* 62. Flor. *var. quæst.* 7. §. 1. *num.* 21. Barbos. *de offic. & potest. Episcopi, p.* 3. *allegat.* 95. *num.* 62. *& in cap consensus* 3. *de rebus Ecclesiæ non alien. num.* 4 Emphyteusis autem sic concessa videtur empta, Cald. *in responso pro Societate IESU*, *num.* 16. Et faciunt de benemeritis, quæ Pinel. *in l.* 1. *Cod. de bonis maternis, p.* 3. *n.* 62. *pag.* 442. Cald. *cons.* 49 *num.* 16.

Emphyteusis non potest fieri de manso, seu passalibus Ecclesiæ sine licentia Papæ, nec præscriptio admitti potest, Extravag. *Ambitiosæ, de rebus Ecclesiæ non alien.* Menoch. *de præsumpt. l.* 3. *p. præsumpt.* 108. *num.* 9. *& cons.* 143. *num.* 22. Mascard. *de probat. conclus.* 1371. *num.* 108. Cald. *de renovat. quæst.* 15 *n.* 15. Barbos. *de offic. & potest. Episcopi, p.* 3. *allegat.* 95. *num.* 28. Gabr. Pereira *decis.* 22. *num.* 8. ubi addit, quod potest fieri de passalibus Ecclesiarum annexarum, & idem resolvit *p.* 2. *de manu Regia. cap.* 17. *num.* 36. quod item Synodali Constit. Conimbricensi cavetur, *tit.* 25. *constit.* 7. *vers. E outrosi.* Facit quod ubi constat de initio tituli nullius, nulla datur præscriptio, etiam immemorialis, Aym. *de antiquit. temporum, p.* 4. § *absolutis, num* 59. Mex. *tract. taxæ panis, concl.* 1. *num.* 131. Mol. *de primogen. lib.* 2. *cap.* 6. *n.* 65. *cum seq.* Mart. *de jurisdict. p.* 4 *cent.* 1. *casu* 94 *n.* 12. 25. *&* 31. Phœb. *decis.* 82. *num.* 18. *p.* 1. Barbosa *ubi proximè.*

Emphyteuticari res solita potest iterum concedi in emphyteusim sine solemnitate, ex pluribus citatis per Barbos. *ad cap. ult. de feudis, num.* 3. quem vide *num. seq.* Et instrumentum in quo solemnitates enuntiantur, pro se juris præsumptionem habet. Cald. *de emp. cap.* 34. *num.* 41

Emphyteuticari an possint bona Ecclesiastica beneficii jurispatronatus absque consensu patroni? Dic de honestate non posse, ex Anchar *cons.* 121. & dicit communem Roch. *de jurepatron.* verbo *honorificum num.* 112. quem refert & sequitur Flamin. *de resig. lib.* 2. *quæst.* 1. *num.* 12.

Emphyteusis non potest vinculari in majoratu, *l. fin. Cod. de jure emphyt.* Cald. *cons.* 21. *& forens. lib.* 1 *quæst.* 23. *n.* 72 Phœb. *decis.* 5. *p.* 1. Gam. *decis.* 70. *&* 214. *n.* 5. *& decis.* 218. *n.* 3. *&* 10. *allegat. juris pro majoratu de Belas*, 2. *part.* 3. *&* 4. *num.* 60. *cum sequentibus*, Gabr. Pereira *decis.* 26. *n.* 2. *&* 7. Molin. *de primogen. lib.* 2. *cap.* 10. *n.* 71. Cabed. *decis.* 130. *p.* 1. faciunt quæ idem Mol. *lib.* 1. *cap.* 26. *num.* 8.

Emphyteusis possessio accepta in prædio principali, censetur acceptata in aliis pertinentibus ad illud. Stephan Gratian. *discept. forens. cap.* 113. *n.* 27.

Emphyteusi non admittuntur conditiones, & gravamina

vamina, ut notatur *in l. unum ex familia, §. si de falcidia, ff. de legat.* 2. Valasc. *consult.* 286. *num.* 9. Cald. *de potest. elig. cap.* 17. *num.* 12. cum pluribus aliis infrà relatis, *lit. N*, verbo *nominatio.*

Emphyteusis vacans per morrem solùm conceditur proximioribus, Cald. *de renovat. q.* 9. *à n.* 1.

Emphyteusis non potest alienari in potentiorem, ut notatur *in l. fin. Cod. de jure emphyt.* & probant Clar. *§. emphyteusis, quæst.* 22. Menoch. *cons.* 58. *n.* 9. & 10. & *num.* 43. *cum sequentibus*, Surd. *decis.* 254. *n.* 42. & 43. Guter. *cons.* 12. *num.* 4. Valasc. *consult.* 193. *num.* 6. Cald *in l. si curatorem*, verbo *sua facilitate*, *num.* 5. *Cod de in integrum restitut. min. & de renovat. quæst.* 19 *n.* 14. *cum seq.* ubi *num.* 15. agit de milite Sancti Joannis & Ducibus, & *num.* 20. de clericis, religioso, & scholari, & *de potest. nomin. cap.* 1. ubi *num.* 11. etiam agit de potentioribus ratione fori, si forrè sit scholaris, clericus, aut religiosus: & *num* 13. *cum sequentibus*, agit de Ecclesia, & an possit alienari in alium potentiorem à vide *ibidem*, *num.* 22. Tiraquel. *in l. si unquam, in princip. num.* 18. & verbo *susceperit liberos*, *num* 9. *C. de revocand. donat.* ubi quod potest nominari filius legitimus, secus est in adoptivo.

Emphyteusi non potest nominari Ecclesia, Cald. *de potest. nomin. cap.* 1. *n.* 13. *cum sequentibus*, & *de resol. emphyt. cap.* 10. *n.* 21. & *de renovat. q.* 19. *n.* 17. Aloys. Riec *decis. Cur. Archiepiscopat Neapolit. p.* 1. *de is.* 136. Stephan. Gratian. *disceptat. forens. cap.* 481. *n.* 64 *cum sequentibus*, Valasc *consult.* 101. *num. ult.* Et de emphyteusi monachi profitentis, quod acquiratur monasterio, vide Cened. *ad Decretal. collect.* 144. *num.* 86. Valasc. *dicta consult.* 101. *n.* 6. *cum sequentibus*, Cald. *de renovat. dicta quæst* 19. *n.* 14. *cum sequentibus*, Navar. *comment.* 2. *de Regular. n.* 55. Fr. Emman. Roderic. *tom.* 1. *quæst. Regular. quæst.* 38 *art.* 2. & 3.

Emphyteusis Ecclesiastica si perveniat ad fiscum, licitum est Ecclesiæ illam revocare intra biennium, Clar. *§. emphyteusis*, *q* 29. *n.* 2. Cald. *de nominat. q* 10. *num.* 6. Azor. *instit. moral. p.* 1. *lib.* 8. *cap.* 12. *col.* 796. Et non transibit in fiscum, si succedat in bonis vacantibus, Peregrin. *de jure fisci*, *pag.* 199. *n.* 28.

Emphyteuta prædiorum fiscalium potest sine domini consensu alienare prædia, salvo canone fisco debito, Valasc. *de jure emphyt. lib.* 1. *q.* 13 *num.* 1. *col.* 4. Peregrin. *de jure fisci*, *lib.* 6. *tit.* 5. *num.* 40. Cald. *de extinct. emphyt. cap.* 2. *n.* 9. & 10. & *cap.* 4. *n.* 38. Stephan. Gratian. *disceptat forens. cap.* 36. *n.* 33. Secus est in emphyteuta fisci & Reipublicæ, qui non potest alienare irrequisito domino, Cald. *dicto cap.* 4. *n.* 35. ubi *d. c* 2. *num.* 11. quod emphyteuta Reipublicæ, & fisci vendens cadit in commissum.

Emphyteuta primus non potest alienare, nisi in vita sua, Menoch. *cons.* 155. *num.* 29 Nec in manibus domini poterit renuntiare, Palat *in repetit. rub.* §. 30. *n.* 6. Cald *de nominat. q* 14. *n.* 42. & *quæst.* 18. *n.* 52. *cum sequentibus*, & *de resolut. emphyt. cap.* 19. *num.* 7. & *in responso pro Societate JESU*, *n* 5. & 9.

Emphyteusi finita finitur etiam subemphyteusis facta ad illius faciem, ut ita loquar, nam resoluto jure dantis, resolvitur jus accipientis, ex text. *in l. lex vectigali*, *ff. de pignor.* finita enim concessione prioris emphyteutici contractus, finitur quoque concessio subalternata emphyteusis, quoniam subemphyteusis regulatur tanquam exemplum, vel effigiatum ad effigiem, & umbra seu similitudo ad imaginem. & proinde resoluta una, resolvitur & alia, ut per dictum text tradit Bart. *in l. si constante*, *num.* 73 *ff. soluti matrim.* Burs. *cons.* 32. *num.* 2. *vol.* 1. Quamobrem subemphyteuticatio censetur facta modo & forma, & sub eisdem pactis & conditionibus, quibus prior concessio, ad cujus imaginem fit, ut expressè tradit Socin. senior *cons.* 56. *num.* 13. *vol.* 3. Paul Castrens. *cons.* 164. *vol.* 2. Dec. *cons.* 389. *num.* 7. Finita igitur generatione primi emphyteutæ, finitur quoque emphyteusis subalterna, & resolvitur generatio subemphyteutæ, quæ à priori movetur, & dependet, & est emphyteuta subalternus. Remanens igitur in emphyteusi, finita generatione jam amplius emphyteuta non dicitur, argum. text. *in l. item quæritur*, *§. qui impleto*, *ff. locati*. Et sub emphyteuticatio videtur facta sub eisdem pactis, quibus fuit facta emphyteuticatio, Surd. *decis.* 326. *num.* 13.

Emphyteuta non tenetur renovare subemphyteusim, Cald. *de renovat. quæst.* 13 *num.* 21. Et solùm hoc ex æquitate conceditur emphyteutæ contra directum dominum, Bart. *in l.* 1. *§. permittitur*, *ff. de aqua quotid. & æstiva*, Anton. Gabr. *de jure emphyt. concl.* 11 ubi latissimè.

Emphyteusis novatio potest legari in testamento, Gom *tom.* 1. *var. cap.* 12. *n.* 15. Rota Bonon. *decis.* 87. Valasc. *consult.* 157. *num.* 11. Gam. *decis.* 41. *num.* 3. *cum sequentibus*. Et jus renovationis, quod habet dominus, non potest cedi, Tiraquel. *de retract. lig.* §. 26 *gloss.* 1. *num.* 43. Cald. *de renovat. quæst.* 18. *n.* 21. & *cons.* 30. *n.* 47. *cum sequentibus*, Cened. *ad Decretal. collect* 144. *num.* 50.

Emphyteusim potest renovare usufructuarius. Menoch. *cons.* 66 *num.* 28. *vol.* 1.

Emphyteusis renovata censetur eadem, & non nova emphyteusis. Valasc. *de partit cap.* 13. *n.* 107.

Emphyteusis renovatio videtur facta sine alterius præjudicio. Farin. *decis.* 231. *Rotæ Rom. n.* 2.

Emphyteusis quando est extincta, locus est gratificationi, & satisfacit dominus renovando uni ex parentibus, quamvis sint in inæquali gradu, *l. unum ex familia*, *§. si de falcidia*, *ff. de legat.* 2. Cald. *de renovat. quæst.* 17. *num.* 21. 22. & 23. & *quæst.* 18. *num.* 3. Gabr Pereira *decis.* 31. *num.* 1. Si tamen unus ex descendentibus priùs contra dominum egit, tunc non est gratificationi locus, & occupantis melior est conditio, *l. si Titius* 9. *ff. de verbor. obligat.* & vide Cald. *de renovat. quæst.* 17. *num.* 191.

Emphyteuta si renuntiat emphyteusi in manibus domini, ut sibi de novo emphyteuticetur, non extinguitur per hoc jus subemphyteutæ, quia potuit evitare illam renuntiationem. Surd. *de alim. tit.* 9. *quæst* 42. *num.* 11. *cum sequentibus*, faciunt tradita per Ozasc. *decis.* 156. *num.* 10.

Emphyteusim sibi renovari potest petere agnatus ultimi possessoris intra triginta annos, quando renovatio fuit facta extraneo, & ad hoc compellere dominum directum, gloss. *in cap.* 1. §. *Titius*, Si de feudo fuerit contentio. Gam. *decis.* 117. *num.* 2. Cald. *de renovat. quæst.* 6. *in princip.* Valasc. *consult.* 101. *n.* 3. qui ita judicatum fuisse asserunt, & vide Cald. *de renovat. quæst.* 10. *num.* 18. ubi quod sententia lata contra dominum directum super renovatione emphyteusis nocet possessoribus, quibus post acceptum renovationis judicium bona aliqua ejusdem emphyteusis sunt concessa: & sententia lata contra dominum directum, à quo emphyteuta causam habet, nocet emphyteutæ habenti notitiam litis motæ contra dominum.

Emphyteuta sub emphyteuticans, ubi aliquid sibi reservavit solvi à sub emphyteuta in signum recognitionis dominii, non habuit animum abdicandi à se dominium utile, nec possessionem naturalem, quam habebat ita Socin. *cons.* 256. *in princip. vol.* 3. Alciat. *in l. si quis vi*, *§. differentia*, *num.* 10. *ff. de acquir. possess.* qua in re neminem dissentire testatur Valasc. *de jure emphyt. quæst.* 13. *num.* 13. & vide Suad. *decis.* 228. *num.* 12. *cum sequentibus*, & *n.* 25. In lienationibus, & venditionibus secundi emphyteutæ re-

quirendus eſt conſenſus domini directi, & non primi emphyteutæ, juxta Gloſſ. verbo *aliis*, *in l. fin. Cod. de jure emphyt.* & probat Clar. §. *emphyteuſis*, *quæſt.* 20. Gam. *deciſ.* 147. *num.* 2. *& deciſ.* 245. *num* 7. *& deciſ* 325. *num.* 5 *& deciſ.* 331 *num.* 5. Flor. *ad eundem*, *deciſ.* 26. *num.* 2 *& deciſ.* 46. Valaſc. *dicta q.* 13. *num.* 11. *& 12. & q.* 38. *num.* 25. Cald. *de renovat. q* 13 *à n* 10. *& num.* 14. *um ſequentibus*, *junctο num.* 18. *& de reſolut emphyt. cap.* 7 *num.* 43. *&* 44. *& c.* 16. *num.* 34. diſtinguit Barboſ. *in reniſſ. ad Ordinat. lib.* 4. *tit* 38. *in princ. num.* 36. vide etiam Menoch. *conſ.* 338. *num* 16. *& de præſumpt lib.* 3. *præſumpt.* 102. Molin. *de juſtit. tom.* 2. *diſp.* 471. *num.* 5. Et concurrentibus in recognitione rei emphyteuticæ domino directo, & domino ſubalterno, jura dominicalia remanent penes primum concedentem, & debentur primo domino laudemia. Aloyſ. Ricc. *deciſ. Cur. Archiepiſcopat. Neapol. p.* 2. *deciſ.* 58. *prope finem*, *& in collect. deciſ p* 5 *collect.* 1537. *ampliat.* 1. Borrel. *in ſum. deciſ. tit.* 35. *n.* 100. Cald. *d. cap.* 16 *num.* 34.

Emphyteuta vagante poteſt dominus directus rem alteri concedere, Jaſ. *in l.* 2. *n.* 88. *Cod. de jure emphyt.* Greg. *l.* 14. *tit.* 14. *part.* 3. verbo *abonda*, Joſeph. Ludoviſ. *deciſ. Peruſ.* 17. *num.* 14 Boër. *deciſ.* 88. *num. ult. junctο n.* 3. Quis dicatur vagabundus? Vide Salzed. *in pract. cap.* 9. *in fine.*

Emphyteuſis Eccleſiaſticæ alicujus Ordinis, ſeu perſonæ exemptæ lite mota ſuper renovatione, cognoſcere debet prætor curialis, ut refert pluries judicatum Caſtro *in praxi*, *p.* 1. *lib.* 2. *cap* 1. *num.* 12. Sed in eodem caſu lata fuit ſententia in judicio coronæ in favorem monaſterii, remiſſa cauſa ad judicium Eccleſiæ, *die* 15. *Martii* 2646 notario Olmirante, Judicibus Doct. Chriſtovao Moſinho, Sebaſtiano de Carvalho, & Dom Alphonſo de Faro, Procuratore Gaſpare Rodriguez, refert Themudo *deciſ.* 261. *num.* 14. *&* 15.

Emphyteuſi finita deferendum eſt juramentum domino directo, an eam ſibi velit, vel aliis concedere? Gam. *deciſ.* 41 *ad fin.* Valaſc. *conſult.* 157. *n.* 26. ubi etiam quod non cogitur quis bis & iterum emphyteuticare.

Emphyteuſis finita ultima vita an poſſit dominus directus poſſeſſionem propria authoritate capere? Vide Themudo. *deciſ.* 316. *p.* 3.

Emphyteutico titulo finito, dominium utile conſolidatur cum directo, Barboſ. *in l. divortio*, *in princip. p.* 2. *n.* 19 *ff. ſoluto matrim. & in l. ſi de vi*, *num.* 313. *ff. de judic.* Themudo *p.* 3. *deciſ.* 330. Cald. *conſ.* 31. *num.* 35. *& de reſolut. emphyt. cap.* 17. *n.* 17. ubi etiam tradit non poſſe hæredem emphyteutæ, qui fuit ultima vita, expellere colonum, vel detentorem, nec eſſe audiendum contra eum; & quod poſſeſſio naturalis conſolidatur cum civili, & vide eundem *de renovat. q* 7. *num.* 33. *junctο num.* 26. Et hypotheca evaneſcit, Steph. Gratian. *diſceptat. forenſ. cap.* 733. *n.* 20. Phœb. *deciſ.* 118. *p* 2. De dominio directo, & utili, vide Surd. *deciſ.* 288.

Emphyteuta præſcribit utile dominium contra alium emphyteutam ſpatio ordinario, decem annorum inter præſentes, & viginti inter abſentes, Bart. *in l. cùm ſponſus*, §. *in vectigalibus*, *ff. de publicanis*, Valaſc. *de jure emphyt. quæſt.* 17. *n.* 13. *& conſult.* 132. *num.* 33. Azor. *inſtitut. moral. p.* 3. *lib.* 1. *cap.* 23 *col.* 69. Cald. *de nominat q.* 14. *num* 2. *& conſ.* 39. *num.* 27. Et emphyteuta poteſt præſcribere utile dominium adverſus ſæculares ſpatio 30. an. & contra Eccleſiam 40 an; ſi rem tanquam emphyteuticam poſſederit, dicto tempore, ita Barboſa *ad l.* 2. *num.* 167. *& n.* 208. *Cod. de præſcript.* 30. *vel* 40. *an.* Cald. *de renovat. q.* 15. *per totam*, Themudo *deciſ.* 330. *num.* 18 *p.* 3. Quod dominium utile merè laicum, & profanum ſit, atque ſubjectum ſtatutis, & legibus Principum ſæcularium, notatur cum citatis per Barboſ. *in reniſſ. ad Ordinat. lib.* 2. *tit.* 1. § 6. *& lib* 4. *tit.* 36. §. 1 *n.* 2. Et contra dominum poteſt emphyteuta aliquid circa penſionem inducere ſpatio 30. vel 40. an. Stephan. Gratian. *diſceptat. forenſ. cap.* 675. *num.* 14. Et emphyteuſis Eccleſiaſtica præſcribitur adverſus priva um emphyteutam ſpatio ordinario, Barboſ. *in cap. ad audientiam de præſcript. n.* 6. Et dominus directus non poteſt rem ſic præſcriptam avocare à præſcribente, Barboſ. *in l. ſi alienam*, *n.* 60. *ff. ſoluto matrim.* Et qui patitur alium inveſtiri in ſua emphyteuſi, amittit jus ſuum, gloſſ. notabilis *in cap.* 1. §. *præterea*, verbo *regreſſum*, *quibus mod feud. amittat.* Gratian. *forenſ. cap.* 537. *n.* 54. *cum ſequentibus.* Sequitur Albert. Brun. *conſ.* 40. *& conſ* 80. ubi idem aſſerit in emphyteuſi, utputa ſi per annum vacat, Cald. *de renovat. quæſt.* 15. *n.* 26. *& de reſolut. emphyteuſis*, *cap.* 15. *n.* 5.

Emphyteutico titulo nondum finito non poteſt res in emphyteuſim concedi, argum. text. *in cap. ne captand*, *de conceſſ. præbendæ*, *lib. ſexto*, Conſtit Conimbricen. *tit.* 25. *conſtit.* 3 & Portugalen *tit.* 21. *conſtit.* 2. Alexand. *conſ.* 71. *vol.* 1. *& conſ.* 81. *vol.* 3. *& conſ.* 118. *vol.* 5. Surd. *deciſ.* 230. *num.* 11. Gam. *deciſ.* 31. *num.* 1. Cabed. *deciſ.* 138. *p.* 1. Cald. *de nominat. quæſt.* 15. *num.* 20. *& de renovat. quæſt.* 5. *n.* 1. *& q.* 20. *num.* 4. *& de empt. cap.* 10. *n.* 8. *& forenſ. quæſt.* 39. *n.* 16. *& conſ.* 31. *num.* 10 *&* 17.

Emphyteuſi empta ab emphyteuta, quam ei vendidit Dominus directus, fit conſolidatio cum proprietate, Tiraquel. *de retract. lig* §. 1. *gloſſ.* 7. *num.* 60. *&* §. 32. *n.* 72. *cum ſequentibus*, Gregor. *l.* 18. *tit.* 11. *part.* 4. verbo *eſtimada*, faciunt quæ Valaſc. *de jure emphyt. quæſt.* 13 *num* 8. ubi quod dominium utile formale non poteſt in eadem perſona concurrere cum directo, & vide Cald. *de reſolut. emphyt. cap.* 14. *ad finem*, Rota Rom. ex Farin. *deciſ.* 183. *n.* 12.

Emphyteuſim non poteſt dominus directus requiſitus ſibi capere, ut eam alii det quando emptor ei denuntiavit, utrum velit pro pretio retinere, in terminis Ordinat. *lib.* 4 *tit.* 38. *in princip. & car. potuit*, *de locato.* Vincent. de Franch. *deciſ.* 226. Cald. *de reſolut. emphyt. cap.* 13. *num.* 33. Tiraquel. *de retract. lig.* §. 26. *gloſſ.* 1. *num.* 43. Et dabitur proximioribus repetitio, Stephan. Gratian. *diſceptat forenſ. cap.* 88. *num.* 13.

Emphyteuſi parentes non poſſunt filiis præjudicare, etiam per venditionem in ſua tertia vita, *l.* 1. *Cod de bonis maternis*, Alexand *conſ.* 106. *n.* 8. *lib.* 4 & ita intelligenda ſunt tradita per Valaſc. *de jure emphyt. quæſt.* 49. *num.* 6. *ad finem*, cui adde Cald. *in reſponſ pro fratribus Societatis JESU*, *n.* 13 *& de reſol. emphyt cap.* 20. *à num.* 4. *& forenſ. lib.* 1 *quæſt.* 20. *à num.* 6. Gabr. Pereira *deciſ.* 1. *num.* 10. *ad finem*, Flor. ad Gam. *deciſ.* 5. *in fine.*

Emphyteuticus titulus præſumitur contra emphyteutam ſolventem, & dominium recipientem ex ſolutione decennali, Maſcard. *de probat. concl.* 337. *num.* 2. *& concl.* 602. *n* 15. *& concl.* 603. Flor. *var. q.* 2. *num.* 39. *& quæſt.* 25. *n.* 26. Cald. *de renovat. quæſt.* 15. *num.* 7. *&* 12. *& forenſ. lib.* 1. *quæſt.* 11. *num.* 7. Et titulus non probatur ex ſola præſtatione decem annorum, ſed allegari debet titulus, & probari poſſeſſio. Surd. *de alim. tit.* 8. *privil.* 22. *n.* 2.

Emphyteuticus contractus præſumptus requirit quadragenariam poſſeſſionem, & quod poſſederit tanquam emphyteuta ſolvendo unicam penſionem, & alleget titulum expreſſum inveſtituræ, & dicat quod fuit amiſſus, ut per text. *in c.* 1. §. *Si quis per triginta*, ſi de feudo fuerit controverſia, ubi Bald. & alii. Gloſſ. verbo *repellere*, *ad fin. in l.* 2. *Cod. de jure emphyt* ubi Jaſ. *n.* 155. Dec. *conſ.* 144 *n.* 3. Bald. *de præſcript. I.*

part. 3.

p.3.quæst.10.num.22. Menchac. *illustr.cap.62.* Menoch. *de præsumpt. lib.3. præsumpt.* 108. 109. Mascard. *de probat. concl.* 78. *n.m.35. & concl.337. & concl.603. num.6. & 29. & concl.1316.num.6. & concl.1319.n.8. & concl.1371.n.115.cum sequentibus*, Gam. *decis.127. & decis.276.* Cald. *de renovat quæst.15.à num.2. & 11. & forens.lib.1.quæst.5.n.63. & q 11.num.7.* Gabr. Pereira *decis.37 num. 7.* Nam emphyteusis præsumpta regulanda est ab expressa, Cald. *de potest. eligendi, cap.9. num.* 27 Titulus præsumptus induci non potest, ubi constat de initio tituli, quod fuit ex locatione & simplici colonia, Clar. 5. *emphyteusis, q. 1. v.rs. sed. pone*, Paris. *cons. 23.num.* 11. *lib.4.* Menoch. *dicta præsumpt.* 108. *n.* 10. Gam. *decis.244. aliàs* 245. & vide Gabr. Pereira *dicta dec* 37. Et quando tempus concurit cum titulo, non attendimus nisi ad vires tituli, Paul. *cons.* 424. *num* 2. *lit.* 2. Aym. *de antiquit. temporum*, §. *mat ria ista*, *num.3.* Molin. *de primog. lib.2. cap. 6. num.* 65. Mex *in tract. taxæ panis, quæst.1.num.*137. Formam articulandi pro titulo præsumpto tradit Cald. *dicta quæst.* 15 *num.* 11. ubi quod non sufficit sola possessionis quadragenatiæ allegatio, nisi etiam allegetur titulus expressus investituræ, & dicta possessio non sufficit ad allegandum titulum præsumptum, nisi simul fuerit allegatum & probatum, quod per tempus 40. an. tanquam emphyteuta solvit certam & uniformem pensionem, & quod ab eo tanquam emphyteuta dominus directus eam pensionem receperit.

Emphyteusi citatus defendi potest allegando quod prædium est emphyteuticatum tertio jus in ea habenti, Gloss. verbo *cum re*, *a i fin. in l. indebiti* 15. § *fin. ff. de condict. indebiti*, recepta communiter per Cald. *forens.quæst.14.n.7. & de renovat. quæst.4.n.16. cum seq.* Stephan. Gratian. *disceptat. forens. cap 272. num.* 14. *cum sequentibus.* Et contra dominum directum non admittitur præscriptio in alienatione bonorum emphyteusis, quia ignorans non amittit possessionem, *l. quamvis saltus, in fine, ff. de acquir. possess.* cum traditis per Flor. *var. quæst. lib.1.quæst.* 10. *num.* 59. *cum seq.* Menchac. *illust. cap.60.num.* 16. Soar. *in l. post rem judicatam, super declarat. legum Regni, limit.1.num.4.pag.*296. Gabr. Pereira *de manu Regia, cap.* 15. *num.4.*

Emphyteusi sæculari possunt succedere spurii à Principe legitimati, quemadmodum in Ecclesiastica legitimati à Papa expressè Valasc. *consult.* 134. §. 8. *tom.2* & vide ad propositum Ordin. *lib.* 4 *tit.36.* §.4. & de emphyteusi Ecclesiastica idem notant Phœb. *p.1.decis.30.* Reynoso *observat.43.n.19.*

Emphyteusi concessa primò spuriis, admittuntur spurii, etiam quando fuit concessa potestas nominandi, Cald. *forens.quæst.* 38 *num.35. & cons.39 c.8. & de potest.eligendi, cap.13.n.6. & n.17. & c.15.n.14* Valasc. *consult.134.num.20.*

Emphyteusi Ecclesiastica potest succedere filius naturalis, Reynoso *observ.* 63. *n.22.* Phœb. *decis.161 p.2.* Gam. *decis.2 num.6. & decis.149.num.6.* Et etiam fœmina. Cardos. *in praxi judicum, & advocat.* verbo *emphyteusis, num.* 28.

Emphyteusi profana non succedit legitimatus à Papa, Menoch. *cons.* 16. *n.23.* Et legitimatus à Rege emphyteusim Ecclesiasticam non consequitur, sed tantùm à Papa Cald. *de nominat.q.21.n.49.*

Emphyteusis Ecclesiæ bonis non potest succedere filius Sacerdotis, nec ei proderit legitimatio Regis sed requiritur Apostolica legitimatio, & auctoritas, cum clausula tamen expressa, ut in illis succedere possit, Gam. *decis.72.n.6.* Garc. *de nobilit. gloss.21.n.49.* Valasc. *cons.134.n.8.* Cald. *de potest elig.c.13.n.1.* Cardoso *in praxi judicum & advocat.* verbo *filius, n.62.*

Emphyteusis Ecclesiastica potest transire ad extraneos hæredes, Peregrin. *de fidei commiss. art.32.n.52.* Mascard. *de probat. consil.* 1152. *num.ult.* Ceval. *commun. contra commun, quæst.* 194. Cald. *cons.* 21. *num.8. & 9. & forens quæst.* 38. *& de nominat. quæst.* 13. *n.25.* Valasc. *de jure emphyt. quæst.44. num 6. & 7.* Et potest transire ad extraneas personas, ut per multos quos refert Peregrin *ubi proximè*, *num.53.* Surd. *decis.* 11. *num.8. & decis.198. num.2. cum seq. & dec.254. num.1.* Cald. *forens. lib.2. quæst.23. num.52. & quæst.38. num.8.* Valasc. *de jure emphyt. quæst.* 39. *num.* 11. Gam. *decis.50. num.ult.* Flor. ad Gam. *decis.72. n.7. & decis. num.* 1. Cened. *ad Decretal collect.* 144. *num.84.* Et quod non soleat pertinere ad extraneos hæredes tradit Molin. *de primogen. lib.2. c.10. n.71.* Et accepta pro eo quem emphyteuta nominaverit, transit ad extraneos hæredes, Paris. *cons.85. num.14. lib.4.* Cov. *lib.2. variar. cap.17. à num.5.* Roland. *cons.42. num.10. vol.1.* Clar. *lib.4.* verbo *emphyteusis, quæst. 28. num.15.* Menoch. *cons. 41. num.26* Peregrin. *dicto art.32. num.54.* Valasc. *de jure emphyt. quæst.38. num. 23.* Cald. *de nominat. quæst. 7. num. 6. & quæst. 10. num. 14. cum sequentibus, & de potest eligendi, cap. 13. num. 28.* & vide Phœb. *decis.96. num 4.* Gabr. Pereira *decis. 26. num.4.* Et de consuetudine regionis quæ attendi debet, agunt text. *in l. quod si nolit, §. qui assidua, ff. de Ædilit. edicto*, gramm. *decis.103.* Paris. *cons 23. n.38. vol.1* Flor. ad Gam. *decis. 72. n.1.* Et emphyteusis concessa pro se, filiis, & nepotibus, non est hæreditaria, Menoch. *cons. 200. num. 61.*

Emphyteusis Ecclesiastica non venit in confiscatione bonorum, Menoch. *de interdict. remed 9. recuper. possess. num.82. & 83.* Clar. *§. emphyteusis, quæst. 29.* Farin. *de delict. p.1. lib.1. tit.3. quæst. 25. num. 50. cum sequentibus*, Sanch. *in præcepta Decalogi, lib.2. cap 19. n.19. cum sequentibus*, Cened. *ad Decretal. collect.144. num. 25.* Et de jure patronatus idem resolvunt Clar. *§. fin lib. 5. quæst.78. n.8.* Perez *l.1. tit.6. lib. 1 pag.138.* Peregrinus *de privileg. fisci. lib. 5. tit. 1. num. 72. & num. 106. & 121.* Et de feudo concesso pro se, filiis, & descendentibus, vide Menoch. *cons. 394. num.12. & 13.* ubi ait filios & descendentes eo non privari ob delictum patrum, & antecessorum. Si verò prædicta emphyteusis potest transire ad extraneos hæredes, venit in confiscatione, Peregrin. *dicto tit. 1. num. 50. um. 120.*

Emphyteusi pater nominans in testamento unum ex filiis, iste solus habebit emphyteusim, & alii tantùm poterunt agere ad æstimationem, argum. text. *in l. parentibus, Cod. de inoffic. testam. l. filii, & l. quoties Cod. famil. hercis.* & vide Menoch *cons.129. num.28. & cons.161. num.26.* Cald. *de nominat. quæst. 15. n.22. cum sequentibus, & quæst. 24. num. 18. & de resolut. emphyt. cap. 19. num. 29. & num.41. & 42. & cap. 20. num.31.* Valasc. *consult.53. num.7. & de partit. cap.25. num.1 cum sequentibus.*

Emphyteusis potest capi à filio hæreditate repudiata, Menoch. *de præsumpt. lib.3. præsumpt.48. n.12.* Cald. *de nominat. quæst.7. num. 41. & q.10 num. 28. & forens. quæst.20. n.35. cum sequentibus*, Gam. *dec.5. n.4. & dec. 8. num.5. & dec. 229 num. 1.* Quod si filius in emphyteusi succedens, sit hæres patris, non potest impugnare ejus factum, Cov. *lib. 2. var. cap. 18. n.2.* Paris. *cons.2. n.30. lib.1.* Pinel. *in l.1 Cod. de bonis maternis. n.3. num.82.* Tiraquel. *de retract. lig. §.1 gloss.9 n.53.* Cald. *de nominat. q.12. n.47.*

Emphyteusis accepta pro se, uxore, & filiis utriusque, an possit devenire ad filios secundi matrimonii? Bald. tenet quod sic, quando conceditur pro eorum filiis, in Auth. *qui rem, n.5. C. de sacro sanct. Eccles.* quem sequitur Menoch. *cons.40. n.25. & de præsumpt. l.4. præsumpt.21. n.8.* Gam. *dec.353.* Sed quando

Excommunicare illi soli possunt,qui Ecclesiasticam habent jurisdictionem fori exterioris.Barbos. *in cap. tanta,fin.de excessibus Prælator. num.*2.*& in addit. ad collect.cap.quarenti* 20.*de verb. signific.pag.*173.

Excommunicatus in dubio quis censendus est,Barbosa *in cap.cùm desideres* 15. *num.*7. *de sentent. excommunicat.*

Excommunicatus non potest assistere in Capitulo *glos.in cap.unico*, verbo *majores, ne sede vacante, lib.*6.ubi Barbosa, Ugolin. *de cens.lib.*2 *cap.*11.§.12. Monet.*de distribut.quotid.p.*2.*quæst.*20. *n.* 10. iterum Barbosa *de Canonic.cap.*4. *n.* 3.ubi *n.* 7. & 8.idem asserit de interdicto & violatore interdicti.

Excommunicationis de nullitate onus docendi incumbit excommunicato,& non Capitulo,ut esse resolutū in Rota tradit Garc. *de benef.p.*7.*c.* 13.*n.*117.

Excommunicatio major supponit peccatum mortale, *cap.nemo* 11.*q.*3.Cov *in c.Alma mater, p.*1 §.7. *num.*5.*vers.prima conclusio,&* §.9.*num.*1.Menoch.*de arbitr.lib.*2.*casu* 416.*num.*22.Navar. *in man. cap* 22. *n.*70.*&* c.27.*num.*9 Farin *in fragm.crimin.p.*7. *it. E, num.*12.*cum sequentibus.* De forma servanda in excommunicatione ferenda, vide Soar. *de censur. disput.*18. *sectione* 4

Excommunicatio lata contra personaliter non citatum est invalida, Stephan. Gratian. *disceptat. forens.cap.*559.*num.* 4.Et excommunicationis incursæ declaratoria non præcedente citatione partis est nulla,Gig.*de pension. quæst* 78. *num.*5. ubi *num.*6. quod ab ista declaratoria appellare licebit. Et necessaria est citatio ad excommunicationis validitatem etiam in casu notorii, Barbos.*ad cap. reprehensibilis* 26. *à num.*2.*de appellat.*

Excommunicato præsente prohibetur quis audire & celebrare Officia divina ac Missam, *cap.is qui,* & *cap.fin.*§.*adjicimus, de sentent.excom.lib. sexto*, Sayr. *de censur.lib.*2.*c.*1.*num.*18. ubi *num.*20. quod incepta consecratione Sacerdos persequitur Missam præsente excommunicato, & *lib.*7.*cap.*9 *num.*16. asserit non esse irregularem,qui cùm ipse excommunicatus non sit, celebrat coram excommunicatis, peccare tamen mortaliter:& ad propositum vide Gabriel. Pereira *to.*1.*de manu Regia,concord.*25.*num.* 208.*&* *concord.*53.*num.* 226.

Excom

Excommunicantur qui assassinis aliquem Christianum interfici mandaverint, sive sequatur mors, sive non sequatur, *cap.1. de homicidio, lib.6.* Soar. *de censur. disp.23. sect.4. n.47*

Excommunicatio lata à delegato, qui copiam suæ delegationis petenti non dedit, est nulla, ut ex Nav. & Sayr. tradit Barbosa *ad cap. cùm in jure 31. de offic. jud. dis delegat. n.5.* quibus adde Mart. *de jurisdict. p.2. cap.35. n.3.*

Excommunicatus potest quis declarari absque monitione, ubi datur contumacia, Barbosa *in cap. sacro 48. num.6. de sentent. excom.* Intimatio tamen personalis necessaria est ad validitatem excommunicationis, *dicto cap. sacro, cap. contingit. 2. ordine 45. de sentent. excom.* Melchior Loter. *de re benefic. lib.1. q.39 n.143.*

Excommunicationis mala vide apud Cened. *pract. quæst.19.*

Excommunicatus potest iterum excommunicari non solùm propter novum crimen, verùm etiam propter idem, aggravatis censuris ad majorem terrorem, & confusionem, quod quidem ab eodem etiam judice fieri potest, Suar. *de censur. disp.5. sect.2. num.7. in fine.*

Excommunicati vitandi resignatio beneficii est nulla. Soar. *de censur. disp.14. sect.2. n.31.*

Excommunicatio non est sufficiens causa, ut quis eximatur à solutione pensionis, Covar. *lib.3. var. cap.13. num.8. vers.12.* Gig. *de pension. quæst.64.* Et culpa beneficiati in non serviendo, non excusat à solutione pensionis, Gonzal. *ad reg.8. Cancel. gloss.27. num.44.*

Excommunicatus privatur fructibus beneficii, & distributionibus quotidianis, quamdiu excommunicatio durat, ut per citatos à Barbosa *in collect. ad c. Pastoralis 93. §. verùm, de appellat. à numero 7.* & vide Garc. *de benefic. 7. cap.13. num.90. cum sequentibus,* Guter. *lib.1. Canon. cap.1. num.91.* ubi ait quod inimicus Dei & Ecclesiæ non debet de patrimonio Jesu Christi vivere, Monet. *de distribut. quotid. p.2. quæst.15. num.18.* ubi *num.21.* idem asserit, licèt speciatim fructibus privatus non fuerit, sed simpliciter excommunicatus, & *num.24.* quod absolutus fructus beneficii non recuperat.

Excommunicatus justè amittit quotidianas distributiones, Barbos. *de canonicis & dignitatibus cap.22. num.2.* ubi *num.20.* idem asserit de interdictis justè. Et jure accrescendi cæteris Collegis accedunt, Monet. *de distribut. quotid. p.3. q.6. num.38. cum sequentibus,* Guter. *Canon. cap.1. n.107.* Garc. *de benefic. p.1. cap 5. n.8. & p.7. cap.13. n.129. cum sequentibus.*

Excommunicatus injustè ut lucretur distributiones quotidianas, debet esse solitus residere ante censuras, & interesse in loco beneficii quandiu fuit excommunicatus, & non debet esse mora in petenda absolutione, ex citatis per Barbos. *in collect. ad cap. Pastoralis 53. §. verùm, de appellat. n.14. & 15.* ubi *num.16.* asserit quod pensionarius habet duplicem viam ad recuperandam pensionem, vel contra titularem excommunicatum, vel contra Capitulum. Et non recuperat distributiones pro eo tempore pro quo mora considerari potest in consequenda absolutione à censuris. Anton. Ricciul. *de jure personarum extra gremium Ecclesiæ existentium, lib.4. cap.14. num.3.* Aloys. Ricc *in collect. decis. p.5. collect.1027.*

Excommunicans vel suspendens aliquem injustè, tenetur ei resarcire damnum & interesse, Barbos. *cap. sacro 48. de sentent. excom. n.9.* Et excommunicatus injustè, non privatur fructibus beneficii. Garc. *de benefic. p.7. cap.13. n.120.* ubi *num.122.* quod distributiones, seu fructus remanentes in mensa Capitulari ab ipso Capitulo reddenda sunt excommunicato & vide Monet. *de distribut. quotid. p.2. q.15. n.23. & n.44. & 45.*

Excommunicatus injustè si Clericus fuerit, & in Divinis se immiscuerit, irregularis efficitur. Barbos. *ad cap. postulasti 7. n.33. de Clerico excom. deposito vel interdicto ministrante,* ubi ex Farin. resolvit quod nulliter excommunicatus non efficitur irregularis immiscendo se in Divinis & celebrando.

Excommunicationis timor inducit justum metum Flamin. *de resignat. lib.13. q.1. à n.134.* Et cadit in constantem virum, ut per infinitos relatos ab Illustriss. Dom. Roderico à Cunha *ad cap.1. n.1. dist.74.* Intellige si excommunicatio sit injusta, & de facili appellando superior adiri non possit, Barbos. *in cap. ad audientiam 4. n.3. de iis quæ vi.*

Excommunicatio sive justa, sive injusta, est timenda. *cap.1. cap. qui justus, 11. q.4 cap. quibus Episcopi, ibidem, cap. sacro, e sentent. excom.* ubi Barbos. De pluribus exemplis quibus constat quod sunt timendæ censuræ Ecclesiæ vide Sousa *no baculo pastoral de flores de exemplos, p.1. cap.17. fol.83. verso, cum seq.* Illesc. *p.2. hist Pont. lib.6. cap.14.*

Excommunicationem injustam qui contemnit, peccat mortaliter. Cov. *in cap. Alma mater. p.1. §.5. n.5. vers tertia conclusio, &* §.3. *num.7.* ait quod communicans cum excommunicato in divinis, aut in contemptum judicis, vel excommunicationis, peccat mortaliter, de quo vide text *in cap. sacris 5. de iis quæ vi, & cap.2.* ubi Barbos. *num 6. de clerico excom. ministr.*

Excommunicatio injusta ante absolutionem omninò ligat, *cap. per tuas 40. vers. utrum in aliis, de sentent. excom.* Cov. *in cap. Alma mater, p.1. §.7. vers. quarta conclusio,* Suar. *de censur. tom.5. disp 4. sect.7. n.42. & 43.*

Excommunicatus in excommunicatione per annum perseverans, de hæresi suspectus est, Concil. Trident *sess 25. de reformat. c 3.* Director. Inquisitor. *p.2. q.47.* Cov. *dicto §.7. num.10.* Simanc *de catholic. institut, cap.27.* Ugolin *de censur. cap.14. §.3.* Suar. *eod. tract. disp.17. sect.1.* Guter. *Canon. qq. c.12. num.20. cum seq.* Barb. *ad c. excommunicamus 13. §. qui autem, n.13. cum tribus sequentibus, de hæreticis, & in collect. ad Concil. Trident. dicto cap.3. num.42.* asserit quod suspectus de hæresi reputatur persistens per annum in excommunicatione, tam ex causa criminali, quàm ex causa civili: & ita declarant dictum decretum Concilii Menoch. *de arbitr. casu 416. n.54.* & Mar. Alter. *de censur. tom.1. lib.2. disput.8. cap.3. vers. tertia,* & de insordescentibus per annum in excommunicatione, vide citatos per Barbos. *dicto cap.3. n.36. cum sequentibus.*

Excommunicatus per annum & ultra pro causa merè civili, non privatur beneficiis, Barbos. *ad cap. contingit 9. de dolo & contumacia, n.3. & ad cap. cùm bonæ memoriæ 8. de ætate & qualit. num.3. & 4. & cap.3. num.38.* ubi *num.39.* refert Doctores pro contraria parte. Ut dicatur contracta insordescentia ad effectum privationis beneficiorum, requiritur perseverantia cum animi pertinacia, quæ includit contemptum clavium. Anton. Ricciul. *de jure personarum extra gremium Ecclesiæ existentium, lib.4. cap.8. n.3.* Barbos. *dicto cap.3. n.40. & 41.*

Excommunicatus judicare non potest, Barbos. *in cap. exceptionem 12. de except. numero 3.* ubi etiam ampliat in subdelegato: & *num.2.* quod excommunicationis exceptio in quacunque judicii parte opponi potest non solùm à parte, sed etiam à judice ex officio: & vide Soar. *de censur. disp. 16. sect. 1. & 2.* quod excommunicatus non potest esse judex in sæculari judicio.

Excommunicatus ut actor non poteſt audiri in judicio, nec per ſe, nec per procuratorem, nec uti reus voluntarius, quia fungitur vice Actoris *cap. in tellexinus, de judic.* Barboſ. *num.* 20. *& ad cap. cùm inter, n.* 4. *de except.* Surd, *de alim. tit.* 8. *privil.* 83. *à num.* 1. Suar. *de cenſur. diſp.* 19 *ſect.* 3. *num.* 12. Sayr. *eod. tract. lib.* 2. *cap.* 8. *à n.* 11. Ordinat. *lib.* 3. *tit.* 49. §. 2. *&* 4. ubi etiam deciditur, quod judex ex officio, parte non opponente, tenetur excommunicatum a limine judicii repellere, & reſolvunt Peregrin. *de jure fiſci, lib.* 3. *tit.* 11. *n.* 16. Sanch. *de matrim. lib.* 3. *diſp* 21. *num.* 36. Et non poteſt eſſe in judicio per procuratorem in qualibet cauſa, Ricciul. *de jure perſonarum extra gremium Eccleſiæ exiſtentium, lib* 4. *cap.* 31. *n.* 5. *&* 9.

Excommunicatus poteſt ad ſui defenſionem proponere omnes exceptiones, etiam quæ tangunt judicis perſonam, Barboſa *in cap. dilectæ* 10 *num.* 3. *de except.* & idem probat *in terminis in cap. cùm inter* 5. *numero* 6. *eodem titul.* Et actus juriſdictionis temporalis ab excommunicato publico facti ſunt invalidi, ut probant Doct. *in cap. decernimus, de ſentent. excom. & in cap. ad probandum, de re jud.* ubi Barboſa *num.* 1. aſſerit, quod Sententia lata à judice excommunicato nullius eſt momenti. Et ſententia interlocutoria, ac ſimplex decretum latum à judice excommunicato eſt nullum, ut docet Anton Ricciul. *dicto lib.* 4. *cap.* 8. *num.* 2. Et geſta per excommunicatum denuntiatum ſunt nulla Bonacoſ. *lib.* 1. *commun. opin. tit.* 12. *n.* 49. Et acta judicialia facta per judicem ſæcularem, ac ejus officiales denuntiatos excommunicatos, ſunt nulla. Guter. *canon. lib.* 1. *cap.* 1. *n.* 75. Sanch. *ubi proximè.*

Excommunicationis majoris abſolutio qualiter legitimè conferatur, & quibus præmiſſis? Vide Sayr *de cenſur. lib.* 2. *cap.* 18. *à num.* 1. *cum ſequent.* ubi *à n.* 17. agit de cæremoniis abſolutionis publicæ in foro exteriori. Anathema idem eſt quod excommunicatio major quoad vim & vinculum, & ſolùm differt in ſolemnitate, de qua *in c. debent* 11. *q.* 3. reſolvunt Cov. *in cap. Alma mater, p.* 1. §. 8 *num.* 6 Sanch. *de matrim. lib.* 4. *diſp.* 22. *num.* 8. ubi ait quod denotat maledictionem ſolemnem. Alia Plura de hac dictione & de ejus ſignificatione vide per Spin. *in ſpeculo teſtam. ad gloſſ. rub. pag.* 11. *num.* 11. Emman. de Valle *de incantat. ſeu enſalm. opuſc.* 1. *ſect.* 2. *cap.* 5. *numer.* 35. Fr. Anton de Souſa *in explicat. Bullæ, cap.* 2. *n.* 5. cum citatis per Cened. *ad Decretum, collect.* 24. *num.* 4. quibus adde Barboſ. *ad cap. fraternitati* 6. *n.* 2. *de Clerico excom. miniſtr.* Fr. Didacum Ximenes *in operè cui titulus, Lexicon Eccleſiaſticum Latino-Hiſpanicum, lit. A,* verbo *Anathema.*

Excommunicationis minoris aliqua vide per Sayr. *de cenſur. lib.* 2. *cap.* 22. *&* 23. Excommunicatus minogularis, Barboſ. *in cap. fin. n.* 4 *de Clerico excom. miniſtr.* ubi *num.* 7. quod excommunicatio minor paſſiva tantùm Sacramentorum participatione privat, de quo etiam *in cap. ſi quem* 59. *num.* 3. *de ſentent. excommunicat.* & vide eundem Barb. *ad cap. nuper* 29. *de ſentent. excom. n* 7.

Excommunicatum ſe non fatetur petens abſolutionem ab excommunicatione, Barboſ. *ad cap. exhibita* 22 *n.* 5. *de homicidio.*

Excommunicatus nominatim denuntiatus abſolvi poteſt virtute Iubilæi à cenſuris, dum tamen priùs ſatisfaciat parti offenſæ, aliàs abſolutio non valet, Sanch. *de matrim. l.* 3. *diſput.* 33. *num.* 1. garc. *de benefic. p.* 2. *c.* 5. *n.* 55. *cum ſequentibus,* ubi aſſerit quod valet abſolutio pro foro exteriori, quando facta eſt ſatisfacta parte.

Excommunicatio quando fuit lata donec & quouſque ſatisfecerit, adhuc in hoc caſu ſequuta ſatisfactione requiritur abſolutio, aliàs remanet excommunicatio, gloſſ. *verbo donec. in Clem.* 1. *de decim.* Gloſſ. eod. verbo, *in Clem. præſenti de cenſibus,* cum pluribus Doctor. quos referunt, & ſequuntur Soar. *de cenſur. tom.* 5 *diſp.* 7. *ſect.* 1. *à n.* 10. *& ſect.* 2 *n.* 2. Mar. Alter. *de cenſur. lib* 4. *diſp.* 1. *pag.* 381. Ant Ricc. *de jure perſonarum extra gremium Eccleſiæ exiſtentium, l.* 4. *c.* 65. *n.* 25. Et quod requiratur abſolutio actualis & poſitiva, & non ſufficiat ſatisfactio, decidit text. *in cap. quod in dubiis* 30. *de ſentent. excom. cap. nuper* 29. *cap. cùm deſideres* 15. *in medio & in fine, eod. tit. gloſſ. in c.* 1. *de decimis,* Cov. *in cap. Alma mater, p.* 1. §. 11. *n.* 5. *de ſentent. excom.*

Excommunicatus ab homine non poteſt abſolvi niſi ab excommunicatore, *cap. Paſtoralis,* §. *præterea poſtulaſti, de offic. Ordi.* Sayr. *de cenſur. lib.* 2. *cap.* 8. *n.* 3. aut ejus ſucceſſore, ſuperiore, vel delegato. Henriquez *in ſum. l.* 13. *cap.* 17. *n.* 1. Nav. *in man. c.* 17. *n.* 40. Cov. *d. p.* 1. §. 12 *n.* 2. Sayr. *de cenſur. lib.* 2. *c.* 20 *n.* 19. & eſt text. *in cap. ſi Epiſcopus.* 11. *q.* 3.

Excommunicatio ab homine per mortem judicis exſpirat, *cap. à nobis* 1. *ordine* 21. ubi Barboſa *numero* 12 *de ſentent. excom.* Navar. *in cap. placuit, de pœnit. diſt.* 6. *num.* 35. *& n.* 161. Ugolin. *tab.* 1. *cap.* 2. §. 1. *& cap.* 9. §. 4.

Excommunicationis latæ cum reincidentia aliqua vide per text. *in cap. eos* 22. *de ſentent. excommun. libro ſexto,* Henriq. *in ſum. libro.* 13. *cap* 19. *numero* 3. Cov. *in capit. alma mater, p.* 1. §. 11. *n.* 6. Sanch *in præcepta Decalogi, libro* 2. *capite* 13. *à n.* 24. Aloyſ. Ricc. *deciſ. Cur Archiepiſcopat. Neapoli. p.* 2. *dec.* 191. *num* 3.

Excommunicatus faciens promoveri ad Ordines Sacros, ſuſpenſionem incurrit indiſpenſabilem, ut per text. *in cap. cùm illorum* 32. *de ſentent. excom.* reſolvunt Cov, *in cap. Alma mater, p.* 1. §. 6. *n.* 6. Nav. *in man. c.* 27. *n.* 241. *in princip. & in cap. conſideret,* §. *cautus, n* 29. *de pœnit. diſt.* 5. Suar. *de cenſuris, tom.* 3. *diſp.* 31. *ſect.* 1. *n.* 57. Avil. *in ſimili tract. p.* 7. *diſp.* 9. *ſect.* 1. *ſub.* 6. *verſ. ſecunda concluſio,* Mar. Alter. *eod. tract. tom* 2. *diſp.* 10. *de ſuſpenſione, cap.* 6. *in principio,* Bonacina etiam *eod. tract. diſp.* 3. *de ſuſpenſione, puncto* 5. §. 1. *n.* 10. *& noviſſimè de ſuſpenſione in particulari diſp.* 3. *q.* 1. *puncto* 6. *n.* 1. Filliuc. *in quæſt moral. tract* 17. *cap.* 5. *n.* 94.

Excommunicatus denuntiatus in una diœceſi, debet vitari in omnibus, Sayr. *de cenſur. lib.* 2. *cap.* 11. *n.* 26. Marta *de juriſd. t. p.* 3. *cap.* 2. *n* 12. Barboſ. *ad cap. cum plantare* 3. *de privileg. num.* 15. 21. *&* 22. *& numero* 23. ait quod judex Eccleſiaſticus poteſt extra territorium ſuo ſubdito communionem prohibere.

Excommunicatus poteſt petere in integrum reſtitutionem, Capella Tholoſ. & ibi additio *q.* 301. Peregrin. *de jure fiſci, pag.* 141. *tit.* 11.

Excommunicatus non poteſt agere remediis reſtitutoriis, ex Doctor. citatis per Barboſ. *in remiſſ. ad Ordinat. lib.* 3. *tit.* 49. §. 4 *n* 1. Nec poteſt intentare interdictum, *unde vi* Anton. Gabriel *lib.* 1. *commun. opin. titul. de reſtitut. ſpoliator. concl.* 1. *n.* 54. *pag.* 281. Menoch. *de interdict. remed.* 1. *recup. poſſeſſ. num.* 350. Peregr. *dicta pag.* 141. Surd. *de alim. tit.* 8. *priv* 83. *n.* 3. Thom. Valaſc. *tom.* 1. *allegat.* 58. *num.* 21. Marta *de juriſd. t. p* 3. *cap.* 9. *n.* 27. Non impedit tamen excommunicatio reſtitutionem attentatorum, Menoch. *remed.* 17. *recup. poſſeſſ. n.* 31. Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancel.* § 7. *p. oam. n.* 239. Marta *ubi proximè, numero* 28. Et excommunicatus non poteſt petere reductionem ad arbitrium boni viri Azeved. *ad l* 4. *n.* 152. *tit.* 21. *lib.* 4. *novæ recop lat.* Item excommunicato denegatur exceptio compenſationis, Bonacoſa *p.* 1. verbo *excommuni*

communicatus, pag.60.in fine, Azeved. *l.* 1.*num.*132. *cum seq. dicto titul.* 21 Rebuf. *in tract. exceptionum, num.* 500 *vers. & an excommunicatus*, Marta *dicto cap.9. num.* 3. Deinde excommunicatus non potest uti reconventione, Bonacosa *ubi proximè*, ubi etiam de missione ex primo decreto. Nec potest agere remedio legis *diffamari* Peregrin. *dicta pag.* 141. *n.*12. Bernard Græv. *in pract. Cam. Imper. lib* 1.*concl.*9. *considerat.*2. ubi *num.*3. an possit agere contra alium æquè excommunicatum. Et non potest agere de liberatione à carcere. Peregrin. *pag* 142.*num.*20. Neque potest debitum solvi excommunicato denuntiato, Sayr. *clavis Regia, lib.* 10. *tract.*5. *cap.* 8. *n.* 11. *cum sequentib.* Marta *ubi suprà, n.* 39. Et si debitor est fugitivus, vel sit periculum in mora, admittitur excommunicatus ad agendum, Surd. *dicto privileg.*83. *num.* 8. Et non potest substituere alium procuratorem virtute mandati, Rebuff. *in tract. nominat. q.*14. *num.*105, *junctò n.* 112. *ver. duodecimo.* Et potest revocari mandatum procuratorium, si procurator excommunicetur, Neviz. *in l. aut religio* 18.*ff. de procuratoribus.* Et cessionarius non potest agere, quando cedens est excommunicatus, Cald. *de empt. cap.* 24. *num.*55. Et non potest dare licentiam uxori ut agat, Paz *in praxi, tom.* 1 *tempore* 2. *num.*31. *fol.* 30. *verso.* Et religionis professio emissa ab excommunicato valet. Fr Emman Roderic. *tom.*3. *quæst. Regular. q.* 16. *artic.* 14. Et excommunicatus non potest acquirere pensionem, Aloys. Ricc. *in collect. decis. p.*5. *collect.* 1958 Et pensio collata excommunicato non valet, Garc *de benefic. p.* 1.*cap.*5 *num.*130. Item pensionis collatio ab excommunicato facta est irrita, Gig. *depensi. n.q.*14. Suar. *de censur. disp.*13. *sect.*1.*n.*9. quod probabile judicat Cov. *in cap. Alma mater, p.*1. §.7.*n.*2. *ver. sinona.*

Excommunicatus potest contrahere, Mascard. *de probation. concl.*705.*num.*15. Fr. Emman. Roderic. *in sum. cap.*81.*n.*14. Ubi etiam ait quod potest permutare beneficia. Et contractus facti cum excommunicato vitando sunt validi, Cov. *dicta p.*1. §.1. *n* 9. & 10. Filliuc. *tract.*12. *de censur. c.*9. *n.*201.

Excommunicatus potest nominare ad emphyteusim, Cald. *de nominat. q.*5.*n.*47.

Excommunicato carcerato potest communicare custos Carceris, *cap* 9 *oniam multos*, 11.*q.*3. cum traditis per Cov. *dicta p.*1. §.1. *num.*9. De causis quæ à participatione cum excommunicatis excusant per utile, lex, humile, res ignorata, necesse vide Sayr. *de censuar. lib.*2.*cap.*14.*a n.*1.

Excommunicatus testificari non potest, Barbosa *in cap. decernimus* 8. *de sentent. excommunicat.n.*6. *libro sexto*, & ab eo citatis adde Suar. *de censur. disp.* 16. *sect.*7.*n.*1. *cum sequentibus.*

Excommunicatus potest esse executor testamenti, Perez *ad l.b.* 5.*tit.* 2. *legum Ordinam. pag.* 138. *vers. quintò.*

Excommunicatus potest testari, Menchac. *illustr. c.*102.*n.*5. Bonacos. *p.*1. verbo *Excommunicat. fol.*59. Perez *l.*1. *vers. item dubitari potest. dicto tit.* 2. *lib.* 5. *Ordinam. pag.*63. & *lib.*6.*tit.*13.*n*°54.56. & 57. & *l.*8. *pag.*175. Henriq. *p.*2.*sum. lib.*13.*cap.*8.*n.*7.*pag.*1122. Peregrin. *de jure fisci, titul.*11.*n.*26.*pag.*145. Barbos. *in cap. decernimus* 8.*n.* 7. *de sentent. excom. libro sexto*, Suar. *de censur. tom.*5. *disp.*15. *sect.*9. quamvis contrarium teneat Gloss. fin. *in dicto c. decernimus*, quam sequuntur relati à Cov. *in rub. de testam. p.*2.*n.*18. *in principio.* Et validum est testamentum & codicillus factus ab excommunicato, Bonacina *de excommunicat. disp.* 2.*q.*2.*punct.*5. *in secunda proposit. num.*9. ubi *n.* 8. ait quod valida sunt instrumenta, & scripturæ factæ ab excommunicato, & vide Barbos. *in d. cap. decernimus*, *num.* 8. ubi probat quod instrumentum confectum à notario publicè excommunicato est nullum.

Excommunicatus ob levem clerici percussionem, ab Episcopo absolvi potest, *c. pervenit* 17. *de sentent. excom.* Garc. *de nobilit. gloss.*9.*n.*40. *cum sequentibus* Guter. *Canonic. lib.* 1.*cap.*3.*n.*11 *cum sequentibus*, Bellet. *disquisit. clerical. p.*1. *tit. de favore clericor. Canon.* §.3.*n* 35 Optimè Sayr. *de censur. lib.*3.*cap.*28. *à princip.* Bonacin, *eod. tract. disp.* 2.*q.*4.*puncto* 5.*n.*2. Carol. de Graff. *de effectibus clericat. effectu* 9.*n.*173. Levis in uria judicanda est arbitrio Episcopi, qui ex circunstantiis personarum, locorum, temporum, modi percussionis, & læsionis arbitrari poterit, ut advertunt Bellet *a.*§.3.*n* 34 Sayr. *d.c.*28.*n.*5. addens communiter levem censeri percussionem, quæ fit à magistro, Prælato, patre, domino, in discipulum, clericum, filium, aut servum, unde Bonacina *d. puncto* 5.*num.*4. levem percussionem regulariter credit esse illam, quæ fit pugno, palma, manu, pede, digito, baculo, vel lapide, quæ nullam carnium maculam reliquit, vel quæ fit absque scissione membri, sine fractione dentis, sine evulsione multorum capillorum, & sine effusione multi sanguinis, nisi ratione loci, vel personæ possit hæc levis percussio censeri graviter injuriosa, veluti si quis manum injiciat in faciem alicujus gravis personæ impingendo alapam, aut si in platea, vel coram populi frequentia percutiat. Et percussio quando dicatur gravis, seu enormis, mediocris, vel levis? Vide Quarant. *in sum. Bullar.* verbo *casus reservati, num.*1 : & Fr Emman. Roderic. *in sum. cap.*82.*num.*8. Et excommunicatus est percutiens clericum mortuum, Barbosa *in cap. si quis suadente*, 17.*qua.*4 *num.* 47. De materia hujus text. Vide eundem *de offic. Episcopi, p.*2. *allegat.* 50.*n.*83. *juncta allegat.*41. Villalob. *p.*1. *sum tract.*17. *de excommunicat difficult.*22. & 23.

Excommunicatus potest appellare, & prosequi suam appellationem. Themudo *p.*3.*dec.*322.

Excommunicationis sententia non suspenditur per appellationem, quia trahit secum executionem, *cap. Pastoralis* 53. §. *verum*, ubi Barbos. *de appellat. cap. per tuas* 40. ubi idem Barbos. *n.* 2. *de sentent. excom. cap. is cui* 20 *eod. tit. lib. sexto.*

Excommunicatio post appellationem justam lata, est ipso jure nulla. *cap. cùm contingat* 36. *de offic. delegati. cap. ad præsentiam* 16. *de appellat. cap. dilectis* 55. *eod. tit.* Barbos. *ad cap. cùm dilectus* 8. *num.* 2 *de religios. dom. & in cap. veneralibus* 8.*n.*13. *de sentent. excom. lib. sexto*, Mendez *p.*2. *pract. lib.*2. *cap.*7.*n.*5. Nav. *in man. cap.* 25 *num.* 4. & *in cap. cùm contingat* 24. *de rescriptis, remed.* 2.*n.* 5.6.7. *causa* 6. *nullit. n.*1, Cov. *in cap. Alma mater, p.*1. §. 10. *n.* 6. Cardoso *in praxi judicum, & advocat.* verbo *Excommunicatio, num.*62. Marta *de jurisdict. p.*3. *c.*18. *n.*6. Sayr. *de censur. lib.*1. *cap.*16.*n.*18. Nam per appellationem legitimè interpositam suspenditur jurisdictio judicis à quo, & durante ea suspensione, actus quicunque ab eo judice gesti nullius sunt momenti, Barb. *in cap. licèt* 14. *de sentent. ex. in sexto*, *num.* 3. Et per appellationem interpositam excommunicantis videtur jurisdictio dormitasse, *d. cap. Pastoralis*, §. *verùm, de appellat.* Et qui allegat excommunicationem nullam fuisse, quia lata post appellationem, & petit absolutionem ad cautelam, absolvendus equidem est, non simpliciter, sed ad cautelam, *d. cap. per tuas, de sentent. excom.* ubi Barbos. *n.*3. *ad cap. solet* 2. *eod. tit. lib. sexto*, Cov. *ait. p.*1. §.12.*n.*7.

Verbo EXECUTIO, EXECUTIVA, EXECUTOR.

EXECVTIO poteſt fieri contra clericos in redditibus beneficiorum, Barboſa *in cap. olim. 16. num. 3. de reſtitut. ſpoliat.* ubi intelligit modò nulla alia ſint bona, in quibus poſſit fieri executio, & dummodo etiam ex eiſdem beneficii fructibus dimittatur ipſis clericis congrua portio unde valeant cum ſervis neceſſariis juxta qualitatem ſuam alimenta percipere.

Executionem literarum Apoſt. impedientes incurrunt in cenſuras Bullæ Cœnæ Dominicæ, ita declaratum eſt à Pio V. *in Bulla Cœnæ Domini, §. item excommunicamus, ibi, Executoriales, pag.* 150. & idem decretum eſt per Gregor. XIII. & per Clement. VIII. *in §. 13. & 14.* & per Conſtitutionem Leonis X. quam refert Rebuff. *in praxi benefic. pag.* 317. ubi agit de caſibus Bullæ Cœnæ Domini, probant etiam Fr. Emman. Roderic. *tom. 1 q aſt. Regular. q 6 art. 8. & 9.* Azor. *inſtit. moral. p. 1. lib. 5. caſ. 12. col. 409. & c. 13. col. 417 & c 14. col. 412.* Souſa *in declarat. Bullæ Cœnæ Dom. cap. 14. diſſ. 76. n. 9.* Gabr. Pereira *de manu Regia, cap. 4. n. 10. cum ſequentibus, & cap. 7. num. 19.* Et prætextus ſupplicandi, vel informandi Summum Pontificem excuſare poteſt impedientes executionem literarum Apoſt. Gabr. Pereira *d. cap. 7. num. 19 p. 1.* & ibi refert judicatum in cauſa Antonii Lopez de Maja, Canonici, Conimbricen. cum Epiſcopo Conimbricenſi, Bonacin *de cenſuris in Bulla Cœnæ contentis, diſp. 1. quæſt. 15. puncto 4. §. 2. propoſit unica, n 1.* ubi *num.* 2 quod non excuſatur impediens malitioſè dictam executionem, Souſa *ubi proximè, num.* 2. *Junctò num.* 4. *cum ſequentibus* Et de practica Caſtellæ vide Ceval. *commun. tom 4. q.* 897. *à num.* 92 & 329. Bobadil. *lib. 2. Polit. cap.* 18. *n.* 208. Cened. *ad decretum, collect.* 5. *n.* 4. Cur. Philip. *p.* 1. §. 5 *num.* 4. De excommunicatione Bullæ Cœnæ Domini contra appellantes ad laicam poteſtatem in cauſis Eccleſiaſticis ad impediendam executionem literarum Apoſtol. agit Suar. *de cenſur. diſput.* 11. *ſect.* 2. *num.* 74.

Executor literarum Sedis Apoſt. debet eſſe conſtitutus in dignitate, vel habere canonicatum in Cathedrali, Barboſa *in cap. ſtatutum* 11. *de reſcriptis in ſexto*, de quo etiam vide Flor. *var. lib.* 1. *q.* 4.

Executores literarum Apoſt. dati ad compellendum poſſunt conſtitui, licèt non ſint in dignitate Eccleſiaſtica conſtituti, & in aliis locus non eſt *dicto cap. ſtatutum*, quia tantùm poſſunt notificare, & inſinuare literas Apoſt. Navar *in cap. cùm contingat, 24. de reſcript ſecunda cauſa nullitatis, num. 23.* Staphil. *de literis gratiæ, & juſtitiæ, tit. de mandat. de providendo, in octava forma, n.* 12. Rebuff. *in praxi benefic. tit. forma mandati executor. pag.* 741. Put. *p. 3. deciſ.* 192. Secus executoribus datis ad providendum, qui poſſunt excommunicare, & procedere, vide Flor. *var. q. 4 n. 2. cum ſequentibus.*

Executor Apoſtolicus non poteſt exercere ſuam juriſdictionem literis non præſentatis, Barb. *ad cap. cùm in jure 31. de offic. delegati, num. 3. cum ſequentibus, & ad cap. ſuper eo 12. n. 3. de appellat.* Garc. *de benefic p. 6. cap. 2. n. 8 [cum ſeq.* Molin. *de primogen. lib. 2. cap. 7. n* 58. Flamin. *de reſignat. lib. 6 quæſt. 4. num.* 37. Et citatio delegati, in qua non fuit inſertum originale reſcriptum, non eſt potens ad declarandum illum, qui in canonem excommunicationis inciderit, Ricc. *in collect. deciſ. p. 3. collect.* 532. *in fine.*

Executoris Apoſtolici poteſtas exſpirat eo ipſo quod proviſus inductus eſt in poſſeſſionem, & per aliquod tempus pacificè poſſedit, Aloyſ. Ricc. *in collect. deciſ. p. 1. deciſ.* 58. & in fine limitat in delegato ad cauſam principaliter, ſi non poteſt exequi ſuam ſententiam, niſi uſque ad annum, per text. *in cap. quærent. 26. de offic. delegati*, quod etiam ſic limitat Garc. *de benefic. p. 6. cap. 2. n.* 148. Ubi docet quod diverſa eſt ratio in executore gratiæ, cujus poteſtas tanquam acceſſoria debet durare ſicut ipſa gratia, de quo vide etiam Flor. *var. lib. 1. q. 4. §. 3. n.* 60. in executione gratiæ cum clauſula, Inducentes, & defendentes inductum, quod poteſtas ad defendendum durat anno, per illum text. *in dicto cap. quærent.*, cum aliis notatis per Garc. *d. cap. 2. à n.* 146. *cum ſequentibus.*

Executores gratiarum poſſunt delegare & committere aliis vices ſuas, Themud. *deciſ.* 274 *num.* 20. *f.* 3. Garc. *de benefic. p. 6. c. 2 §. 1. num.* 97. *cum ſequentibus.*

Executor gratiæ habens cauſæ cognitionem poteſt recuſari, Flor. *var. q 4 n* 43. ubi *n.* 45 quod ab eo non datur appellatio, ſaltem ad effectum ſuſpenſionis, ſi excedat: & quod talis appellatio operatur ſolùm effectum devolutivum, tradunt Steph. Gratian. *diſceptat. forenſ. cap.* 146. *n.* 33 Et poſt Guter. *in l. nemo poteſt. n.* 447. *ff. de legat.* 1. Ceval. *commun. cont. à com. q.* 190. *n.* 6.

Executor gratiæ Apoſt. quando teneatur ſuperſedere, & remittere cauſam Ordinario in prima inſtantia, & de praxi eorum Regnorum, vide Flor. *var. q. 12. à n.* 17. *cum ſequentibus*, ubi *n.* 30 *cum ſequentibus*, quod executor penſionis poteſt procedere ad executionem, non obſtante quod pendeat lis coram Ordinario ſuper nullitate penſionis, & vide Gig. *de penſion. q* 70. ubi ait quod executor penſionis, ſi procedat nulliter contra debitorem penſionis, tunc poteſt recurrere ad Ordinarium. Et quod non poteſt declarare debitorem excommunicarum, niſi ei intimentur literæ originales penſionis, probant Flor. *q. 12. num.* 27 Flamin. *de reſignat. lib. 6. quæſt. 2. à num.* 137. Et præſentandæ ſunt coram executore literæ originales penſionis, Garc. *de benefic. p. 1. c. 5. n.* 532.

Executor literarum Apoſt. quo pacto procedere debeat, quando quis eſt in Canonicatibus, cùm literæ intimantur Capitulo? vide Guter. *Canon. c. 4. n.* 28. *cum ſeq.*

Executorum executorialium Rotæ aliqua vide per Aloyſ. Ricc. *in collect. deciſ. p. 5. collect.* 1666. Guter. *Canon. c. 4. n.* 28. *cum ſeq.*

Executor reddirur mixtus ubi adeſt intruſus, vel comparet contradictor, Flamin. *de reſignat. lib.* 11. *quæſt.* 10. *n.* 15. & 21. Garc. *de benefic. p. 6. c. 2. n.* 106. & *maximè n.* 110. *junctò n.* 112. Et clauſula, amoto quolibet detentore, in literis beneficialibus facit executorem de mero mixtum, Marta *de clauſul. p. 1. clauſula 9. num.* 1. Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancel. gloſſ.* 9. §. 1. *in annotat. n.* 273. Et quando ſit merus, vel mixtus, etiam agit Ricc. *in collect. dec. p. 5. collectan.* 1690 executor mixtus dignoſcitur ex verbis commiſſionis nempe quando adeſt clauſula, amoto illicito detentore, vel gratia conceditur in forma dignum, vel eſt clauſula, *vocatis vocandis*, aut aliæ ſimiles, de quibus Themudo *p. 3. dec.* 274. *n.* 12.

Executor non poteſt cognoſcere de exceptionibus, quæ reſpiciunt merita cauſæ principalis, nec eas diſcutere, ſed remittere debet ad priorem judicem Mendez *lib. 3. praxis Luſit. cap. 21. n.* 53. Cabedo *deciſ.* 49. *tom.* 1. Barboſ. *in l. ſi prætor, ff. de judic. num.* 62. Farin. *de delict. p. 3. q.* 97. *n.* 74.

Executione facta in re adjudicata victori, depoſita ſumma melioramentorum, quam pars jurejurando declara

declaravit donec fiat liquidatio, an interim possit reus petere depositum, præstita cautione? Videtur quod sic, quia æqualitas in judiciis est servanda, *l. non debet 42. ff. de reg. juris*, & sic jus concedit retentionem quousque melioramenta solvantur, *l. si in arca 32. ff. de condict. indebiti. l. Paulus, ff. de doli except. l. qua ratione, §. 1. ff. de acquir. rer. domin. l. necessarias, ff. de pignorat. act. l. quod dicitur ff. de impensis in rebus dotal.* Ordinat. *lib. 4. tit. 54. §. 1* facit reg. *l. curabit, Cod. de action. empti*, & text. *in l. diversa pars, Cod. de transact.* Ordinat. *dicto l. 4. tit. 67. §. 3.* aliàs locupletaretur reus cum aliena jactura, contra reg. *c. locupletari, lib. sexto*, & faciunt quæ Gam. *decis. 4. num. 1.* Valasc. *de jure emphyt quæst. 25. n. 23.* quem vide *consult. 111. n. 21.* & Cabed. *dec. 201. p. 1* qui asserunt quod data fide justione ante relictum prædium, debet tradi depositum. Et deposita quanticate meliorationum, non impeditur executio: Gam. & Valasc. *ubi proximè*, Garc. *de expens. cap. 6. n. 19.*

Executor juris dicitur executor justitiæ, Farin. *cons. 65. 36.*

Executoribus sententiarum permittitur variatio, absque eo quod opponi possit exceptio litis pendentiæ, Lancelot. *de attentatis. p. 2 cap. 4. limit. 2. num. 84.* Marant. *de ord. judic. p. 6. in ultimo actu, tit. 1.* & post omnia adnotatur circa executionem, *num. 84.* Licèt verum sit circa exceptionem litis pendentiæ, quod cùm sunt plures judices competentes, locus est prærentioni, & in specie est Ordinat. *lib. 2. tit. 9. §. 3. & l. 3. tit. 5. §. 3.* tradit Gonzal. *ad reg. 8. Cancel. §. 3. proœm. n. 12. junctò n. 14.*

Executoris potestas pendet à mandato, Flamin. *de resignat. lib. 1. quæst. 22. num 4.* Et forma mandati est observanda, Joseph Ludovis. *Peruss. dec. 37. num. 5. & dec. 117. n. 12.*

Executoris mandato acta fiunt valida, & talia remanent judice commissario denuò adveniente: juxta *cap. addita, de restit. spoliator.* & resolata per Felin. *n. 11.* Dec. *n. 7. in cap. caterùm, de rescriptis*, Rebuf. *ad leges Gallia, tom. 1. tract. de evocat. n. 24. p. 264. & tract. nominat. q. 14. n. 71.*

Executivis supersedendum non est mandato Regum, Flamin. *de resignat. lib. 1. quæst. 6. n. 64.* Flor. *var. lib. 1. quæst. 12. n. 43.*

Executio fieri non potest in emphyteusi nominatio is, nisi vivente domino, quod si ante finitam executionem moriatur, victor non poterit illam prosequi, Cabed. *p. 1. dec. 134. n. 1.* Gam. *dec. 5. n. 9.* Cald. *forens. q. 20. n. 35.*

Executio ubi facta est à jure, non admittitur moræ purgatio, ut tradunt DD. *in l. si insulam, ff. de verbo obligat.* & Barbos. *de offic. & potest. Episcopi, p. 2. allegat. 72. n. 169.*

Executio non potest fieri per apocham non recognitam, Ordinat. *lib. 3. tit. 25. §. 9.* ubi Barbosa.

Executio fit pro censu, vulgò *furo*, captis pignoribus contra debitorem, vel ejus hæredem, aut tertios rei possessores, Mendez *in pract. Lusit. p. 1. lib. 3. c. 21. n. 56.*

Executio non potest fieri ex instrumento annali locationis, pro citata reconductione, sed est procedendum via ordinaria, Curia Philip *p. 2. §. 2. n. 5.*

Executio non potest fieri sine sententia, *l. si cùm nulla, ff. de re jud. l. 2. Cod de except. rei jud.* Nec sine citatione partis, Ordinat. *lib. 3. tit. 76. §. 2. & tit. 86. in princip.* Barbosa *n. 4.*

Executione sententiæ debet citari pars principalis, etiamsi sit absens, & non potest citari procurator, Phœb. *p. 1. dec. 4.* & Mendez *in praxi, lib. 3. cap. 21. n. 1. & 2.*

Executio differtur ubi tertius appellat à sententia, Steph. Grat. *disceptat. forens. c. 439.*

Augustin. Barbosæ Repertor.

Executionis quis debeat esse judex à quo, vel ad quem? Vide per varios casus Bernard. Grav. *ad pract. Cam. Imper. lib. 1. concl. 113. considerat. 6.* Farin. *in praxi crimin. p. 1. lib. 4. tit 4. q. 34. n. 115. & 119.* Guter. *l. 1. pract. q. 97.* Vincent. de Franch. *dec. 335.*

Executio retardari non potest per clausulam solitam apponi, Sine præjudicio executionis, &c Garc. *de benefic. p. 1. cap. 5. num. 573.* Gonzal. *ad reg. 8. Cancel gloss 9. §. 1. in annotat. à n. 221.*

Executor si constet quod possessor est notoriè injustus aut intrusus, non tenetur eum citare. Flor. *var. lib. 1. q. 4. n. 23 cum duob. seq.*

Executio sententiæ fieri potest in bonis pignori datis, sine apprehensione, Gam. *dec. 203. n. 1.*

Executioni non datur instantia, nec lis, nec judicium. Bart. *in l. litibus, Cod. de agricol. & censit. lib. 11.* Afflict. *decis. 346.* cum aliis, de quibus per Flor. *var. lib. 1. q. 12. n. 13. & 43.*

Executor novus non facit quod non sit validum illud, quod antea factum erat per alium judicem commissarium, *cap. Audita, de restitut. spoliat.* Rebuf. *tom 1. ad leg. Gallia, tract. de evocat. n. 24. p. 264. & in tract. nominat. q. 14. n. 1.*

Executio potest suspendi super principali, quousque sententia super desertione transeat in rem judicatam Crav. *cons. 181.* Sesse *de inhibit. cap. 8. §. 4. n. 97.*

Executionem impedit exceptio nullitatis notoriæ, Steph. Gratian. *disceptat. forens. cap. 581. n. 13.* Phœb. *arresto 77. p. 2.* Cald. *forens. lib. 1. q. 36. à principio, & n. 5.* Gabr. Pereira *dec. 34 n. 3.*

Executionem impedit exceptio nullitatis ratione incompetentiæ, Barbos *in remiss. ad Ordinat. l. 3. tit. 87. §. 1 n. 3.* Et annullata sententia, acta valida manent, & remittuntur ad judicem competentem, Mendez *in praxi saculari, lib. 3. c. 3. n. 8.*

Executionem sententiæ potest impedire tertius, Cur. Philip. *p. 2. §. 26.* Phœb *p. 2. arresto 1. & 56.* Gabr. Pereira *dec. 19. in princip.* cum aliis citatis per Barbos *in remiss. ad Ordinat. lib. 3. tit. 86 §. 3. n. 2.* Intellige de tertio possessore, ut per Cur. Philip *dicta p. 2. §. 11. n. 1.* Valasc. *consult. 55. n. 1.* Barbos. *in l. si alienam, n. 19. ff. soluto matrim.* Parlador. *lib. 2. rer quotid. cap. fin. p. 4. §. 5.* ubi *n. 3.* ait sat esse probare possessionem, & vide Bernard. Grav. *ad pract. Cam. Imper. lib 1. conc 113. considerat. 3.* Mendez *in praxi, c. 21. n. 37. cum sequentibus.* Amplia per Phœb. *arresto 25. p. 1.* & plura tradit Stephan Gratian. *disceptat. forens. cap. 439.* Et dominus directus poterit contra tertium possessorem, in quem emphyteuta transtulit rem emphyteuticam, executionem intentare, & prosequi. Parlador. *ubi proximè, n. 5.* Cur. Philip. *dicto §. 11. n. 8.* Barbos. *in cap. cum super 17. de sentent. & re jud. n. 28.*

Executio facta non præcedente legitima liquidatione est nulla Stephan. Gratian. *disceptat. forens. cap. 318. n. 7. & cap. 333. num. 8.* Et liquidatio est pars atque præambula executionis, Gabr. Pereira *dec. 34. n. 2.* Et exceptio non liquidari debiti impedit executionem sententiæ, cum citatis per Barbos. *in remiss. ad Ordinat. lib. 3 ti. 86. §. 17. n. 2.* Et debet pars citari, quia requiritur causæ cognito. Rebuf. *ad leg. Gallia, tom. 1. tr. de lit. obligat. art. 1. gloss. 9 n. 7. cum seq.* Soar. *in l. post rem judicatam, notab. 2. n. 18. p. 244.* Valdes. *ad eundem in dicta lege, §. quartò limita, p. 125.* ubi plures citat. Et in exceptionibus, & liquidationibus non admittitur replicatio ac triplicatio: ita refert judicatum Phœb. *dec. 159. & arresto 9. p. 2.* Et liquidatione facta debet sequi condemnatio, Gratian. *forens. c. 677 n. 2.*

Executio pro delicto mariti non potest fieri in bonis mulieris, si sint emphyteutica, quæ non communicantur Ordinat. *lib. 4. tit. 95. §. 1. in princip.* Cald. *de emphyt. c. 27. n. 36. cum seq.*

Executio non potest fieri in peculio profectitio

filii pro debitis patris,Menoch. *de interdict. remed.9. recuper.poſſeſſ.num.72.*Clar.*lib.5.§.fin. quæſt.78. n.11.* de peculiis adventitiis vide eundem *num.12. & 14.* Cald.*in l.ſi curatorem*, verbo *læſis, n.119. Cod. de in integrum reſtitut.min.*Sanch.*in præcepta decalogi, lib. 2.c.15.num.16.cum ſequentibus*, ubi aſſerit quod ob filiifamilias crimen non publicatur profectitium ejus peculium.

Executor merus nullam habet cauſæ cognitionem, nec poteſt aſſumere partes judicis,ideo nec admittit exceptiones, text. *in l. ſi ut proponis, juncta l. executorem,Cod.de execut.rei jud.*Aloyſ.Ricc.*in collect.deciſ.p.5.collect.*748.Barboſa *ad cap.novit.n.3. 4. & 5.de appellat.& in addit.ad cap. de cætero 5. de re jud.*Et ſummariè procedit,atque habet tantùm effectum devolutivum appellatio ab eo,Garc.*de benefic. p.6.cap.2.n.* 40. Et quod non poteſt exceptiones admittere,nec de eis judicare,probant Barboſ.*in c. Paſtoralis* 28.§.*quia verò,n.*13.*de offic.delegati*, Camil. Borel.*in ſum.deciſ.tom.2.tit.32 num.*262.Scac. *de appellat.q.*17.*limit.*10. *n.*37.Et non debet interponere aliquam cauſæ cognitionem,ex citatis per Steph. Grat.*diſceptat.forenſ.tom.*3.*cap.*551.*n.*10.

Executor merus eſt nudus miniſter, & cenſetur electa induſtria perſonæ, & jus, Menoch. *conſ.*17. *num.*3.

Executores meri qui juriſdictione carent, debent mandatum ſibi injunctum tenaciter obſervare, Joſeph de Seſſe *de inhibit.lib.*1.*cap.*4.§.2.*n.* 29. Nomine commiſſarii omnia faciunt, idem *deciſ. Aragon.* 54. *n.*14.

Executor merus non poteſt cognoſcere de juſtitia,& injuſtitia cauſæ,*cap.de cætero* 5 ubi notatur, *de re jud.c.ſuper eo* 12.*de appellat.* ubi Barboſ.Ab executore meri facti poteſt ſupplicari ad Regem, Gabr. Pereira *de manu Regia,p.*2.*c.*63.*n.*13.*&* n.50.

Executor merus non poteſt recuſari,Gloſſ. *in cap. novit.*43.*de appellat.& in cap.ſuper eo* 12.*eod. tit.* Barboſa cum ab eo citatis ad ordinat.*lib.*3.*tit.*21. §. 28. *n.*1.quibus adde Cardoſ. *in praxi judicum & advocat.*verbo *executor, n.*3. Phœb. *arreſto* 44.*p.*2. Gabr. Pereira *de manu regia,cap.*7. *n.*18.*col.*3. ubi limitat ſi antea erat jam judicatus ſuſpectus.

Executores teſtamentorum an, & quando poſſint eſſe Regulares? Vide per citatos à Barboſa *de offic. & poteſtate Epiſcopi,p.*3.*allegat.*52.*n.*36.

Executores teſtamentorum agere poſſunt adversùs hæredes,ut ſolvant legata ex hæreditate relicta in teſtamento,Cov.*in cap.Joannes, n.*5.*de teſtam.*Id ipſum poſſunt facere legatarii adversùs hæredes, *l. alio*, & ibi gloſſ.verbo *petitura,ff.de alim:legat.* Bartol. *conſ.*137. *n.*2.*in fine.*

Executor teſtamenti,ſi pauper ſit, poteſt relictum pauperi ſibi erogare, Flamin.*de reſignat. lib.*9. *q.*17. *num.*120.

Executor teſtamentarius anno elapſo non adimplens voluntatem defuncti,non eſt privatus ipſo jure, ſed venit privandus per ſententiam, *cap. qui, nonnulli,de cleric.non reſident.*facit text.*in c.de multa de præbend.*& gloſſ.verbo *perdant,in cap.ſi diligenti, de foro compet.*

Executoribus annus currit à tempore ſcientiæ, Cald.*de renovat.quæſt.*5.*n.*26. *cum ſeq.& q.*6. *n.* 22. *cum ſequentibus*, Cened. *ad Decretal.collect.*114.

Executor nullo alio dato cohærede, loco hæredis eſt, & poteſt agere & conveniri,Valaſc.*conſul.* 68. *tom.*1.

Executio debet fieri in bonis inventarii,*l.ult.*§.*ſi præfatam.Cod.de jure delib l.*5. *tit.* 6. *part.* 6.Et aſſerenti plura fuiſſe bona in inventario,incumbit onus probandi Gloſſ.*in l.cum de lege.ff.de probat.*communiter recepta *de probat.concl.* 852. *n.* 1.Alia de executoribus,teſtamentorum, vide per Mol.*de contract. tract.*2.*diſp.*247.*cum quatuor ſequentibus*,Reynoſ.*obſervat.* 55.

Executio trium ſententiarum conformium impeditur per injuſtitiam notoriam,Steph Grat.*diſceptat. forenſ.cap.* 745. *n.*1. & 2. Et exceptio nullitatis admittitur etiam poſt tres ſententias conformes,Gloſſ. *in Clem.unic.de ſequeſtrat. poſſeſſ. & fruct.*Gut. *lib.*1. *pract.q.*96.*n.*8. Si appareat ex actis, Men. *conſ.* 345. *a n.*19.*& de arbitr lib.*2. *caſu* 9. *num.* 2.Guter. *dicta q.*96. *à n.*5. Maſcard.*concl.* 686. *num.*4 Secus eſt ſi non conſtet ex eiſdem actis, ſeu probetur incontinenti, Cald.*forenſ.lib.*2.*q.*36.*num.*10. Steph. Grat. *diſceptat.forenſ. c.*42. *n.*2. Et tertius poteſt intervenire ad impediendam executionem trium ſententiarum conformium,Barboſ.*ad cap. ciam ſuper* 17. *de re jud.à n.*6.*& cap.veniens* 38.*n.*2.*de teſtib.& in Clem.*1. *de re jud.n.*3.Et executionem non impedit reſtitutio petita adversùs tres ſententias conformes,Ant.Gabr *lib.*2.*commun.opin.tit.de execut.rei jud. concl.*1. *n.*17. Cov. *pract. c.* 25. *n.* 7. Et quando adversùs tertiam ſententiam reſtitutio imploratur, executio impediri nequit, niſi incontinenti læſio probetur, Cald. *in l.ſi curatorem*,verbo *per quod n.* 25.*C. de in integrum reſtit.min.& qq.forenſ.lib.*1.*q.*22.*n.*62.Menoch. *dicto caſu* 9. *n.*5.

Verbo Exemptus.

EXEMPTUS ſi delinquat extra locum exemptum poteſt coram locorum Ordinariis conveniri ratione delicti,contractus, aut rei ſitæ, ſecus ſi ad omnia ſit ſpecialiter privilegiatus,ex Ordinat.*l.*3. *tit.*6.*ad finem principii*, Abb. *in cap.ex tuarum, num. ult.de privileg.*Cov. *pract.c.*11. *n.*5. Henriq. *in ſum. lib.*7.*de indulgent.cap.*25.*n.*7.Sanch.*de matrim.lib.*7. *diſp.*33.*n.*23. Cabed.*p.*2.*dec.*86. *n.*7. Si delinquens ſit exemptus à juriſdictione excommunicantis,tunc in ſuo territorio habitans, & ibi committens delictum,ab eo excommunicari non poteſt.Sayr.*de cenſur.lib.*1.*c.*7.*n.*36.Sanc.*dicto n.*23. Gonzal. *ad reg.*8. *Cancel.gloſſ.*45 §.2.*n.* 33 ubi aſſerit quod contradictio unius ſufficit,ut quaſi poſſeſſio non acquiratur.

Exemptus citatus non comparendo ad allegandam exemptionem, non incurrit pœnam contumaciæ,*l.contumacia*,ubi Doct. *ff. de re jud.* Aloyſ. Ricc. *deciſ.Cur. Archiepiſcopat.Neapolit.p.*1.*dec.*163.*n.*12.

Exemptus non comprehenditur in ſtatuto generali, Marta *de juriſdict.p.*4.*cent.*1.*caſu* 85.*n.*15.

Exemptus æquiparatur non ſubdito, Ricc. *dicta dec.*163. *n.*1.

Exempti à juriſdictione Ordinaria non conveniuntur in ſæculari, niſi pro contractibus propriis, & ſuper bonis patrimonialibus, quæ Eccleſiæ non ſint. Gabr.Pereira. *de manu Regia,p.*1.*c.*8.*n.*7.

Exemptæ quamvis ſint perſonæ Eccleſiaſticæ à juriſdictione ſeculari,non tamen ſunt bona eorum, in quibus poteſt fieri executio per miniſtros Regios Avil.*Prætor.cap.*20.*n.*9. Avend.*de exequend.mandat. p.*1.*cap.*6.*n.*1. Azeved.*l.*4.*n.*12. *tit.*1. *lib.*4. *novæ recopilat.* Et leges Regni comprehendunt clericos, quia ſunt Vaſſalli ratione domicilii, & per judices ſæculares poſſunt privari poſſeſſione bonorum temporalium,Cab.*de patronat.Regiæ coronæ,c.*36.*n.*2.*&* 4 Et lata ſententia à judice ſæculari contra clericum, poteſt jubere fieri executionem in ejus bonis temporalibus,Barboſa *in l.qui prior* 29.*n.*98.*ff.de judiciis*

Exemptus privilegio ſuo renuntiare non poteſt, ex Barboſa *ad cap.dilecti* 4.*de arbitris, n.*4.

Verbo EXPENSÆ.

EXPENSIS alicujus quando aliquid videatur factum nomine alterius? Vide Rebuf. *in tract. nominat q.14. n.111.*

Expensas litis tenetur actor præbere reo pauperi, Aloyt Ricc. *decis. Cur. Archiepisc. Neapolit. p.1. d-56.*

Expensæ factæ in lite, quam unus de Capitulo habet cum eo, sunt deducendæ de communi, & tenetur contribuere ille, qui litigavit cum Capitulo, Greg. *l.3.* verbo *dellos, tit.9. part.5.* Put. *dec.271. p.1.* Garc. *de nobilit. gloss 22. n.5.*

Expensis suis debet facere ille, qui tenetur ad aliquid faciendum, *l. suo sumptu, ff. de operis libert.* Cabed. *dec.30. p.2.* & ubi quis petit aliquid fieri, debet fieri suis expensis, idem Cabed. *dec.83. n.2. p.1.*

Expensas factas in prædio quando fuerint excessivæ, non tenetur dominus prædii solvere, si propter illas cogatur dimittere prædium dictus dominus *l. in fundo, vers. fingo, ff. de revendicat. l. si servos 11. ff. de pignorat. act. l. sed an ultrò, §.1 ff. de negot. gestis*, cum traditis per Barbos. *in l. divortio, §. fin. p.1. n.73. ff. soluto matrim.* Garc. *de expensis, cap.1. n.30.* Cald. *de empt. ca. 27. n.61.* Surd. *de alim. tit.1. q.42. n.108.*

Expensas faciens in re aliena, non potest eas repetere, *l. domos hæreditarias 61.* ubi gloss. verbo *æstimatis, ff. de leg.1.* cùm juris fictione censeatur illas donasse, *l. domum 5. l. si quis sciens 11. C. de revendicat. l. ex argento*, ubi gloss. *ff. de condict. furt. §. ex diverso, & §. certè, Instit. de rerum divis.* Menoch. *de interdict. remed 15. recuper. possess. num.538. 540. & 644.* cuter. *lib.3. pract. q.68. n.8 cum duobus sequent.* Barbos. *in l. divortio, §. fin. p.1. à n.40. & n.61. & 62. cum seq. & à n.58. & n.78. 80. 82. 88. & 107. & p.2. n.7. ff. soluto matrim.* Limitatur in foro animæ, quo fur repetere potest impensas, Covar. *in reg. peccatum p 2. §.6. à num.3.*

LITERA F.

Verbo FACTUM.

FACTUM antiquum quomodo probetur? Vide Mascard. *de probat. concl. 105. & 733.*

Factum antiquum dicitur si excedat annos 100. Menoch. *de arbitr. lib.2. casu 3.* Menchac. *illustr. c. 84. n. 15.* Gam. *dec.88* Avend. *de exequend. mandat. p.1. cap. 6 n. 6.* Et in factis antiquis centum annorum plenè probat fama, Stephan. Grat. *disceptat. forens. cap.78. n.35. & 36.*

Facto magis declaratur voluntas, quàm verbis, *l. Paulus, ff. rem ratam haberi, l. pro hærede, ff. de acquir. hæred.* Aym. *cons.204. n. 11. cum seq.* Menoch. *cons.1. n.264. & cons.5. n.16. & cons. 110. n.1. cum seq. & cons.118 n.48* Mascard. *de probat. concl. 1415. n.34.* Rebuf. *in tract. de pacific. possess n.148.* Cald. *de resolut. emphyt. cap.11 n 20.* Surd. *dec.149. n.21. & cons. 371. n.65.* Rota Rom. apud Farin. *dec.582. n.5. tom.2. p.1.* Valasc. *consult.169. n.11.* Seraphin. *de privileg. juram. privil.1. n.57* Paul Montan. *tract. de tutel. c.33. n.535.* Gonzal. *ad reg.8. Cancel. §.4 proœm. n. 71.* Mendez à Castro *in Praxi Lusit. lib.3. cap 11. n.9.* Scac. *de appellat. q.17. limit.2. à n.23. cum seq.* Mar. Antonin. *var. lib.2. resol.11. n.65.* ubi *n.88.* declarat procedere quando factum est determinatum ad quid certum præsumendum, secus si est indeterminatum & indifferens, citans Mascard. *concl.45. n.5.* Et voluntas declaratur facto ac verbis, Gratian *forens. c.624. n.14.*

Facta verbis sunt fortiora, Aym. *cons.204. n. 11.* & Cald. *cons.11. n.15.*

Facto proprio admittitur probatio erroris, Cald. *de empt. c.20. n.28.*

Verbo FALSITAS, FALSUM.

FALSITAS est mutatio veritatis, *l.1. tit.7. part.7.* & ibi Gregor Menoch. *de arbitr. casu 309. n.10. & cons.310. n.6.*

Falsitas concludere debet per necesse, Surd. *decis.282. n.4.*

Falsi pœna tenetur is, qui se facit procuratorem, cùm non sit, Farin. *de delict. p.6. tit. de falsis. q.150. n.89* Et condemnatur in expensis, Mascard. *de probat. conclus. 1004. num. 6.* Et exceptio falsi procuratoris in quacumque judicii parte opponi potest, Barbos. *in remiss. ad ordinat. lib.3. tit.49. §.2. n.10.* & Auctor filius ejusdem, *in collect. ad cap. cùm venerabilis 6. de exceptio n.3.*

Falsitas non committitur si instrumentum aliàs est nullum. Farin. *de delict. p.4 cons.60 n.76. & 91.* Et quando non est nociva, ibidem *n. 46. in fine, & n.47. & addit. lit. N.*

Falsitas commissa in scriptura extra acta non facit perdere causam, Phœb. *arresto 23. p.2.*

Verbo FAMA.

FAMA ut plurimùm fallax est, cùm ad dictum unius facilè sequi consuevit multitudo, *c. cùm ex juventute 12. de purgat. Canon.* nullumque malum velociùs fama discurrere dicitur, cùm ipsa mobilitate vigeat, sibique vires acquirat eundo, & ab initio nata & inchoata de facili transeat, & spargatur, & falsi nũtia plerũque cõsistat, juxta illud Virgilii *l.4. Æneid.*

Fama malum, quo non aliud velocius ullum
Mobilitate viget, virésque acquirit eundo,
Parva metu primo, mox sese tollit ad auras,
Ingreditúrque solo, & caput inter nubila condit.

Hinc beatus Hieron. ad Rufinum scribens dicit, multùm in utramque partem crebrò fama mentitur, & tam de bonis mala, quam de malis bona falso tumore concelebrat: multi profectò sunt falsi rumores à malevolis, & nugigerulis conficti; quivis enim potest turpem de quolibet rumorem proferre, & confictam fabulam dissipare: temerè etiam conflari solent ea, quæ ex rumoribus sparguntur sine certo auctore, sine radice veritatis, ut refert Farin. *de delict. p.1. tit.5. q.47. l. decurionum, Cod. de pœnis*, vana populi voces exaudiendas minimè esse statuitur: & *num.9.* quod propterea famæ tanquam rei fragili, fallaci, pernicioſæ, & utplurimùm transmissæ ab iis, qui nocere cupiunt, & qui ita desiderant de hoc famam esse nil mirum est credendum.

Fama probatur per Scripturas, Menoch. *cons.191. num.84.* Et per testes singulares, Bonacosa *p.1.* verbo *fama, fel.78. verso.*

Fama tam in civilibus, quàm in criminalibus non facit plenã probationẽ, Mascard. *de probat. concl.753.* Farin. *in praxi crimin. to.1. tit.5. de indiciis & tortura q.47. n.3.* ubi *à n. 4.* quod in criminalibus non facit indicium

indicium ad torturam,& *n.*11. limitat in delictis occultis & difficilis probationis,in quibus sola fama facit indicium ad torturam : & *à n.* 17. idem operatur juncta cum aliis conjecturis,& *num.sequentib.*hoc declarat,& *à n.*74.*cum sequentib.*quod facit semiplenam probationem,& secus in criminalibus, & ubi agitur de dissolvendo matrimonio, & *à n.*75. quod juncta cum uno teste de visu plenam inducit probationem.

Famæ probatio requirit duos testes, Farin. *dicta quæst.* 47. *num.* 208. ubi *à n.*220. quod debent esse spectatæ fidei, integræ, & optimæ opinionis,vel omni exceptione majores: & *num.*229. *cum sequentibus*, quod testes super fama deponentes debent nominare auctores, & eos à quibus fama ortum habuit : & *à n* 237 *cum. sequentibus*, quod debent dicere se audivisse à majori parte populi.

Fama sola plenè probat in probatione nobilitatis, virtutis, seu alterius qualitatis, Farin. *dicta q.* 47 *à n.*101.ubi testatur fuisse resolutum in Rota.Et bonitas, ac bona qualitas alicujus, quomodo probetur? Vide Mascard. *de probat. concl.*134.

Fama in probationibus puritatis sanguinis, quod paria sunt esse talem, vel haberi pro tali, procedit in illis quæ sunt juris, Garc. *de benefic. p.* 5. *cap.* 1. *num.* 146. & non in iis quæ in facto & probatione consistunt ; diversum enim est quod quis sit talis vel quod pro tali habeatur, *l. meretes*, ubi Alciat. *ff. de verb. significat.*Menoch.*cons.*35.*n* 21.

Fama in antiquis probat. Doctores per text.ibi,*in cap.cum causam,de probat.*Duen *reg.*299.*limit.*7.Mascard. *de probat. concl.* 753. *à n.*4. Valasc. *de jure emphy quæst.* 9.*n.*25. Barbosa *de offic. & potest. Episcopi p.*1.*tit.*3.*cap.* 2.*num.*76. Garc. *de expensis, cap.*9.*n.*12. *&* 13. Ubi idem de opinione generali. Et in antiquis bene probat. etiam quod agatur de gravi præjudicio,dum modo sit uniformis & solida,ac constans & illæsa,sine varietate,& contrarietate.Garc.*de benefic. p.* 12 *cap.* 4.*n.* 148. *cum sequentibus*, Farin. *dicta quæst.*47.*num.*106. *cum sequentibus*, ubi etiam asserit quod hæc opinio sit communis, licèt contraria sit verior: & *num.*122.*cum sequentibus*, quod etsi agatur de gravi præjudicio,fama in antiquis & infra centum annos probat non solùm plusquam semiplenè, sed etiam plenè : & *num.*126. quod in probatione malæ fidei fama plenè probat, & *num.* 127. quod consuetudo probatur per famam, & *num.*128.quod ad evitandum peccatum fama plenè probat.

Fama probatur, quamvis testes non deponant à quibus & ob quam causam illa habuerit originem, & sufficit quod dicant publicè audivisse,Steph.Gratian.*disceptat.forens.cap.*597.*n.* 15.*&* 16.

Fama sola in probatione juris patronatus, juncta longissima præsentandi possessione sufficit, Farin. *dicta quæst.*47.*num.*133.ubi *n.*140.*cum seq.* quod sola plenè probat quem usurarium manifestum, juncta cum adminiculis : & *n.*143.quod sola fama sufficit in probando impedimentum matrimonii

Fama probatur furor, vel dementia Nav *in cap.si quando, de rescriptis, except.* 10 *in principio.*

Fama tunc probat plenè, vel semiplenè, quando orta est ex aliqua verisimili & probabili causa,ratione,vel conjectura, aliàs tanquam vox vana & vanus tumor in populo minimè attendenda erit,& nullam prorsus faciet probationem,tam in civilibus, quàm in criminalibus,Farin.*dicta quæst.*47.*numero* 153. ubi *à numero* 155. quod etiam debet habere ortum à fide dignis & honestis personis,& non à malevolis. Intellige quando fama ex uniformi,& eadem in toto populo,solida & inconcussa,secus si varia & diversa,levis, & vaga, quia tunc nec in criminalibus, nec in civilibus suum operatur effectum,idem *n.*163.*cum seq. &* 172. quod fama non inducit aliquam probationem,nisi fuerit orta ante litem motam,*cap.licèt. ex quadam,de testibus*,Aloys.Ricc.*dec.Cur. Archiepiscopat. Neapolit. p.*1.*dec.* 169.*n.*6.ubi *n.*8. *&* 9. quod fama publica cum uno teste de veritate non probat in criminalibus, secus in civilibus.

Fama bona est thesaurus inæstimabilis, Bald. *in l. unica,n* 9.*Cod.de confessis*, Flamin. *de resignat. lib.*5. *q.*3.*n* 92.Sayr.*clavis Regiæ lib.*11.*cap.*3.*n.*1.& melius est nomen bonum,quàm divitiæ multæ, *Proverb.*22. & famæ suæ quis tenetur consulere, & peccat qui famam suam negligit,pluraque de hoc vide per Menoch. *de.* 94.*a principio* Director.Inquisitor.*p.*3.*pag.* 517 Et fama ac honor bonorum omnium externorum est præstantissima,Mascard.*de probat.concl.*1219. *num.*9 *&* 10. De bona fama agunt, etiam Hyppolit. *cons.*15.*n.*20.*&* *cons.* 18.*n.*40.*&* *cons.*44.*n.*19.*&* 20. *&* *cons.*72.*n.*20. Menoch. *cons.*149.*n.*43.*&* 44.

Famæ suæ detrimentum ab alio datum potest quis remittere, Sayr.*clavis Regiæ lib.*11.*c.* 7.*n.*11. Et restitutio an sit facienda de fama, ubi quis verum crimen objicit vide Cov.*lib.*1.*var.c.*11.*num.*6.*ad finem.* ubi affirmat.

Fama bona purgat suspicionem,Hyppolit.*cons.*15. *num.* 10. *&* *cons.* 18.*n.*40. *&* *cons.*44.*n.* 19. *cum seq. &* *cons.*72 *num.* 20. Grammat. *dec.*60.*num.*12 Clar. *lib.*5.*§.fin.quæst.*60.*num.*23. Et famæ bonæ probatio minuit indicia quæ sunt contra reum.Bonacos. *p.*1. verbo *fama.fo.*68 *verso*, & verbo *fama bona, fol.*69. *verso*,& vide Menoch. *de arbitr. lib.*2.*casu* 474.*n.*42. Perez *lib* 8.*Ordinam.pag.*347.

Fama bona est præferenda malæ Hyppolit. *in l. de minore, §.pluriam, n.*91.*ff.de quæst.*Farin. *de delict. p.*1.*lib.*1.*tit.*5.*q.*47.

Famæ bonæ probatio prævalet malæ. Hyppolit. *in l.de minore, §.pluriam n.*9.*ff.de quæstion.*

Fama cum uno teste non probat in criminalibus, Gloss.2. *in cap. veniens, in* 1. *testibus, ap. inquisitionis,§.ult. de accusat.*

Fama probat vacationem beneficii. Gonzal. *ad reg.*8.*Cancel. gloss.*15.*§.* .*n.*75.

Famæ plura alia vide apud Sayr.*clavis Regia l.*11. *cap.* 3.*à n.*1. Farin. *de delict. p.*1.*lib.* 1.*tit.*5.*q.* 47.*per totam.*Et de aliis modis quibus fama probatur, vide Stephan. Gratian. *disceptat. fo. e s. ap.*76.*n.* 38. *cum sequentibus.*

Verbo FAMILIA, FAMILIARES, & FAMULUS.

FAMILIÆ factum, utpote spolium, videtur factum de consensu domini,Menoch *de interdict. remed.*1 *recuper.possess.num.*54.Cald. *forens.q.* 22.*n.*8. Et dominus tenetur pro facto servi, quando ex illo facto commodum sentit, ut est recepta sententia Doctorum *in l.de pupillo*, *§.si quis ipsi Prætori, ff.de novi operis nuntiat.* ex Menoch. *cons.*53.*n.*15.quando commodum subsequutum est, & dominus de facto detinet, Menoch. *de remed.* 1. *n.* 55. *&* 56.Mascard *de probat.concl.*1413.*n.* 19.Far *in praxi delict. p.*5.*de consultoribus,quæst* 134.*n.* 78. *&* 79. Et præsumptio, est contra dominum, quo ussu ejus factum fuit quando actus est successivus, & non momentaneus, ex Abb.*in cap.cum causam*,*n.*19.*de testibus*, Mascard. *ubi proximè, num.* 16. *cum sequentibus*, ubi ait quod propter tolerantiam videtur dominus ratificare,maximè si factum cedit in ejus commodum & tacet. Farin. *ubi proxime*, *num.*73. Molin. *de primogen. lib. secundo, cap.*5. *n.* 15 Cald. *in l.unica, Cod. ex delict. defunct. p.* 3. *num. ult.* Illustriss. Dom. Rodericus à Cunha *ad cap. tibi* 33 *n.* 4. *dist.* 63. Est etiam præsumptio,quod pater jusserit, quando prohibetur aliquid

quid per se facere, & factum fuit per filium, quia præsumitur filius à patre interpositus, *l. pupillus, ff. de auctorit. tutor.* resolvit Menoch. *cons.* 321. *n.* 30.

Familiæ factum nocet domino, Aloys. Ricc. *in collect. dec. p.* 5. *collect.* 1550. *& collect.* 1816. Et tenetur dominus ad damnum Stephan. Gratian. *disceptat. forens. cap.* 625. *num.* 15. *cum sequentibus.*

Familiares verè dicuntur illi qui expensis alicujus continuè domestici commensales existunt. Barb. *ad cap. ult. de verb. signific. num.* 2. ubi *num.* 3. quod ut contrahatur familiaritas, requiritur mens, & dens, & *num.* 4. quod familiaris de præterito, præsumitur familiaris in futurum, nisi probetur contrarium.

Famuli scholarium quibus datur tempus ad studendum, non possunt de consuetudine petere Salarium, Rebuff. *de privileg. Scholar. privil* 167. Guter. *de juram. confirmat. p.* 1. *cap.* 64. *num.* 3. Cabed. *decis.* 162. *num* 3. *p.* 1.

Famulus infirmus, durante infirmitate salarium non vincit. Cov. *lib.* 3. *var. cap.* 13. *n.* 8. Avil. *ad cap.* 1. *Prator. n.* 20. *pag.* 56. Flor. *var. lib.* 1. *quæst.* 7. §. 2. *n.* 17. Cald. *forens. lib.* 1. *quæst.* 3. *num.* 3. Aloys. Ricc. *decis. Cur Archiepiscopat. Neapolit. p.* 2. *decis.* 220. *num.* 11. Surd. *de alim. tit.* 4. *q æst.* 23. *num.* 33. quem vide *dict. tit.* 4. *quæst.* 5. *num.* 5.

Famuli non exigentes stipendium intra tres annos quamvis non habeant actionem contra dominos, juxta ordinat. *lib.* 4. *tit.* 32 *in princip.* Si tamen domini certi sint quod eis dictum stipendium debeant, tenentur in conscientia illis solvere, quia hæc possessio triennalis non est præscriptio, sed præsumptio, & non extenditur ad forum conscientiæ. Valasc. *consult.* 125. *tom.* 2. Sam. *decis.* 334. Molin. *disp.* 67.

Famulus alicujus quis dicatur? Vide Surd *decis.* 19. *n.* 2. & *decis.* 35. *num.* 15. ubi asserit, quod famuli cognoscuntur ex qualitate servitii: & *num.* 2. quod cohabitare non dicuntur, qui non stant in eadem domo: & *num* 3. quod cohabitare non dicitur, qui stat in eadem domo, nisi ad eandem mensam & convictum moretur.

Famulus delinquens in extractione rerum prohibitarum, vel in venditione, nocet domino, Bobad. *in Polit. lib.* 4. *cap.* 5 *num.* 35.

Famuli res inductæ in domum domini, sunt tacitè obligatæ domino pro servitio. Neguzant. *de pignor. 2. p. membr.* 4. *num.* 151. Menoch. *de interdict. remed.* 3. *adipisc. possess. num.* 145.

Famulus aufugiens præsumitur subtraxisse ea quæ non reperiuntur ex illo tempore, Gloss. *in Auth. de exhibendis reis*, §. *si verò semel*, verbo *factum*, Duenh. *reg.* 307. Bernard. *reg.* 293. *vers. tertiò fallit*, Mascard. *de probat. concl.* 822. *& concl.* 831. *num.* 8. ubi *numero* 7. quod famulorum natura est furacissima.

Verbo FIDEICOMMISARIUS, FIDEICOMMISSUM.

FIDEICOMMISSUM non extare in dubio pronuntiandum est, & non præsumitur, nisi probetur, Mascard. *de probat. concl.* 774. Menoch. *cons.* 152. *num* 48. & 54. *cum seq. & cons.* 171. *num.* 10. & 11. & *cons.* 315. *num.* 27. & *cons.* 327. *num.* 41. & *cons.* 328 *num.* 18. & *cons.* 376. *num.* 35. Surd. *cons.* 445. *num.* 2. Cald. *in responso pro Sebastiano Limpo num.* 8. & *cons* 9. *num.* 20. Faciunt quæ idem Surd. *decis.* 238. *num.* 3. Guter. *lib.* 3. *pract. quæst.* 67. *num.* 7. *cum sequentibus*, asserunt, quod in dispositione hominis casus contingens præter ipsius ordinationem non includitur sub ejus dispositione, etsi casu omisso major sit ratio disponendi. Et qui dicit se esse substitutum, probare debet, Avend. *ad l.* 45. *Tauri, gloss.* 8. *num.* 8. Menoch. *cons.* 337. *n.* 2. Molin. *de primogen. lib.* 1. *cap.* 4. *num.* 5. Et dicere solemus hoc casu, substitutio de te non loquitur, Menoch. *cons.* 85. *num.* 37 & *cons.* 97. *num.* 49. Cald. *in dicto responso, num.* 6. & 48 & *dicto cons.* 9. *num.* 12.

Fideicommissum probatur ex conjecturis, Flor. *lib.* 1. *var. quæst.* 18. *n* 19. Cald. *cons.* 9 .17.

Fideicommissi materia non dicitur favorabilis, sed odiosa, Molin. *de primogen. lib.* 1. *cap.* 4. *n.* 10.

Fideicommissum quibus verbis videatur constitui & probari? vide Menoch *cons.* 369. *num.* 4. *cum sequentibus*, Mascard. *de probat. concl.* 775.

Fideicommissario an competat reivendicatio adversùs tertium pro rebus alienatis ab hærede, qui sub conditione restituere gravatus alienavit, pendente conditione fideicommissi? Vide Reynoso *observat.* 10.

Verbo FIDEJUBERE, FIDEJUSSIO, FIDEJUSSOR.

FIDEJUSSOR non potest quis esse sui ipsius, Mantic. *de conjectur. ultim. voluntat. tom.* 1. *lib.* 3. *titul.* 10. *num.* 2.

Fidejussor pro capitali, censetur etiam pro interesse, *l. si quis jo uriens, vers.* 1. *ff. de usur. l.* 2. §. *ult. junctâ l. seq. ff. qui satisdare cogant.* Surd. *de alim. tit.* 9. *quæst.* 31 *num.* 5. & 73.

Fidejussio judicatur nulla, si fidejussor fuerit enormiter læsus, Farin. *decis. Rota Rom.* 247. *n.* 7. & de minore jubente, idem *decis.* 281. *n.* 1. *cum seq.*

Fidejussio est stricti juris, & obligatio fidejussoris stricte interpretatur, & ideo non extenditur, *l. si pignori, & l. si fidejussores magistratuum ff. de fidejussor. l. qui ultra, & l. blanditus, Cod. eod. tit.* Roland. *cons.* 58 *num.* 10. *vol.* 1. Panorm. *cons.* 72. *lib.* 2. *ex num.* 2. *cum sequentibus*, Menoch. *cons.* 119. *num.* 6. Farin. *de delict. p.* 4. *cons.* 62. *num.* 2. Surd. *dec.* 212. *num.* 1. & *de alim. tit.* 9. *quæst.* 31. *num.* 72.

Fidejussor simpliciter acceptus tenetur ad usuras, interesse, vel damna, *l. Lucius, ff. qui potior. in pignore habeantur*; Surd. *de alim. tit.* 8 *privil.* 50. *num.* 2. & *tit.* 9. *quæst.* 31. *num.* 5. 14. 15. 37. & *n.* 73. & *decis.* 212. *n.* 8. *cum sequentibus*, Stephan. Gratian. *disceptat. forens. cap.* 117. *num.* 3. *cum sequentibus*, Barbos. *in l.* 1. *ff. soluto matrim. p.* 3. *num.* 28.

Fidejussor condemnatus potest petere ut bona principalis debitoris priùs executioni subjiciantur expensis ipsiusmet fidejussoris, juxta doctrinam Bart. *in l. si ut certo*, §. *si duobus vehiculum, num.* 12. *ff. commodati*, resolvunt Bald. *in Auth. si captivi, Cod. de Episcop & Cleric.* Gregor. *ad l.* 6. *tit.* 7. *part.* 6. verbo *vender*, Xuar. *in tit. de los emplazamientos, num.* 25. *pag.* 393. Duenh. *reg.* 335. *vers.* 19. *limita*, Anton. Gabr. *lib.* 3. *de fidejussor. concl.* 2. *num* 3. *cum sequentibus*, Hyppolit. *in rub. de fidejussor. num.* 71. Surd. *decis.* 174. *num.* 28. *juncta decis.* 218. *num.* 13. Barbos. *in l. vendita, ff. de judic. num.* 196. Cald. *de empt. cap.* 33. *num* 50. Facit Ordinat. *lib.* 3. *tit.* 92. *vers. enao sendo*, & ita judicatum fuit in Senatu Portugalensi *die* 19. *Augusti anno* 1599. Judicibus Doctor. Gaspare Leitao Coëlho, & Michaële de Berreira Scriba, Antonio de Mendoza.

Fidejussoris indemnitatis prærogativas, vulgò *de tirar à paze a salvo*, vide apud Bart. *in l.* 1. *Cod. de conveniendis fisci debitor. it.* 10. *num.* 2. Hippolit. *in rub. de fidejussor. num.* 367. *cum sequent.* Joseph. Ludovis. *decis. Perus.* 57. Menchac, *controvers. illustr. c.* 33. *n.* 4. Ubi ponit varios modos fidejussorum, Perez *ad l.* 5. *tit.* 8. *l.* 3. *Ordinam. p.* 647. Valdes. ad Soar. . 144. Azeved.

l.13.tit.5.lib.3.num.3. Guter. *pract.lib.1.quæst.40.* Bernard. Græv. *in pract. Cam. Imper. lib.2.conclus.27.§.2. ac fidejussore indemnitatis*, Steph. Grat *disceptat.forens. cap.* 86.& *cap.* 549. Mascatel. *in pract fidejussoria p.1. modo* 20. Farin. *decis.*815. *in noviss.* Cald. *de empt. c.33. n* 9. Ubi quod fidejussor indemnitatis potest petere priùs excuti principalem, Gam. *decis.*379. *alias* 381. Ubi ait, quod talis fidejussor ante executionem principalis debitoris & ejus fidejussorum nunquam convenitur, & licèt renunciet beneficio fidejussorum non videtur renuntiare privilegio excussionis.

Fidejussor, quem expromissorem, vulgò *Abonador*, appellamus, habet aliquas prærogativas, de quibus *in l.cùm ostendimus*, §. *fide ussores*, *ff. de fidejussor. tuto*. Hyppolit. *in rub. de fidejussor. num* 367. Duen. *reg.* 335. *vers. amplia secundò*, Rebuff. *tom.* 1. *ad leg. Gallia. tit. de sententiis executivis, art.*1. *glos.* 16. *n.*45. Bart. *dicto lib.* 10. *num.* 2. Et de expromissore, vide Gom. *tom.*2. *variar. cap.*13. *num.*3

Fidejussor videtur deceptus in omnem causam, quæ oriri potest, & quiquid accrescit principali obligationi, accrescit etiam fidejussori, Surd. *decis.*212. *num.*8. *cum sequentibus.*

Fidejussor non potest aliquid accipere pro fidejussione, Cald. *in l.si curatorem*, verbo *sua facilitate*, *num.*96. *Cod. de in integrum restitut. min. & de empt. cap.*28. *num.* 40.

Fidejubere denegans proximo peccat, Avil. *ad cap. Prætor. cap.*23. verbo *den orden*, *num.*9.

Fidejussionis grave onus, Surd. *de alim. tit.*3. *q.*3. *num.*30. & *tit.* 8 *privil.*36. *num.*10. & *decis.*179. 13. Et nummus est fidejussor futuræ necessitatis, Rebuff. *in concord. pag.*508.

Fidejussor qui, dixit, si Titius non solverit, ego solvam, ad quid teneatur? Vide Bartol. *in leg. ita stipulatus*, 3. *opposit. ff. de verbor. oblig.* Azeved. *ad l.*1. *tit.*21. *lib.*4. *novæ recopilat. num.*173. Gom. *tom.*2. *var. cap.*13. *num.*2. Mendez *in praxi Lusit. lib.*3. *cap.* 22. *num.* 15. ubi asserit quod bis judicavit Senatus, debere procedi per libellum via ordinaria, vel summatim per decem dies Et non potitur beneficio excussionis Steph. Grat. *disceptat. forens. cap.*164. *n.*20. *cum seq.* quamvis contratium sequatur Cald. *de empt. cap.*33 *n.* 51. Et de approbante fidejussorem, vide Menoch. *cons.*179. *n.*2 Rebuff. *tom.*1 *ad leg. Gallia, tract. de sentent execut art.*1. *glos.* 16. *n.* 37. Et de laudatore, quem nos *Abonador* vocamus, vide Farin. *de delict. p.*1. *lib.*1. *tit.*4. *quæst.*34. *num.*85. Bobadil. *in sua Politica, lib.*3 *c.p.*8. *num.*52. Rebuff. *in l.& eleganter*, §. *idem Pomponius*, *ff. de dolo*, Cur. Philip. *p* 2 §.17. *n.*2.

Fidejussores quando sunt duo in solidum, & unus solvit fidejussorio nomine, habet actionem contra confidejussorem & potest repetere à correo, Valasc *consult.* 127. *num.*8.

Fidejussor acceptus in prima instantia, non tenetur in secunda, *l.cùm apud. Sempronium*, *ff. judicatum solvi*, Aloys. Ricc. *in collect. decis. p.*1. *collect.*357.

Fidejubere idem importat quod solvere, Stephan. Gratian. *disceptat. forens. cap.* 593 *num.* 3.

Fidejussorem qui tenetur dare, an debeat dare in loco judicii? Vide Surd. *decis.* 295. *num.* 12. ubi quod idoneus & solvendo ut quis dicatur, debet possidere bona in loco judicii, nec sat est si alibi habeat.

Fidejussorem recipiens minùs idoneum, tenetur reficere parti damna, Farin. *decis.*814. *in noviss. n.*1.

Fidejussor qui se obligavit tanquam principalis, & cum juramento, & quod non allegabit nullitatem contractus, non liberatur. Stephan. Grat. *disceptat. forens. cap.*122. *n.*25. *cum sequentibus.* Farin. *p.*4. *decis.*44. *& ibi addit.* Et fidejussor potest conveniri priusquam principalis debitor, si se obligavit tanquam principalis debitor, ex Ordinat. *lib.*4. *tit.*59. §.3.

Fidejussoris obligatio non potest esse sine principali, Bald. & Neviz. *in l. fidejussor obligari* 17. *ff. de fidejussor.* Et si obligatio principalis fuerit nulla, erit etiam nulla obligatio fidejussoria, Stephan. Grat *disceptat. forens. cap.*122. *num.*2. *cum sequentibus*, Cald *de empt. cap.* 32 *num.*12. Farin. *de delict. p.* 1. *tit.* 4. *quæst* 35. *num.* 24. & 25. & *p.*4. *decis.*44. & ibi addit Aloys. Ricc. *decis. Cur. Archiepiscop. Neapolit. p.*2. *decis.* 211. *num.* 6. & 7. Mantic. *de tacit. & ambig. convent. tom.* 1 *lib.*9. *tit.* 13 *num.* 7. Et fidejussor non potest se obligare plusquam principalis, Cald. *dicto cap.* 32. *num.* 26.

Fidejussor ad tempus, finito tempore manet liberatus, Bart. *in l. Lucius*, §. *Paulus*, *n.*1. *ff. de administrat. tutor.* & ibi Doct. Jas. *in l.*1. *num.*18. *Cod. de judic.* Bertachin. *in suo Repertor.* verbo *fidejussor liberatur*, *n.*4. Tiraquel. *de retract. tit.*2. §.1. *glos.*7. *num.*32. Antos. Gab. *lib.*3. *de fidejussor. concl.*3. *num.*4. Benard. Græv. *ad pract. Cam. Imper. lib.* 2. *concl.*30 *considerat.*3. Stephan. Grat. *disceptat. forens. cap.* 68. *num.* 37. *cum seq.* Et data dilatione temporis debitori, fidejussor manet deobligatus, Mascard. *de probat. concl.*1107. *num.*12. Gutier. *de juram. confirm. p.*1. *cap.*49. *num.* 14. Cald. *de empt. cap.*23. *n.*71. Gabr. Pereira *decis.* 20. Phœb. *decis.* 132. *num.*10. *cum sequent p.*2. Cened. *ad Decreta. collect.*152. *num.*3.

Verbo FILIATIO, & FILIUS.

FILIATIO quomodo probetur? Vide Mascard. *de probat. concl.*787. *cum sequentibus*, *usque ad concl.* 799. Stephan. Gratian. *disceptat. forens. cap.*562. *per totum.* & plura de filiatione, vide per Farin. *de delict. p.*1. *tit.*5. *quæst.*47. *num.*94. Valasc. *consult.*134. *num.*3. & 4. & *consult.* 176. *num.* 7. & 17.

Filiatio est difficilis probationis, *l. Lucius*, *ff. de condit. & demonst.* Bart. *in l.*1. *n.*2. *Cod. quorum bonorum*, Hyppolit. *in rub. n.m.* 9 *Cod. de probat.* Cardos. *in praxi jud. & advocat.* verbo *probatio*, *n.*23. Et probari non potest nisi per indicia & conjecturas, Menoch. *de arbitr. lib.*2. *casu* 89. *num.*2. Mascard *dict. concl.*787. *num* 4 & 5 Et inter alias conjecturas est fama, ut est magis recepta conclusio, ex Dec. *cons.* 54. *num.* 3. Paris. *cons.*17. *n.*9. *lib.*2. Menoch. *ubi proximè*, *num.* 86. Mascard. *concl.* 791. *per totam*, Farin. *de delict. tom.*1. *tit.*5. *de indiciis & tortura*, *quæst.*47. *n.*94. Quod procedit etiam in filiatione naturalium, & spuriorum, ut per Gozad *cons.*53. *n.*43. & *num.*55. Roland. *cons.*22. *n.*30. *l.*3. Burs. *cons.*89. *n.*1. Mascard. *d. concl* 787. *n.*15. & *concl.*789. *n.*12. & *num.*25. Valasc. *d. cons.*134. *n.*3. & 4. & *consult.* 176. *n.*17. Grat. *d. cap.*562. *num.*3. & 4. ubi asserit hoc non esse tutum. Et in filiatione probanda multùm valet fama viciniæ, Barbos. *in cap. transmissa* 3. *num.*2. qui filii sint legitimi. Et sola fama non probat *filiationem*, nisi alia adsint adminicula, Put. *lib.*2. *decis.*173. Et in fama testes non interrogati debent reddere rationem dicti sui, & à quibus personis, & ex quibus causis ortum habuerit dicta fama? Vide Barbos. *in remiss. ad Ordinat. lib.*3. *tit.*55. *in quarta concl. num.*9. & ab eo relatis adde Paris. *cons.* 169. *num* 44. *vol.*4. Surd. *cons.* 410. *n.*7 Garc. *de benefic. p.*9. *cap.*3. *num.*17. Aloys. Ricc. *decis. Cur. Archiepiscop. Neapolit. p.*1. *decis.*169. *num.*9 ubi *num.*6. quod debet habere ortum ante litem motam, *per text. in cap. licet ex quadam*, *de testibus.*

Filiatio probatur per conjecturas, si filius tanquam talis tractetur & educetur: item si ad baptismum transmittatur, qui sunt actus ad parentem pertinentes, Mascard. *dicta concl.*791. Grat. *dicto c.*562. *per totum.* Probatur filius ex educatione, Surd. *de alim. tit.*1. *quæst.*126. *num.*8. & 9. & *consult.*1. *n.*9. Cald *cons.* 9. *a n.*33. ubi etiam de nominatione, & quod tractatus

probe

probet filiationem junctis aliis adminiculis, tradit Gratian. *cap.157.num.11* Et nominatio ac tractatus non solum probat quasi possessionem filiationis in filiis legitimis,sed etiam in spuriis & adulterinis,Menoch.*cons.*181.*à num.*1. idem resolvunt Gozad. Roland.Bursat.Mascard.Valasc.& Gratian. suprà citati. Et nominatio constituit nominatum in quasi possessione filiationis, quando non potest actus nisi filio convenire. Surd. *cons.* 5. *num.* 7. tradit etiam Gabr. Pereira *decis.*25.*num.*6. Et per nominationem patris probatur filiatio, Aloys. Ricc. *in collect.decis.* 2.*collect.*1741. accedentibus aliis indiciis, Barbos. *in cap. transmissæ,n.*4. *qui filii sint legitimi*, ubi *num.*5.quod nominatio patris in libero suo probat filiationem, de quo etiam vide Valasc. *conclus.* 176. *num.* 11. & eundem Barbos. *in cap.per tuas* 10. *de probat. num.* 4. ubi *num.* 6. quod nominatio solùm non facit quem filium, nisi habitus sit pro tali.

Filiatio requirit sequentes præsumptiones, nempe quod tractetur quis ut filius, *l.*1.§.*ad quæstionem,ff de quæst.* & quod pater confessus sit illum ut filium,*l.*1. § *Julianus,ff.de lib.agnoscend.*Et quod sit ut talis alimentis educatus,*dicto cap.per tuas,juncta gl. ff.de probat.*Valasc.*consult.*334.*n.*4. & filiatio minime probatur ex sola alimentorum præstatione, nisi uti filio præstentur, Barbos. *in dict.cap.transmissæ*, *n.*3. Et de moribus patris ac matris,vide Menchac. *illustr.c.*51. *num.* 58. *cum sequentibus.* Argumentum similitudinis filiorum, qua patres vultu repræsentare solent,est lubricum & incertum,ex traditis per Menoch.*de arbitr. lib.*2.*casu* 89.*à n.*97.*& de præsumpt. lib.*6.*præsumt.*51. *à num.* 45.Mascard.*de probat.concl.* 792. Barbos. *p.*1. *rub.ff soluto matrim.n.*15 Stephan.Gratian. *discept.at. forens.cap.*567.*num.*32.*cum sequentibus*, Pat. Ganzaga *in l.b. monasteriorum D. Francisci, p.*2.*in tit.provinciæ Corsicæ Conv.*17 *pag.*479. Fr. Ioan. de Sanctis *lib.*1. *Æthiopiæ Oriental.c.*16. Pat. Martin. del Rio *disquisit.magic.lib.*1.*cap.*3.*quæst.*4 *col.*3 qui id tribuunt cogitationi & imaginationi mulieris tempore conceptionis,& quod per similitudinem non censeatur probata quasi possessio filiationis, vide etiam Gratian. *dicto cap.*567.*n.*29.*cum sequentibus,juncto num.*32.*cum sequentibus*,ubi multa de similitudine adducit. Et legitimatio facit vehementissimam conjecturam filiationis, Gratian. *dicto cap.*562. *num.*1.*cum sequentibus* ubi etiam idem considerat in dotatione puellæ.Et qui à Rege petit legitimationem filio,videtur fateri eum esse filium, Menoch. *de præsumpt. lib.*6.*præsumpt.* 53. *num.*37. Idem in confessione facta in supplicatione porrecta Principi, Mascard.*concl.*347.*n.*10.

Filius regulariter sequitur conditionem patris,non autem matris,*l.*1.*Cod.de dignit.lib.*12.*l.ingenium,ff.de statu hominum,l.*1.*post principium,ff.ad municipal.* Palat.*in repetit. rub.*§.32.*num.*2. Et ab eo tanquam nobiliori & formam dante debet denominari, Arist.*lib. de animal.cap.*2.*de convers. infidelium*, & filius recipit esse à patre,*cap.Moyses* 32.*quæst.*2.*cap.nasci,*55.*dist. cap.multi,*56.*dist.* Surd. *de alim.tit.*1.*quæst.*94 *num.*7. *&* 8 Gom. *ad l.*79. *Tauri*, *num.*6. Et vir agit, ac fœmina patitur, & agens est nobilior patiente, Tiraquel. *ad l.*1.*connubial. num.*96 Palat. *dicto* § 34. *n.*4. Et filius patri,& non matri solet assimilari, juxta illud, Sæpè solet filius similis esse patri; nam principium motus in generatione pater est,mater verò est sicut materia, Arist.*lib.*14.*de animal.* Hinc est quod fœmina non generat per se, quia indiget principio motus, quod est mas, de quo vide Pichar. *tract. de nobilit.communicativa,num.*88.*cum sequentibus*,Sanch *de matrim.lib.*2.*disp.*21.*num.*10.*cum seq.* Deinde filius dicitur esse portio corporis patris,*l.cùm scimus,Cod.de agricol.& censit. l.*11.*junctis resolutis* per Cald. *de potest.eligendi,cap.*14.*n.*44. Et cum patre est una & eadem persona, *l.fin.Cod.de impuber.& aliis*,imò una & eadem caro reputatur,*cap.hæc authoritas*,3.*quæst.*6.Et filius sequitur maculam & vitium patris,non autem matris. Tiraquel.*de nobilit.cap.*18.*num.*10. Ubi asserit quod pater sit ignobilis, & mater nobilis, filius sequitur qualitatem patris,de quo etiam Guter.*lib.*3. *pract.quæst.* 14.*num.*99. & vide Chassan.*in catal.gloriæ mundi, p.*8. *consideran.* 21. Hinc dicunt Theologi quod peccatum originale non contrahitur à matre, sed à patre, adeo quod si quis ex solo mulieris semine sine coitu viri generaretur,talis non contraheret originale peccatum, & si Adam non peccasset, sed sola Eva,filii originale peccatum non contraherent, quod secus esset si Adam solus peccasset,& non Eva quia nihilominus peccatum originale posteri contraxissent, ut explicat D Thomas 1.2. *quæst.* 81. *art.*5. & vide Guillelm. *in cap. Raynuntius* 16. verbo *Raynuntius*,*num.*2.*de testam.* Pinel. *in Monarchia Eccles. p.*1.*lib.*1.*cap.*9.§ 4.*fol.*27.*verso.*

Filius præsumitur imitari mores paternos, gloss. *in l.quod si nolit*, §. *qui mancipia*, *ff.de Ædilit.edicto*, Varg *trat da nobleza*, *discurso* 9.*num.*1. Aloys. Ricc. *decis.Cur.Archiepscop Neapolit.p.*2.*decis.* 291.*n.*24. *&* 25.Bobadil.*in polit.lib.*1.*cap.*4.*num.*14.& eandem habet conditionem atque ingenium. *cap. si quis cum militibus* 6. *quæst.* 1. *cap. si gens Anglorum*, ubi Barbos. 56.*dist. dicto* §. *qui mancipia*, *l. si quis*, *Cod. ad leg. Jul. majest.* ubi Glossa, & ut Baptista Mantuan. cecinit:

Qui viret in foliis venit à radicibus humor:
Et patrum in natos abeunt cum semine mores.

Et vide Roch. *in epist. succes. cap.*15.*num.* 12. *&* 13. Anton. de Sousa de Macedo *nas flores de Espanha*, *cap.* 7.

Sic etiam cecinit Horatius *Ode* 4.*lib.*4.

Fortes creantur fortibus ac bonis.
Est in juvencis, est in equis patrum
Virtus, neque imbellem feroces
Progenerant aquilæ columbam.

Et Paul. *ad Rom.cap.* 11. *Si* radix sancta, & rami. Et infra, si tu ex naturali excisus oleastro, es contra naturam insertus in bonam olivam, &c.Et Plutarch. *in exordio libri de liberis educandis*, ait: Pulcher thesaurus est bonis procreatum esse parentibus. Glóss. *in dicto* §. *qui mancipia*, Jacob. Simanch. *de instit. canon. tit.*50 *num.*10.Et Antuerpiæ videtur statua argentea fortitudinis, & circa illam inscriptio aurea: Paternæ virtutis exemplum ingens filio stimulus, ut refert Gardiol.*no trat.da nobleza de Espanha*,*cap.*26. Et filius sequitur familiam patris quoad dignitatem, & honores, Cardos. *in praxi judicum*, *& advocat.* verbo *filius*, *num.*39

Filius dicitur pars viscerum matris, Bald. *in l.alimenta,ff.de negot.gest.*Cald. *de potest.elig.cap.*14.*n.*43. Et filius matri ante partum onerosus est,doloroſus in partu,& post partum laborioſus, *cap.ex literis,de convers.infidelium*, & est illud *Tobiæ cap.*4. Et honorem habebis matri tuæ omnibus diebus vitæ ejus,memor enim esse debes quæ & quanta pericula passa sit pro te in utero suo: & *Eccles.cap.* 7. Et Fr. Ludovic. Sotomaior Cant.in illis verbis *Apprehendam*, *cap.* 8. *fol* 1237. Nihil inquit,dulcius,nihil amabilius, nihil indulgentius,aut religioſius, quàm nomen matris & elegantissimè D Hieronym. *epist.*47. Ubi inter alia sic scribit,mater & filia nomina pietatis, officiorum vocabula, vincula naturæ,&c.

Filius concubinarius præsumitur natus ex concubina secum domi retenta, Barbos.*in cap.per tuas* 10. *de probat.num.*2. ubi *num.* 3. quod filius mariti præsumitur natus ex uxore cum illo cohabitante.quam vis probetur uxorem esse adulteram,& filius assimiletur in facie adultero.

Filius

Filiu, ſpiritualis non excludit ſubſtitutum quando vocatur quis ſub conditione, ſi deceſſerit ſine filiis. Surd. *de alim.tit.* 1.*quæſt.* 11.*num.*4. Bernard. Græv. *in pract.Cam.Imper.lib.*2.*concluſ.*136. *num.*36.Farin. *deciſ.*485.*in noviſſ.*

Filius familias ex omnibus cauſis tanquam pater obligatur, & ob id agi cum eo,tanquam cum patrefamilias poteſt,ex textu *in l.ſilius familias,ff.de actionib. & obligat.l. tam ex contractibus, ff.de judic.*Guter.*de juram.confirm.*1.*p.cap.*5.*num.*6.limitatur per Ordinat *lib.*4.*tit.*50.§.2?

Filius poteſt petere legitimam in vita patris,ſi ſit diſſipator,Cordub.*in l.ſi quis à liberis,*§.*item reſcriptum,n.*15.*cum ſequentibus,ff.de liberis agnoſ.*Menchac. *illuſtr.cap.*37. *num.*1. Surd.*de alim.tit.*1.*quæſt.*50.*n.*4. *& t.*8. *privil.*26. *n.*5. Azor. *inſtitut.moral.p.*2.*lib.*2. *cap.*19.*col.*185 Bernard. Græv. *ad pract.Cam.Imper. lib.*2.*concl.*83.*num.*34. Stephan.Gratian. *diſceptat.forenſ.cap.*44.*num.*18.*cum ſequentibus,& cap.*519.*n.*31. *cum ſeqq.*

Filius ſuſceptus ex uxorato & concubina non ſuccedit matri,Stephan.Gratian. *diſceptat.forenſ.cap.*35. *n.*15. *cum ſeq.junctto num.*40.

Filius Clerici in minoribus etiam habentis beneficium Eccleſiaſticum poterit matri ſuccedere, Spin. *de teſtam.gloſ.* 16.*num.*93 Azeved. *l.*6 *tit.*8 *num.* 3. *lib.*15.*novæ Recopilat.* Guter. *practic. lib.*2.*quæſt.* 104. Valaſc. *tom.*1.*allegat.* 6.*num.* 36. *cum ſeq.* Grat. *dicto loco, cap.*35.*num.*48.

Filius Clerici in ſacris conſtituti non ſuccedit matri, Guter. *practic.lib.*2 *quæſt.* 102. Spin. *de teſtam. gloſ.*16.*princip. num.* 89.*cum ſeq.* Bernard. græv. *ad pract.Cam.Imper. lib.*2.*concluſ.*115 *conſiderat.*1. Flor. ad cam.*deciſ.*1.Et filius Clerici in minoribus habentis beneficium, patri & matri ſuccedit, Guter.*dicto lib.*2.*q æſt.*104.ubi *quæſt.*111. de filiis militum Ordinis D. Jacobi & aliorum Ordinis Alcantaræ, atque Calatravæ natis ex muliere ſoluta, quod efficiuntur naturales ad ſucceſſionem bonorum.

Filio familias minori vigintiquinque annorum datur curator, Azeved. *l.* 10. *num.*6.*tit.*17. *lib.* 4 *novæ Recopilat.*ubi *num.ſeqq.*plura adducit.

Filius familias Clericus regulariter non poteſt ſtare in judicio nomine proprio ſine patris conſenſu,Valaſc. *tom.*1.*allegat.*20. ubi limitat per ſaliquos caſus, & idem in quocumque filiofamilias tradit,Cardoſ.*in praxi judicum & advocat* verbo *filius,n.*50.

Filius plus diligitur quàm nepos Seſſe *Aragon.deciſ.*64.*num.*107.

Filiorum educatio eſt præceptum naturale uſque ad annos diſcretionis Cov.*de ſponſal.cap.*8.6.6.*à n.*1. Menchac. *de ſucceſſ. creat.* §.20. *à num.*311. Rota *de ſucceſſ.cap.*21.*à.n.*4.Surd. *de alim.tit.*1.*quæſt.*1.Azor. *inſtit.moral.p.*2.*lib.*2.*cap* 4.*quæſt.*1. Et mater tenetur filios triennio alere,Barboſ. *ad cap.ult.de converſione infidelium, n.*8.poſt triennium autem tenetur pater alimentare filium,niſi filius vivere poſſit ex ſuis bonis,vel officio,Cardoſo *in praxi judicum*, verbo *alimenta,n.*13.Et parentibus licitum eſt filios caſtigare, Maria.Socin. *in cap.cùm contingat, col.*5.*de foro compet.* Menoch. *de arbit. caſu* 364. *n.* 3. & refert Clar. *lib.* 5.*receptar. ſent. quæſt.* 56. *n.* 2. abſolutum fuiſſe patrem, qui filium interfecit illum caſtigando.Et non ſolùm parentibus,ſed etiam propinquis licita eſt propinquorum emendatio & caſtigatio,ut *in Cod. de emendat.propinquorum,*quod etiam procedit in ſenioribus non conjunctis,nam ut ait Plato *in ſuis legibus lib.*9.decet juvenem à ſeniore verberatum, id ob ſenectutis reverentiam patienter ferre:Grav.*conſ.*151. *num* 16.Menoch.*ubi proximè,n* 7. Et pater qui filium non caſtigat eum perdit, Salomon *Proverb.* 13. qui parcit virgæ, filium odit. Parentes comprehendunt omnes aſcendentes uſque ad tritavum, *l. juriſconſultus* §.*parentes,ff.de gradibus*, & vocamus collateſales parentes, & idem eſt apud Gallos, Tiraquel. *de retract.lig.*§.1.*gloſſ.*8.*n.*1.Et parentum merita tranſeunt ad filios, Surd. *de alim. tit.*8.*priv* 65.*num.*41. *& privil.*66.*num.*Cald *conſ l* .49.*num.*19.

Filius non præſumitur is qui patrem verberibus affecit, ex ci atis per Menoch.*de præſumpt.lib.*5,*præſumpt.*11.*num.*5.Et facit illud quod juſſit fieri Petrus Rex Portugaliæ de Monacho incluſo in alveario, & ſerra in duas partes diſſecto propteradulterium,prout refert Eduard. Nonſus *in vita ejuſdem Regis, fol.* 179. Et filius ſpurius occidens patrem non committit in legem Pompeiam de parricidiis,Surd.*dec.*249. *num.*18.Et pœnam filii percutientis patrem cum vulnere,vide in Ordinat. *lib.*5 *tit.*41. *ad finem*, ubi Barboſa latè ampliat & limitat. An ſit in uſu pœna attento jure communi impoſita contra parricidas? Vide Aloyſ.Ricc. *in collect.*1860. Et ſi pater filium poneret in hoſpitali,perderet patriam poteſtatem,Surd. *de alim.tit.quarto,quæſt.*18.*num.*51.

Filius ſuccedens avo non tenetur debita patris ſolvere,Steph.Grat. *diſceptat.forenſ.cap.*785.

Filius familias dicitur civis illius loci, cujus pater civis eſt, *l.aſſumptio,*§.*filius,ff.ad municipal.*Boër.*deciſ.*3.*num.*7.& 8. Guter. *conſ.* 7. & gaudet privilegiis patris, Dec. *in l. in omnibus, num.* 8. *ff. de reg. juris,* Menoch. *de arbitr.lib.*2.*caſu* 336.*num.*10.

Filiorum appellatione an & quando veniant ſoli legitimi, & admittantur naturales, ſeu ſpurii? Vide Barboſ. *de appellat. verbor utriuſque juris ſignificat.* verbo *filius* 99. *num.* 13. *cum ſequentibus*, ubi *a n.*75. an quando veniant adoptivi, arrogati & ſpirituales filii? *& n.*117 *cum ſequentibus*, an filiorum appellatione veniat monaſterium ad excludendum ſubſtitutum,ſi gravatus ſub conditione *ſi ſine liberis deceſſerit* illud ingrediatur: Ubi quod facit deficere dictam conditionem, & ſubſtitutum excludit.

Filiorum appellatione an & quando veniant nepotes? Vide Barboſ. dicto verbo *filius,n.*82.*cum ſequentibus*, cui adde Menoch, *conſ.*197.*n.*81. *cum ſequentibus,& conſ.*347.*& conſ.*359. *& de præſumpt.lib.*4 *præſumpt.*94.Burd. *de alim.tit.*2.*quæſt.*15 *num.*12.*cum ſequentibus, & deciſ.*73 *&* 322. *n.*23. Roland. à Valle *co ſ.*63.*num.*23.*vol.*2.Joſeph. Seſſe *Aragon.deciſ.*53. *nu.*8.*cum ſequentibus. & deciſ.*64. *tom.*1. Stephan. Grat. *diſcept.forenſ.cap.*629.*& cap.*757.*num* 4. Farin. *deciſ.*126.*num.*4.*in noviſſ.* Garc *de benefic. p.*7.*cap.*3. *num.* 25. Vbi quod in materia odioſa & pœnali non veniunt nepotes, Cald. *in l.ſi curatorem*, verbo *ſine curatore,num.*47.C. *de in integrum reſtitu.minor, & de poteſt.elig. cap.* 14.*n.*4.*&* 5.*cum ſeqq. junctto num.* 34. Ubi quod in contractibus & conceſſione emphyteutica pro filiis facti nepotes non continentur, Molin. *de primogen.lib.*2.*cap* 11 *n.*35.Sayr.*clavis Regia lib.*3. *c.*8.*n.*6.Ubi quod propter communem uſum loquendi comprehenduntur nepotes.Et liberorum appellatione veniunt filiæ,& deſcendentes ex ea,Cald.*de poteſt.d.g.c.*15.*n.*27. Menoch.*dicto lib.*4.*præſumpt.n.* 74. *& conſ.* 328. *n.*1. Ubi quod continentur omnes deſcendentes uſque ad infinitum, ex text.*in l.liberorum. ff.de verborum ſignificat.* Et filiorum appellatione an veniant fœminæ? Vide Barb.dicto verbo *filius,n.*48. *cum ſequentibus*, Pinel. *in l.*3. *Cod. de bonis maternis, n.*33.Menoch.*conſ.*150.*n.*4.*&* *dicto l.*4 *præſumpt.* 84. *n.*2. *&* 3. Ubi quod ex ſermonis proprietate, & per interpretationem, ac ex conjectueis etiam fœminæ continentur, & deſcendentum appellatione veniant fœminæ, Maſcard. *de probat.concl.*1236.*num.*42. Et in emphyteuſi appellatione filiorum non veniunt filiæ,Vincent.de Franch.*deciſ.*30. Guillelm.*in c.Raynuntius,*verbo *duas habens filias, num.*125. *de teſtam.*

Tiraque l.

Tiraquel. *de jure primogen. quæst.* 13. *n.* 8. Clar §. *emphyteusis, quæst.* 32. *n.* 2. Valasc. *de jure emphyt. qu.* 41. *num.* 3. Gam. *decis.* 260. Rota Bononien. *decis.* 52. Gratian. *disceptat. forens. cap* 58. *num* 14. *cum seqq.* Cald. dicto verbo *sine curatore, n.* 47 *& de nominat. quæst.* 17. *num.* 30. *& quæst.* 19. *num.* 10. *& de potest eligendi, cap.* 1. *num.* 9. *cum sequent b.* 5, *& cap.* 15. *num.* 16 *uncto num.* 15. *& de renovat emphyt. quæst* 17. *num.* 10. *& quæst.* 18. *num.* 2. & nepos concurrens cum filia præcedit, & succedit in emphyteusi, Cabed. *arresto* 91. *p.* 1. Et filiorum appellatione non continentur nepotes in materia alienationis, Menoch. *cons.* 315. *num.* 20. *cum sequentibus.*

Filii naturales qui dicantur? Vide Menoc. *cons.* 60. *num.* 1. *cum seq.* Cald. *de nominat. quæst.* 21. *à num.* 4. Menchac. *illustr. cap.* 102. *a num.* 10. Valasc. *allegat.* 6. *à num.* 33. Steph. grat. *disceptat. forens. cap.* 31. *num.* 6. *& cap.* 35. *n.* 31. cum aliis citatis per Phœb. *p.* 1. *decis.* 68. *num.* 6. Ubi quod naturales dicuntur nati ex illis inter quos poterat matrimonium consistere, & nati ex soluta & soluto. Et sic ut sit naturalis, non sufficit esse natum ex concubina unica, Phœb. *dicta decis.* 68. *num* 6. ubi *dicto num.* 6. testatur esse judicatum, quod filii Militum Ordinis Crucis Domin nostri Jesu Christi sunt naturales.

Filii naturales succedunt matri ab intestato, Surd. *de alim. tit.* 6. *quæst.* 8. *n.* 45. Gratian. *d. cap.* 35 *à num.* 5. ubi *num.* 11. *& 12. & cap.* 637. quod possunt querelare testamentum matris, & revocare alienata.

Filii naturales non possunt succedere in majoratu, Molin. *de primogen. lib.* 3. *cap.* 3. *n.* 45. Phœb. *decis.* 171. *num.* 28. *p.* 2. Et ut succedant debent esse nominati expresse per verba expressa, Molin. *de primogen. lib.* 1. *cap.* 4. *num.* 48. & Flor. *var. lit.* 1. *quæst.* 16. *n.* 8. asserit quod tunc poterunt succedere in bonis majoratus, cùm non extiterint omnes parentes legitimi institutoris. Et non possunt succedere in bonis coronæ, nec in majoratibus bonorum patrimonialium, si per institutionem illorum, non fuerint expresse admissi, nec in emphyteusi Ecclesiastica, ut probatur. *in allegat. iuris pro Domina Catharina, illat.* 2. *num.* 4. Et per legitimationem filii naturalis non censetur Princeps præjudicare juri quod aliquis consanguineus acquisiverit, aut acquisitum habuerit in bonis vinculi, Menoch. *cons.* 157. *n.* 12. *& 13. & cons.* 181 *n.* 10. *& 27. & cons.* 186. *13. & cons.* 306. *a n.* 1. Cald *in l. si curatorem*, verbo *sine curatore. num.* 56. *vers. adde etiam eam clausulam, & n* 58 *vers. adverte ultimò, Cod. de in integrum restitut. min.* Et Princeps non potest in hac legitimatione etiam cum clausula, *ex certa scientia*, derogare juri tertii, præsertim in ejus grave ac enorme præjudicium, Molin. *de primogen. lib.* 2. *cap.* 7. *à n* 20. *cum sequentibus*, Gaudent tamen nobilitate parentum, Ceval. *commun. contra commun. quæst.* 2. *n.* 49. Garc. *de benefic. p.* 7. *c.* 15. *n.* 49. Vargas *no trat. de nobleza, discurso* 19. *num.* 5. Ubi idem asserit in legitimatis per subsequens matrimonium, aut per privilegium, & secus in spuriis. Et filius debet probare non solùm filiationem, sed etiam legitimationem, Mascard. *de probat. conclus.* 786. *num.* 7.

Filius in dubio præsumitur legitimus, non spurius, nec naturalis, Menoch. *cons.* 318. *num.* 14 *& de præsumpt. l.* 6. *præsumpt.* 54. Mascard. *de probat. concl.* 799. *& conc.* 802. *& concl.* 168. Peregr. *de jure fisci, p.* 164 *num.* 11. Aym *cons.* 138. *n.* 1. Guter. *lib.* 2. *pract. q.* 112. Surd. *de alim. tit.* 1. *quæst.* 10. *ad fin.* Et ex illicito coitu natus præsumitur potiùs spurius quàm naturalis, Menoch. *dicta præsumpt.* 54. *num.* 2.

Filius natus ex virgine, dicitur natus ex coitu punibili, attenta lege Regni, *lib.* 5. *tit.* 23. imò etiam per jus commune *in §. item l. Julia, Instit. de public. judic.* ubi Angel. *& in §. novissimè, instit. ad Orficianum*, Soar. *ad l.* 1. *tit.* 6. *lib.* 3. *fori.* Et non sufficit quod coitus sit punibilis ex parte viri, sed debet esse punibilis ex parte mulieris, ut post Bald Salicet. & alios tradit Soar. *dicta l.* 1. *num.* 27. *&* 28. atque ita quando mulier cognita fuit per stuprum, nulla lex est quæ pœnam infligat mulieri, ac proinde filius matri succedere potest, etiamsi ex stupro sit genitus, ut per Soar. *ubi proximè*, Bald. *in l. eam quam, Cod. de fideicommiss. & in Auth. si qua illustris, Cod. ad Orficianum.*

Filii naturales & illegitimi sequuntur originem ac domicilium matris, *l. lex mavis & 24 ff. de statu hominum, l.* 1. *ad finem, ff. ad municipal. l. cum legitima* 19. *ff. de statu hominum*, & ibi gloss & Bart. Gloss. *in cap. liberi* 32. *quæst.* 4. *gloss.* 1 & Platea *in l. filios, C. de municipibus, lib.* 10. Paleot. *de nothis & spuriis, cap.* 35. *n.* 9. Filius verò legitimatus sequitur originem patris, glos fin. & ibi Bart. *ad finem in dicta l.* 1. *gloss.* 2. & Platea *num.* 3. *in dicta l. filios.* Illegitimi non possunt succedere ab intestato in hæreditatibus fratrum, aut aliorum consanguineorum patris, ut refertur *in alleg. juris pro Domica Catharina, illat.* 2. *num.* 1. ubi *à num.* 2. *cum sequentibus*, quod non possunt succedere in Regnis & ibi adducitur text *in cap. Grandi, in princip. de supplenda negligent. Prælat. in sexto.*

Filius potest consentire vinculo bonorum in præjudicium legitimæ, Gam. *decis.* 218. *num.* 4. *& num.* 8. *col.* 5. Surd. *decis.* 21. *num.* 20. Valasc. *de part. cap.* 16. *num.* 40 alter Valasc. *tom.* 1. *allegat.* 63. *num.* 7. *cum sequentibus*, Phœb. *decis.* 212. *c.* 2. Molin. *de primog. lib.* 2. *cap.* 11. *num.* 4. *cum sequentibus*, Gabr. Pereira *decis.* 48. *num.* 10. Ubi quod potest imponi gravamen legitimæ, si filius consentiat. Et filius contra testamentum patris potest venire pro supplemento legitimæ Valdes. *n addit ad Soar. p.* 43. Et quando dicatur renuntiare legitimæ matris? Vide Stephan, Gratian. *disceptat. forens. cap.* 637. *num.* 23.

Filii confessio de recepta pecunia pro legitima à patre, non præjudicat filio, si non constat de numeratione, Cald. *cons.* 33. *num.* 19.

Filiusfamilias non potest testari, nisi de consensu patris, *l. cum is, §.* 1. *ff. de donat. causa mortis*, Cald. *de empt. cap.* 3. *num.* 16.

Filius nubens sine consensu patris peccat mortaliter, Barbos. *in l.* 1 *ff. soluto matr. n. p. d. n.* 37.

Filius licèt separetur à Patre ob ejus nequitiam, adhuc ei acquirit. Cald. *de potest non in cap. n.* 38.

Filius potest renuntiare in vita patris supplemento legitimæ, & præjudicare creditoribus. Gratian. *disceptat. forens. cap.* 271. *n.* 9.

Filii exhæredatio tollitur reconciliatione, Gratian *forens. cap.* 140. *num.* 8.

Filiusfamilias potest esse fidejussor, si sit legitimæ ætatis, ex Hyppolit. *de fidejussor. n.* 360.

Filii bona castrensia, & quasi castrensia, propter ejus delictum non confiscantur, sed deferuntur patri Sanch. *in præcepta Decalogi, lib.* 2. *c.* 15. *n* 3. Peregrin. *de privileg. fisci, lib* 5. *tit.* 1. *n.* 124 Mascard. *de probat. concl.* 1158. *num.* 10. Azor *instit. moral. p.* 1. *lib.* 5. *c.* 7. *col.* 388 Et dos profectitia non venit in publicatione bonorum filiæ, Surd. *de alim. til.* 8. *privil.* 65. *num.* 16. Et legitima filii vivente patre non publicatur, Menoch. *cons.* 77. *num.* 26. *&* 27. Peregrin. *d. tit.* 1. *n.* 34. *cum sequentibus*, Sanch. *dicto cap.* 15. *num.* 19. *& de matrim. lib.* 4. *disput.* 25. *num.* 1. Et an bona adventitia publicentur? Vide Cabed. *decis.* 185. *p.* 1. ubi ait quod confiscatur ususfructus quem habet in bonis adventitiis filii.

Filius Sacerdotis est infamis de facto, Valasc. *consult.* 17. Cald. *cons.* 26. *num.* 25. Nepos ex filio Sacerdotis capere non potest ex testamento Sacerdotis, Gam. *decis.* 278. *num.* 20.

Filii Clericorum illegitimi an possint habere beneficia in Ecclesiis in quibus eorum patres ea obtinuere? Vide Barbos. *in collect. ad Conc. Trident. sess. 25. de reformat cap. 15.* ubi latissimè, cui adde Cardos. *in praxi judicum & advocat.* verbo *filius, à num. 13.* & verbo *pensio, num. 12.* Filius Clerici illo decreto Concilii Tridentini non prohibetur obtinere beneficium in Ecclesia, in qua ejus pater nunquam fuit intitulatus ad aliquod beneficium Ecclesiasticum, licèt pro Capellano amovibili inservierit in eadem Ecclesia, à Marsil. *in decreta Concilii Triaent. lib. 11. tit. 11. p. g. 157.* & Garc. *de benefic. p. 7. cap. 3. n. 72.*

Filius illegitimus non potest esse Monachus in religione in qua ejus pater est professus, valebit tamen professio, Fr. Emman. Roderic. *in sum. q. 2. ap. 3. de los novicios, num. 4.*

Filius susceptus ex Moniali non succedit, Farin. *de delict. p. 5. quæst. 146. num. 15.* ubi *num. 19.* de cognoscentibus Moniales tertii Ordinis.

Filius expositus potest admitti ad beneficia, etiamsi per statutum requiratur qualitas & puritas sanguinis, Stephan. Gratian. *disceptat. forens. cap. 267. num. 24. cum sequentibus.* An verò filii expositi dicantur naturales, vel spurii? Vide Phœb. *p. 1. dec. 68. in fine.*

Filio exposito, vel educato in aliquo Hospitali succedit Hospitale, si non inveniatur hæres, Bald. *in Auth. si qua illustris, num. 3. Cod. ad Orficianum.* Vincent. de Franch. *decis. 198.* Peregrin. *de jure fisci, p. 196 num. 16.* & de aliis peregrinis ibidem defunctis, vide Cald. *de nominat. quæst. 13. num. 30.* & de scholaribus qui non habent hæredem, an succedat Universitas? Videz Perez *lib. 8. Ordinam. p. 371.*

Verbo Fiscus.

FISCUS potest appellare à sententia contra se lata, Aloys. Ricc. *de jis. Cur. Archiepiscopal. Neapolit. p. 2. decis. 81.*

GENERARE regulariter quis non potest post annum 60.*l. si pater*,§. *ult. de adopt.* & id contingit propterdiminutionem caloris naturalis,& impotentiam seminis, ut inquit Fulgos. *cons.* 212. *n.* 2. Et ait gloss. *in cap.*1 *per quos fiat investitura*.quod in ætate constituti æquiparantur castratis, sequuntur Bald.& Præpos. latè Nevizan.*in Sylva nuptiali.l.*2. *n.* 16. Et sexagenarium non habere spem procreandi sobolem,post multos tradit Palcot. *in tract. de nothis & spuriis*,*cap.* 24.*n.*3. Menoch. *de arbitr. lib.* 2. *casu* 89.*n.*58. *cum seq.*

Generatio propriè inrelligitur de descendentibus ex linea masculina,non fœminina, *l.ult* & ibi Bald *Cod. de emancipat. liber.* Surd. *de alim. tit.*1.*quæst.* 16. *n.*3. Menoch. *cons.*400.*n.*51.*cum seq.*

Verbo GERUNDIUM.

GERVNDIVM importat conditionem,Azeved. *ad l.*6.*num.* 15.*tit.*9.*lib.* 3 *p.* 339. *& l.* 18. *tit.*21.*lib.*4.*novæ recopilat.* Tiraquel. *tr. cessante causa limit.*1.*n* 81.*ff.de acquir.hæredit.* Valasc. *consult.*149. *num.*2.Cald.*de potest eligendi*, *cap.*4.*num.*30. Rebuf. *tract. de sentent. provision.art.* 2. Surd. *de alim. tit.*5. *quæst.*3. *num.* 41. Phœb. *decis.* 9. *num.* 1 *p.* 1. *& decis.* 132. *num.* 9.*p.* 2. Reynoso *observat.* 44.*num.* 27. ubi *num. seq.* quod gerundium importat necessitatem. Et formam inducit, Azeved. *ad dictam l.* 6. *num.* 16.*tit.*9.*lib.*3. *novæ recopilat. p.*339. Rebuf. *dicto tract. de sentent. provision. art.* 2.*& ad leg. Galliæ, tom.*1.*p.* 163.

Verbo GRATIA.

GRATIIS non est meræ facultatis partem acceptare & partem impugnare,dividendo in hac parte judicium concedentis, *l. nam absurdum*, *ff.de bonis libert.l.si ita stipulatus in fine*, *ff.de operis libert.* Latissimè Surd. *cons.*107.*n.*1. *cum sequentibus.* Nam rescriptum Principis est individuum,*l.* 1. *Cod. de diversis rescriptis*; in individuis autem non potest dari consensus pro patre, & pro parte dissensus, *l. cùm quæreretur* 17.*ff.de administrat.tutor.* Angel. *cons.*304. *n.*5.*vers. quinimò.*

Gratia à Summo Pontifice, vel Rege facta usque ad beneplacitum Regis,vel Summi Pontificis,expirat morte concedentis,ut per citatos à Barbos. *in cap. si gratiosè* 5.*rescriptis*, *lib. sexto*,*num.* 2. quibus adde Cardos.*in praxi judicum*,*& advocat.* verbo *gratia*,*n.*2. Ubi secus asserit si fuerit concessa usque ad beneplacitum Sedis Apost. de quo etiam Barbos. *ubi proximè*, *num.* 5. & ad propositum vide eundem *in collect. ad reg. Decet.* 16. *de reg. jur. eod. lib.* ubi docet quod concessiones gratiosæ per obitum Principis non expirant,etiam re integra, & *in cap. si super gratia*, *de offic. delegati*, *eod. lib* asserit quod executor super gratia facta data Papa,eo mortuo etiam re integra gratiam exequitur; idem etiam probat *in cap.relatum* 19.*num.*5. *&* 6. *de officio delegati*, *in antiquis.*

Gratia non expirat quando literæ non fuerunt expeditæ, sed sola suplicatio signata fuit Gonzal. *ad reg.* 8.*Cancel. gloss.* 12. *in princip. num.* 45. Aloys. Ricc. *decis. Cur. Archiepiscop. Neapolit. p.* 2. *decis* 206.*n* 3.

Gratia videtur absoluta signata supplicatione per verbum, *Fiat*, *cap. si Apostolicæ*,*de præbend. lib. sexto*, *cap.tibi qui* 12. *de rescriptis*, *eod. lib.* Phœb. *arresto* 148 *p* 2. Gabr. Pereira *de manu Regia*, *p.*1. *cap.*62. *num.*68.

Gratia dicitur facta signata supplicatione, etiam literis non expeditis, Gig. *de pension.quæst.*40.*num.*2. ubi *num.* 3. quod literarum expeditio requiritur ad effectum agendi,& *num* 4 quod intimatio literarum requiritur, ut quis agere possit pro pensione consequenda.

Gratia,literis nondum expeditis, dicitur informis & imperfecta, Cabed. *decis.* 39. *num*-8. *p.* 2. Molin. *de primogen. lib.* 1.*cap.*7. *num.*57. Flamin. *de resignat. lib.*8.*q.*2. *n.*1.

Gratia quælibet Principis requirit scripturam ad sui probationem, Molin. *de primogen. lib.* 2. *cap.* 8. *n.*8 Et jus consistit in literis, & titulus per literas probatur, *cap. executor*, *de conces. præbendæ in sexto*, Flamin.*de resignat. lib.*2.*q.*26.*n.*4.

Gratia statim ac concessa est per verbum, *fiat*, valida est in se & perfecta quoad substantiam, & non est necessaria scriptura ad substantiam & valorem illius, Barbos. *in c. institutionis*, 25.*q.* 2. Et gratia per testes probari non potest,nisi literis absolutis & expeditis, Cabed.*decis.*3.*n.*6. *&* 7.Gabr Pereira *de manu Regia. p.*2.*c.*62.*n.*68.ubi etiam alia adducit Item gratia Principis ac resignatio non potest probari,nisi per literas,& non sufficit probari per testes,notatur *in l.unica*,*Cod.de mandat.Principum*, Flamin.*de resignat. lib.* 8. *quæst.* 2.*num.* 6. Molin *de primogen. lib.* 2. *cap.* 8. *num.* 8 conzal. *ad reg.* 8. *Cancel.* §. 3. *præm. num.*110. Ubi etiam quod qualitas gratiæ potest per testes probari. Et collatio non potest probari testibus, ex Flamin. *de resignat. lib.*10. *quæst.* 1.*num.*33. Secus est in collatione inferiorum, ut per eundem *dicta quæst.* 2. *num.* 21. Et commissiones factæ per Papam,vel Imperatorem, non possunt probari per testes, sed per literas, & scripturam, Mascard. *de probation. concl.* 326. *num.* 3. Et gratia stat in lingua Principis, & in scriptura testimonium, & in executione commodum, Gonzal. *gloss.*12.*in principio*, *n.*47.

Gratia dicitur perfecta præstito consensu, Flamin. *de resignat. lib.*1 *q.*6.*n.*7. quia literæ nunquam expediuntur sine consensu, Marta *de clausul.p.* 1. *clausula* 22.*n.*2. Flamin. *de resignat.lib.* 8.*q.*8.*n.*55.*& lib.*9. *q.*6.*n* 8.*& q* 22. *n.*5.

Gratia est verificanda, Flamin. *de resignat. lib.* 4. *q.*2.*n.*44.

Gratia semper intelligitur facta sine præjudicio tertii, *cap. super eo* 15. *de offic. delegati*, ubi Barbos. *num.* 3.

Gratiæ pars est narrativa debet,gonzal.*ad reg.*8.*Cancel.*§.4.*præm.* 76

Gratiæ narrativa debet probari, aliàs gratia erit nulla, Aloys. Ricc. *decis. Cur. Archiepiscopat. Neapolit.p.*2. *decis.* 173. *n.*2. Et gratiæ narrativa est ante

omnia verificanda, idem Ricc. *dec.* 165. *n.* 1. *p.* 1. Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancel. gloſſ.* 9. §. 1. *in annot. à n.* 230. *& gloſſ.* 32. *n.* 57. *cum ſeq.*

Gratia ſubreptitia eſt ipſo jure nulla, *cap. ſuper literis* 20. *de reſcriptis*, ubi Barboſ. *n.* 6. *cum ſequentibus*, Menoch. *de arbitr. lib.* 2. *caſu* 201. *n.* 3. *&* 170. *& conſ.* 321. *n.* 1. Flamin. *de reſignat. lib.* 4. *q.* 2. *n.* 43. *&* 44 *& lib.* 10. *q.* 2. *n.* 4. *cum ſequentibus.* Et ſubreptio vitiat gratiam ipſo jure, *cap. ſi motu proprio* 23. *de præbend. lib. ſexto*, *Item*, 1. *in princip. eod. tit.* Et quando gratia ipſo jure eſt nulla, ipſo quoque jure datio executoris, & ejus juriſdictio nulla & inutilis eſt. Navar. *in cap. cum contingat* 24. *in principali cauſa primæ nullitatis, de reſcriptis.*

Gratiæ impetratio, ut ſalvetur à ſubreptione, ſeu obreptione, omnes qualitates ſunt exprimendæ, quibus moveri poſſet Princeps ad non concedendum *cap. poſtulaſti* 27. ubi Barboſ. *num.* 8. plures citat. *de reſcriptis*, quibus adde Cabed. *deciſ.* 65. *num.* 6. *p.* 1. Et opponens contra reſcriptum, quod ſit ſubreptitium, tenetur probare, Flamin *de reſignat. lib.* 10 *quæſt.* 2. *n.* 7. *&* 8. Aloyſ. Ricc. *deciſ. Cur. Archiepiſcopal. Neapolit. p.* 1. *deciſ.* 108 Et dubio pronuntiandum eſt, gratiam non eſſe ſubreptitiam, Menoch. *conſ.* 316 *n.* 14.

Gratia perinde valere, quid operetur? Vide Menoch. *conſ.* 316. *num.* 3. *&* 15 Azor. *inſtitut. moral. p.* 2. *lib.* 7. *cap.* 31. *col.* 929. An ex gratia perinde valere, probetur tituli color: Vide Maſcard. *de probat. concl.* 1383. *n.* 7.

LITERA H.

Verbo HÆRES, ET HÆREDITAS.

HÆRES videtur eodem modo poſſidere, quo poſſedit defunctus, Paul. Caſtr. *in l. neque, Cod. de uſufructu*, ſequuntur Barb. *de præſcript* 4. *p.* 4. *princ. q.* 11. *col.* 2 Tiraq. *de conſt. p.* 2. *ampliat* 13. *n.* 5. Cov. *in reg. poſſeſſor. p.* 2. *§.* 9. *n.* 3. Cald. *de renov. q.* 15. *n.* 45.

Hæreditatis confuſio cum debito habetur pro compenſatione, vel pro ſolutione, *l. ſi ei cui vendidi*, §. *pen. ff. de evictionibus*, Gabr. Pereira *deciſ.* 121. *num.* 5.

Hæredes quando plures conveniuntur, tenentur unum procuratorem facere, & hoc jure utimur, argum *l. jam tamen*, §. *ſi plures ff. judicatum ſolvi*, & ita reſolvit, & judicatum fuiſſe teſtatur Rebuf. *ad l.* 9 6. *ff. de verbor ſignificat. pag.* 322.

Hæreditatis ſucceſſione frater utrinque conjunctus in ſucceſſione fratris non excludit fratrem ex uno latere, tantùm, *l.* 1. ubi Bald. & alii, *C. de legitimis hæredibus*, Menoch. *conſ.* 187 *n.* 7.

Hæres tenetur ex contractu defuncti, & inſtantia tranſit ad eum, *l. ex contractu, ff. de re jud. l.* 2. §. *ex his, ff. de verbor. obligat.* Soar. *in l. poſt rem judicatam, ſuper declarat. legum Regni, extenſione* 1. *n.* 3. *fol.* 554. Valdeſ. ad Soar. *fol.* 129. Menchac. *de ſucceſſ. creat. lib.* 1. §. 6. *c.* 39. *&* 42. Stracca *de debitore inope, cap.* 6. Azeved. *ad l. fin. tit.* 11. *n.* 86. *lib.* 4. *nova recopilat.* Et non mutatur qualitas in perſona hæredis, *dict.* §. *ex his*, Mendez *in praxi ſæculari*, *lib.* 3 *c.* 22. *n.* 31. Nec per additionem variatur actio, aut obligatio, Surd. *deciſ.* 297. *num.* 4. ubi *num.* 11. quod ſi poſt aditam hæreditatem compromiſit, non gaudet beneficio inventarii, & dicitur conveniri pro debito proprio, & non pro hæreditario.

Hæreditas defertur inter patruum, & ſobrinos in ſtirpem, non in capita *Auth. ceſſante, Cod de legitimis hæredibus*, cum aliis, de quibus per Corn. *tom.* 1. *ultim. voluntat. c.* 8. *n.* 10.

Hæreditas dari non poteſt in donatione inter vivos, *l. hæreditas, Cod. de pact. convent.* Et viventis nulla eſt hæreditas, *l. qui ſuperſtitis, ff. de acquir. hæredit. l. nec non, Cod. de capitivis*, Bernard. Græv. *in pract. Cam. Imper. lib.* 2. *concl.* 126.

Hæreditas augetur ex fructibus, *l. item veniunt*, §. *fructus, ff. de petit. hæredit.* & ex fructibus fructuum, Stephan. Gratian. *diſceptat. forenſ. cap.* 540. *n.* 17. *cum ſequentibus*, & ex fructibus poteſt legitima ſuppleri, notat Angel. *in l. Centurio*, ubi bonus text. *ff. de vulgari*, tradit Chaſſan. *in conſuetud. Burgund. rub.* 7. §. 4. verbo *des deux*, *n.* 9. *fol.* 238. Gratian. *forenſ. cap.* 686. *n.* 2. *cum ſequentibus.* Quid ſi res donata veniat ad collationem, an veniant etiam fructus? Vide Valaſc. *de partit. cap.* 15. *num.* 88. Ubi quod quando res donata revocatur, non revocantur fructus, quia non augent rem donatam. Et fructus debentur fratribus in petitione hæreditatis, etiamſi non petantur, Valdeſ. *ad Soar. pag.* 152. *num.* 38. Et quid de poſſeſſore bonæ fidei, fructibus conſumptis, de quibus non eſt factus locupletior, & quando dicatur factus? Vide Gratian. *forenſ. cap.* 422. *num.* 2. *cum ſequentibus.* Et legitima debet reſtitui cum fructibus à tempore mortis paternæ, Valaſc. *de partit. cap.* 18. *num. ult.* Bernard. Græv. *in pract. Cam. Imper. lib.* 1. *concl.* 120. Et fructus debentur à tempore mortis defuncti, de cujus hæreditate agitur, Ordinat. *lib.* 4. *tit.* 97. *in principio*, tradit gloſſ. 1 *ad finem*, *in l. in fideicommiſſariam* 18. *ff. ad Trebel* paſſim recepta, ut per Tiraquel. *in l. ſi unquam*, verbo *revertatur*, *n.* 270. *Cod. de revocandis donat.* Menoch. *conſ.* 77. *n.* 13. Vincent. de Franch. *deciſ.* 374. *n.* 2 valaſc. *de partit. c.* 13. *n.* 14. *cum ſequentibus*, quamvis ſint conſumpti bona fide, Bald. *l. non eſt, Cod. famil. erciſc.* ſequitur Tiraquel. *ubi proximè* Gratian. *forenſ. cap.* 618. *n.* 6. & dominium bonorum relictorum pro legitima ſtatim eſt tranſlatum in filios, una cum fructibus per hæredem præſtandis, neque permittitur hæredi illorum alienatio, Gratian. *dicto tract. c.* 560. *n.* 7. *&* 9.

Hæres & defunctus cenſentur una & eadem perſona, *l. cum a matre, C. de rei vendic. l. ex qua perſona, ff. de juris*, *Auth. de uxejur. à moriente præſtito*, *in princip. collat.* 4. gloſſ pen. *in* §. *ſi quis alium Inſtit. de inutil. ſtipulat. l. hæres, ff. de uſuc.* cum aliis, de quibus per Cald. *de poteſt. elig. c.* 16. *n.* 20. Ubi quod hæres repræſentat perſonam defuncti, & ideo ejus factum præſtare debet, neque illud impugnare poteſt, & hæres tenetur ad onera omnia ad quæ defunctus tenebatur *l. hæreditatem, ff. mandati, l. quotiens, Cod. de hæred. inſtit.* & non debet eſſe melioris conditionis quam defunctus, *l. in his*, §. *non debet, ff. de regul. juris.* Surd. *de alim. tit.* 1. *q.* 23. *n.* 7.

Hæres non eſt filii pater, qui occidit uxorem, ſed frater mortui, excluſo patre, *l. Lucius, ff. de jure fiſci*, Clar. *in* §. *homicidium, num.* 22. Gregor. *ad l.* 13. *tit.* 7. *part.* 6. verbo *del heredero*, Cald. *in l. ſi curatorem*, verbo *ſua facilitate*, *n.* 16. *Cod. de in integrum reſtitut. minor.* Cabed. *p.* 2. *deciſ.* 81. *num.* 14. *cum ſequentibus*, ubi *num.* 13. quod occiſor non ſuccedit in bonis occiſi, nec maritus uxori, ſi eam occiderit: & *num.* 14.

quod

quod nec filio in bonis maternis, & *n.*15. quod nec in legitima pater filio succedet, & *n.*17. limitat nisi maritus cum causa occidisset uxorem, & *num. sequentibus* ampliat & declarat.

Hæres an habeatur pro adeunte, vel repudiante? Vide Valasc. *consult.*96.*n.*11. & *de partit cap.*15.*n.*36. Ubi quod si assignetur terminus ad deliberandum, & interim nec repudiet, nec faciat inventarium, habetur pro adeunte, & obligatur in solidum, & ibi allegat text. *in l. fin. §. sin autem hoc aliquis, Cod. de jure deliber.* & *n.* 31. secus asserit si esset assignatus terminus ad adeundum, vel repudiandum, tunc enim lapso termino interlligitur quis repudiare. Et debet hæredi assignari terminus ad acceptandum, Cur. Philip *p.*1.§.10. *num.* 11.

Hæres ubi deliberat utrum adire velit, potest per proclamationem facere citari omnes creditores, ut compareant. Bernard. Græv *in pract. Cam. Imper. lib.*1 *concl.* 57.*n.* 30.

Hæreditas non potest pro parte acceptari, & pro parte repudiari, Aloys. Ricc. *decis. Cur. Archiepiscopat. Neapolit. p.*1. *dec.*126 *n.*3. *cum sequentibus.*

Hæres an possit hæreditatem repudiare, & legatum in testamento relictum acceptare? Vide text. *in l. cum responsa, Cod. de legat.* Cald. *de nominat. q.*7.*n.*41. ubi quod potest hæreditatem repudiare, & acceptare legatum.

Hærede proximiore repudiante admittitur sequens, *l.*3 *ff. de acquir. hæredit.* Steph. Gratian. *discept. forens. cap.*63.*n.*6 ubi *num. sequentibus*, idem asserit de tutela legitima.

Hæreditatis aditio non præsumitur. Mascard. *de probat. concl.* 40. *num.* 8. & *concl.*804. *in princip.* Menoch. *cons.*115. *num.*25. & *concl.*320. *n.*7. Surd. *decis.* 154. *num.*18. & *cons.*399. *num.* 15. Valasc. *de partit. c.*15. *num.*9. Et ex quibus probetur, vide Farin. *decis.* 393. *cum sequenti.* Et aditio hæreditatis ex conjecturis ac levibus indiciis probatur, & testes singulares sufficiunt, Grat. *discept. forens. c.*78. *n.*16. *cum sequentibus*, ubi *n.*17. quod idem est quod probetur aditio, vel quod quis se gesserit pro hærede. Et filius non præsumitur adire hæreditatem Bernard. græv. *ad pract. Cam. Imp. b.*2. *concl.*128 ubi *considerat.*1. quod non fit solo animo, de quo etiam Gabr. Pereira *in manu Regia, c.*10. *n.*16. quem vide *n.*31. Et filius immiscens se hæreditati paternæ, censetur habere notitiam testamenti gratian. *forens. c.*487. *num.*14. ubi *num sequenti.* quod in filio producente testamentum probatur scientia illius, & filius qui dicit hæreditari paternæ se immiscuisse, probare debet. Mascard. *dicta concl.*804. Et adire præsumitur qui donavit, cessit, & renuntiavit bona hæreditaria, Surd. *decis.*70. *num.*3. & *n.*11. Quarant. *in sum. Bullar.* verbo *alienatio pag.* 32 *n.*43. Et qui solvit debita defuncti videtur adire, Bart & Jas. *n.*2. *in l.*1. *Cod. de jure deliber.* idem Jas. *in l. frater a fratre, n.*42. *ff. de condict. indebiti*, Duen. *reg.* 277. *ad fin.* Mascard. *concl.*43. *n.*29. Gratian. *forens. cap.*150. *n.*23. & *cap.*468. .87. & vide aliqua per Surd. *cons.*12. *n.*48. *cum seq.* & casum de muliere instituta hærede à viro, per Valasc. *de part. cap.*8. *n.*32. *cum sequentibus.* Et præsumitur acceptare hæreditatem quoties hæres se ingerit in bonis defuncti, Flamin. *de resignat. lib.* 10. *q.* 8. *n.*48. Quid si protestatus est, quod non intendebat adire? Vide Surd. *decis.*154. *à n.*19. ubi quod protestatio præcedens tollit omnem consensum. & voluntatem adeundi. Et probatur aditio per possessionem hæreditaris, grat. *d. c.*468. *n.*86. Farin. *decis.* 405. *n.*6. *cum seq.* Et adire non præsumitur, qui defunctum sepelivit Cota *in memorab. juris*, verbo *sepeliens, p.*79. Menoch. *de præsumpt. lib.*4. *præsumpt.*101. *n.*70. Surd. *decis.* 255. *n.*13 & *de alim. tit.* 1. *q.*44. *n.*38. *cum seq.* ubi etiam quod non videtur adire hæreditatem si familiæ defuncti alimenta præstitit, & solvit medicinas, & Vide Valasc. *de partit. c.*15. *n.*42. ubi quod non inducitur aditio ex aliquo actu qui possit censeri gestus intuitu pietatis. Et quando judicium subit, an videarur adire? vide com. *t.*1. *var. c.*9 *n.* 25. Et si donet, & cedat hæreditatem, adiviss dicitur, Menoch. *cons.*1. *n.*489. & *cons.*77. *n.*22 Surd. *decis.*70. *n.* 3. & 11. Et maritus retinens dotem uxoris, non censetur adivisse hæreditatem nomine filiorum, idem Menoch. *cons.*121. *n.*84. Et aditio est probanda, idem *cons.*124. *n.*120. *cum sequentibus.* Et videtur adire hæreditatem qui cõficit inventarium, Gregor. *ad l* 5. *tit.* 6. *part.*6. verbo *supreren, & l.*11. *dicto tit.*6. Perez *tit.* 3. *lib.*5 *Ordinam. pag.*144. Tiraquel. *le mort, p.*7. *declarat.*2. Cald. *de potest. elig. cap.*16. *n.*25. & *n.*51. Phœb. *decis.*17. *p.*2. Valasc. *de partit. c.*7. *n.*29. & *c.*15. *n.*5. *cum sequentibus*, ubi notabiliter, *uncto n.*41.

Hæres censetur institutus in cæteris bonis per verbum, *relinquo.* Barbosa *in addit. ad cap. Raymundus, de testam. pag.*108. *col.*2. Et in hæredem transeunt omnes actione, activæ & passivæ, *l. pactum, ff. de pactis, l. ea lege, Cod. de condict. ob causam, l. veteris, Cod. de contrab. & commit. stipulat.*

Hæreditas in suis non adita transmittitur, Tiraquel. *l. mort. p.*2. *declarat.*5. *n.*21. & 22. Menoch. *cons.* 1. *num.*491. Cald. *in l. si curatorem*, verbo *sine curatore, n.*37. *Cod. de in integrum restitut. min.* & *de nominat. q.*10. *n.* 20. *cum sequentibus*, & de suo hærede, vide Pinel. *in rub. Cod. de bonis maternis, p.*2. *n.*36. Cald. dicto verbo *sine curatore, n.*44.

Hæreditas non adita transmittitur, quoad extraneos, Stephan. Gratian. *discept. forens. cap.*78. *à n.*20. Cabed. *decis.*61. *p.*2. Cardos. *in praxi judicum & advocat.* verbo *hæreditas, num.*6. Et legitima quam ascendentes acquirunt in bonis filiorum, non agnita transmittitur, idem grat. *c.*448. *n.*21. *cum sequentibus*, Menoch. *cons.*77. *num.* 8. *cum sequentibus*, Bernard. græv. *ad pract. Cam. Imper. lib.* 2. *concl.* 131. *considerat.*1. *n.*17.

Hæredes quis potest instituere extraneos citra peccatum, relictis consanguineis divitibus, secus si fuerint pauperes, argum text. *in c. si quis reliquerit*, 30. *d. ff.* probant Rebuf. *in l. licet, §. paternos, de ver. or. significat. pag.*30. *col.*2. Guter. *lib.*3. *pract. q.*17. *n.*273. Nav. *comment. de Regul. tr. n.*35. *vers. sexto*, Cald. *in rub. Cod. de inoffic. testam. à n.*4. *cum seqq. & cons.* 3. *n.*13. E institutio factu à marito, & uxore do se invicem valet, Valasc. *consult.*7. Valdes. ad Soar. *pag.*84. Bernard. Græv. *dicto lib.*2. *concl* 117.

Hæredes extranei dicuntur omnes, exceptis filiis & nepotibus, Menoch. *de præsumpt. lib.*4. *præsumpt.* 140 *n.* 2.

Hæres institutus sub conditione, ut filio spurio testatoris hæreditatem restituat, talis institutus in foro animæ dicta bona non potest sibi retinere, nec filio spurio testatoris dare. Farin. *p.*7. *in fragm. lit. F, n.*108 Cened. *ad Decretal. collect.* 168. *num.* 4. Menchac. *illustr. c.*102. *num.* 124. Perez. 22. *tit.* 3 *lib.*1. *Ordinam. p.* 103. Et spurius quando instituitur, apertè hæreditas applicatur venientibus ab intestato, Surd. *de alim. tit.*1. *q.*31. *num.*33. ubi *num.* 34 quod fiscus capit hæreditatem, quæ fuit alicui relicta, qui fidem accommodavit restituendi spurio. Et quando dicatur accommodasse tacitam fidem? vide Phœb. *dec.*40. *p.*1. Et quo pacto probetur, vide Valasc. *tom.*1. *alleg.*33. *num.* 12. Beja *p.* 2. *casu* 12. *folio* 190. *verso* Quid si accommodavit tacitam fidem de restituendo capaci? vide text. *in l. quidam cùm filium. ff. de hæred. instituendis*, Idem Valasc. *dicta alleg.*33. *num.*13. Agit de Motu Pii V. quo annullat omnia relicta per clericos incapacibus, sive palam, sive tacitè, eaque applicat fisco Sedis Apost. exceptis bonis feudalibus, vel

emphyteuticis

emphyteuticis, quæ jubet dominis eorum directis devolvit: & *n.* 14. teſtatur vidiſſe obſervatum hunc Motum in hoc Regno in hæreditate Gonçali de Rocha, Archidiaconi Doliveira, & ſimul Canonici in Eccleſia Portugalenſi.

Hæreditari jacenti datur curator bonis ad inſtantiam creditorum, *l. ſi de vi 8. ff. ex quibus cauſis in poſſeſſ. eatur.* Franciſc. Marc. *deciſ.* 32. *n.* 1. *p.* 1. Spin. *de teſtam. gloſſ.* 8. *n.* 79. Paul. Montan. *de tutel. cap.* 28. *n.* 56. Bernard. Græv. *in pract. Cam. Imper. lib.* 2. *concl.* 130 *n.* 14. *cum ſequentibus*, Farin. *dec.* 368. *n.* 3. Alia de curatore vide apud Cardoſo *in praxi judi cum & advocat.* verbo *curator.*

Hæres non poteſt arguere defunctum de mendacio, Aym. *conſ.* 125. *n.* 6. Nec poteſt venire contra confeſſionem ſui auctoris, Stephan, Gratian. *diſcept. forenſ. c.* 142. *n.* 2. Et confeſſio teſtatoris non poteſt revocari ab hærede, idem *c.* 570. *n.* 22.

Hæres hæredis teſtatoris eſt hæres, Aloyſ. Ricc. *deciſ. Cur. Archiepiſcopat. Neapolit. p.* 1. *deciſ.* 60. *n.* 3. & 4.

Hæredis inſtitutione perficitur teſtamentum, §. *ante hæredis inſtitutionem, Inſtit. de leg.* §. *in primis, inſtit. de fideicommiſſ. hæredit l. proxime, ff. de his quæ in teſtam. delent. l. fin. ff. de jure codicil.*

Hæres an poſſit rem ſubhaſtare, vel in ſolutum dare creditori? vide Steph. Gratian. *diſceptat. forenſ. cap.* 730. *n.* 36.

Hæreditas acquiritur monacho, & ex ejus perſona tranſit ad monaſterium, Menoch. *de interdict. remed.* 4. *adipiſc. poſſeſſ. n.* 294. Fr. Emman. Roderic. *tom.* 2. *quæſt. Regular. q.* 77. *art.* 1.

Hæreditas adita conſideratur ut patrimonium hæredis, Menoch. *conſ.* 77. *n.* 7. & *conſ.* 81. *num.* 24. & *conſ.* 115. *n.* 49. & 57.

Hæres non conficiens inventarium tenetur ultra vires hæreditarias, Surd. *de alim. tit.* 8. *privil.* 13. *à n.* 1. Maſcard. *de probat. concl.* 851. *num.* 14. Cur. Philip. *p.* 2. §. 10. *n.* 3. Marta *de juriſdict. p.* 4 *cent.* 1. *caſu* 75. *n.* 10. Barboſ. *in cap. ult. de ſepultur. n.* 4. Et ſi unam omiſit, habetur inventarium pro facto, Stephan. Gratian. *diſceptat. forenſ. cap.* 532. *num.* 10. Et clerici hæredes inſtituti non conficientes inventarium, non tenentur ultra vires hæreditatis in ſolidum, ſed ſolùm de eo quod verè in hæreditate reperitur, Marta *dicto caſu* 75. *à n.* 5.

Hæres poteſt deducere quartam Trebellianicam, etiamſi inventarium non fecerit, Menoch. *conſ.* 177. *num.* 28.

Hæreditatem jus adeundi non durat ultra 30. annos, Gloſſ. *in l.* 3 *ff. de acquir. hæredit.* Valaſc. *de partit. cap.* 38. *n.* 3.

Hæres non poteſt præſcribere legatum, ſtante notitia teſtamenti, etiam lapſis 40. annis, Surd. *dec.* 26. *n.* 4. Spin. *de teſtam gloſſ.* 8. *n.* 66. Menoch. *conſ.* 352. *n.* 2. Menchac. *de ſucceſſ. creat.* §. 10. *n.* 38. & *uſufrequent. cap.* 5. *n.* 11. Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 118. *n.* 16. *cum ſequentibus.*

Hæres tenetur & cogitur exonerare conſcientiam defuncti, & ſolvere ejus debita, & damna ab eo illata reſarcire, probat text. *in cap. literis* 5. *de raptor.* ubi Barboſa, Cened. *ad Decretal. collect.* 40. *n.* 4.

Hæreditas non intelligitur, niſi deducto ære alieno, *l. ſubſignatum*, §. *bona, ff. de jure dotium*, cum aliis de quibus Cardoſ. *in praxi judicum & advocat.* verbo *hæreditas, n.* 8.

Hæreditas in filio emancipato non acquiritur ſine aditione, *l. quoniam 7 Cod. de jure deliber. l. unica*, §. *in noviſſimo, Cod. de caduc. tollend.* Cald. *in l. ſi curatorem*, verbo *læſis, n.* 48. *col.* 2. *Cod. de in integrum reſtitut. min.*

Hæreditas clerici dum non eſt adita, pertinet inventarium ad judicem Eccleſiaſticum, adita verò à ſæcularibus ſpectat ad judicem laïcum, cum poſt aditionem illa bona efficiantur patrimonium ipſius hæredis Gabr. Pereira *de manu Regi. p.* 1. *cap.* 16. *n.* 10. & 21. & *p.* 2. *c.* 30. *à n.* 11. Et clerico ab inteſtato decedente, etiam hæreditate jacente, ac non adita, inventarium eſt conficiendum apud judicem Eccleſiaſticum, idem *dicto cap.* 16. *num.* 28. *cum ſequent.* Et hæreditas jacens clerici gaudet privilegio ejuſdem, & non poteſt collectari, nec tenebitur gabellam ſolvere, Flor. *var. lib.* 2. *quæſt.* 121. *n.* 200 *cum ſeq.* Barboſ. *ad l. hæres abſens, in princip. ff. de judic. num.* 177. *cum ſequentibus.* Et inventarium bonorum clerici defuncti relinquentis hæredem laïcum, fieri debet poſt aditam hæreditatem per Curiam ſæcularem, Guter. *lib.* 2 *pract. quæſt.* 49. Tiraquel. *tract. ceſſante cauſa, p.* 1. *n.* 217 Eodem modo poſt aditam hæreditatem, ſi laïcus inſtituit hæredem clericum, per Eccleſiaſticum eſt conficiendum inventarium, Palat. *in repetit. rub.* §. 39. *num.* 12. Roland. *conſ.* 61. *num.* 9. *lib.* 4. Barboſ. *in l. ſi conſtante*, §. *fin. n.* 29. *in fine, ff. ſoluto matrim.* Cabed. *deciſ.* 81. *p.* 1.

Hæredum appellatione veniunt hæredes ſanguinis, ideſt liberi, & deſcendentes, non verò tranſverſales, vel etiam aſcendentes, quando Princeps aliquid concedit pro ſe & hæredibus ſuis, Menoch. *conſ.* 158. *n.* 9. Galganet. *tract. de condit. & demonſtr. p.* 1. *cap.* 30. Quis ſit ſuus hæres, tradunt Pinel. *in rub. Cod. de bonis maternis, p.* 2. *n.* 36. Cald. *in l. ſi curatorem*, verbo *ſine curatore*, *n.* 45. *Cod. de in integrum reſtitut. min.* In hoc tamen Regno pater & mater, avus atque avia ſunt hæredes ſui & neceſſarii, ex Ordinat. *lib.* 4. *tit.* 91. Et verbum, *ſine hærede*, intelligitur ſecundùm ſubjectam materiam, id eſt ſine filio, & æquipollet verbo, *ſine liberis*, in his quæ ad filios, & non ad extraneos debent pervenire, Flor. *var. lib.* 1. *quæſt.* 19. §. 2. *n.* 7. & 8. Et hæredum maſculorum appellatione veniunt deſcendentes Surd. *dec.* 322. *n.* 77. Et nomine ſucceſſorum, & hæredum propriè comprehenduntur fœminæ, *l. hæredis appellatio, l. hæred. appellatione, ff. de verbor. ſignificat.*

Hæredis nomine non venit fideicommiſſarius, Menoch. *conſ.* 117. *n.* 7.

Hæres ſemel non poteſt deſinere eſſe hæres, *l.* & *ſi*, §. *ſeq. quod Papinianus, in fine ff. de min.* Cald. *de poteſt. eligendi, cap* 16. *n.* 37.

Hæredes extranei dicuntur omnes, exceptis filiis & nepotibus, Menoch *de præſumpt. lib.* 4. *præſumpt* 140. *n.* 2.

Hæres non poteſt præſcribere quando defunctus fuit in mala fide *l. cùm hæres, ff. de diverſis & tempor. præſcript.* quod procedit etiam in præſcriptione longiſſimi temporis, quia non poteſt à ſeipſo incipere præſcriptionem, ut tenent Anton. de Butrio, & Panorm. *in cap. ſi diligenti, num.* 30. *col.* 5. *verſ. ſed circa prædicta, de præſcript.* Alexand. *in l. Pomponius*, §. *cùm quis, n.* 21 & ibi Jaſ. *col.* 2. *ff. de acquir. poſſeſſ.* ubi magis communem dicit, probant Molin. *de primogen. lib.* 2. *cap.* 6. *n.* 70. *cum ſequentibus*, Stephan. Gratian. *diſceptat. forenſ. cap.* 52 *n.* 2. eandem opinionem tenet in multis conſiliis Alexand. ut refert Bald. *de præſcript.* 2. *p.* 3. *princip. q.* 12. *n.* 12. Ubi aſſerit hoc procedere, quamvis hæres habeat juſtam ignorantiæ cauſam, & præſumptam bonam fidem, & quod hæc opinio debet ſervari in utroque foro, & ab eo non ſit recendendũ in conſulendo, & judicando, tradit Cov *in reg. poſſeſſor, 2. p.* §. 9. *à n.* 1. Et hoc de plano procedit quando hæres ſcivit malam fidem defuncti quia tũc habeat malam fidem formalem, nullo tempore purgatur, ut per additionem ad Bart. *in l. fin. n.* 17. *Cod unde vi*, Aret. *conſ.* 153. Maſcard. *de prob. l.* 1. *concl.* 225 *n.* 10. Valaſc. *in ſimili conſ.* 45. *n.* 8. & *ult. in fine.* Et populus

pulus nunquam præscribit, quia semper censetur esse idem. Surd. *consil.* 494. *num.* 43.

Hæredes tenentur dare vestes lugubres viduæ secundùm personarum & mariti dignitatem. Cordub. *in l. si quis à liberis, §. si quis ex his, n.* 125. *ff. de lib. agnosc.* Barbosa *in l. quæ dotis, n.* 81. *ff. soluto matrim.* Spin. *de testam. glos.* 2. *princip. n.* 63. Guter: *lib.* 2. *pract. q.* 95. *n.* 6. Mascard. *de probat. concl.* 1040. *n.* 5. Surd. *de alim. tit.* 4. *quæst.* 2. *n.* 13. *cum sequentibus* Et hæredes mariti non alunt viduam intra annum luctus, sed dotem restituunt pro sufficienti necessitate, idem Surd. *tit.* 1. *q.* 44. *n.* 1. Quid in alimentis præteritis uxoris: vide Menoch. *cons.* 81. *n.* 61. Gam. *dec.* 62. Cordub. *in dicto §. si quis ex his, n.* 11. *cum sequentibus*, ubi quod possunt peti ab hæredibus mariti.

Verbo HERETICUS.

HÆRETICI sunt hostes pejores Ethnicis, & destruunt finem quæ est fundamentum Ecclesiæ, ut ex D. August. & aliis resolvit Henriq. *p.* 1. *sum. lib.* 4. *cap.* 1. *pag.* 207. Et hæresis est crimen atrocissimum, Menoch. *cons.* 149 *n.* 1. Et merè Ecclesiasticum, Clar. *lib.* 5. *receptar. sentent. §. hæresis, num* 4. Et propter hæresim potest fieri divortium inter maritum & uxorem, Farin. *de delictis, p.* 5. *q.* 143. *n.* 98. Beja *casuum conscient. p.* 4. *casu* 30.

Hæretici bona fisco applicantur à tempore commissi delicti post sententiam declaratoriam, text. *in cap. cùm secundùm leges, de hæreticis, lib.* 6. junctis resolutis per Tiraquel. *in si unquam*, verbo *revertatur, n.* 337 *Cod. de revocand. donat.* Peregrin. *de jure fisci, pag.* 205. *num.* 8.

Hæreticus est ipso jure privatus beneficio, Salzed. *in pract. rimin. Cenc. cap.* 214. Et post abjurationem ac peractam pœnitentiam dispensari non potest cum hæretico, ut de novo ordinetur, Garc. *de benefic. p.* 11. *cap.* 10. *num.* 81.

Hæreticum patrem tenetur filius accusare, Perez *lib.* 8. *p.* 120. Masc. *de prob. concl.* 857. *n.* 18. *cum sequentibus*, Palat. *in repert. cap. per vestras, §.* 26. *n.* 8. Farin. *de delict. p.* 2. *lib.* 2. *tit.* 6. *q.* 54. *n.* 174. Et denuntiando parentes an quis evadat pœnas, *c.* 2. *§. hæretici, de hæretic. lib.* 6. Vide Cened. *in collect. p.* 3. *collect.* 28. *num.* 4 & 5. Et de denunciatione hæretici, vide Spin. *in speculo testam. ad gloss. ub. p.* 12. *n.* 28. Flor. *var. qq. lib.* 1. *q.* 18. *n.* 35. & *n.* 48. Director. Inquisitorum *p.* 2. *quæst.* 53. *pag.* 373. Azor. *instit. moral. p.* 2. *lib.* 2. *cap.* 2. *col.* 129. Sayr. *clavis Regia lib.* 12. *cap.* 19. *n.* 23 *cum seqq.* Paul. Comitol. *respons. moral. lib.* 4. *quæst.* 8.

Hæretici aut proditoris filius, qui ante patris hæresim, vel crimen natus est, evadit pœnam contra talium filios jure præscriptam, Clar. *in §. hæresis, à n.* 17. & *in §. læsæ majestatis, num.* 12. Simanc. *de Catholicis, cap.* 26. *à n.* 23 Decian. *in tract. crimin. lib.* 5. *cap.* 45. *disp.* 6. Cov. *lib.* 2. *var. cap.* 8. *num.* 1. & plures alii, de quibus Cened. *ad collect.* 28. *n.* 2. Alia de hæreticis vide per eundem *ad Decretal. collect.* 103. & Cardos. *in praxi judicum & advocator.* verbo *hæreticus*. Et divortium potest fieri inter maritum ac uxorem propter hæresim, Farin. *de delict. p.* 5. *quæst.* 143. *num.* 98. Beja *dicto casu* 30.

Verbo HYPOTHECA, HYPOTHECANS, HYPOTHECARIUS, HYPOTHECATUS.

HYPOTHECA non potest consistere sine obligatione principali. *l. si legati, l. contrahitur, ff. de pignor.* Menoch. *cons.* 58. *num.* 14. Neguzant. *de pignor. p.* 3. *memb.* 1. *num.* 8, & 9.

Hypotheca datur in rebus comparatis ex pecunia propria, vel in rebus à se venditis, & est præferendus aliis creditoribus, Barbos. *in l. si cùm dotem, §. fin. n.* 31. *ff. soluto matrim.*

Hypothecata tacitè censentur pro mercede domus invecta & illata in domum conductam, Menoch. *de arbitr. lib.* 2. *casu* 441. Joseph. Ludovis. *decis. Perus.* 84. Idem procedit tam in prima, quam in tacita reconductione, Cald. *de empt. c.* 33. *n.* 1. 69. *cum seqq.* Steph. Gratian. *disceptat. forens. cap.* 68. *n. cum seqq.* Et de inquilino inquilini vide eundem Cald. *d. cap.* 33. *num.* 94. Gratian. *cap.* 149. *num.* 14. Ubi quod ei non competit beneficium tacitæ hypothecæ, nisi quoad effectum retentionis. Secus est in libris scholarium, Rebuff. *de privileg. scholar. privil.* 19. Et idem procedit in rebus invectis & illatis in fundum emphyteuticum, Mascard. *de probat. concl.* 210. *n.* 8. Cald. *ubi proximè, n.* 70. & *n.* 97 Valasc *de jure emphyt. q* 20. *n.* 17.

Hypotheca non censetur inducta in prædium rusticum, Cald. *d. cap.* 38. *num.* 98. *cum seqq. juncto n.* 70. & *num.* 96.

Hypotheca generali quæ comprehendantur? Vide Menoch. *de interdict. remed.* 3. *adipisc. possess. num.* 125. *cum seqq.* & *n.* 134 & 144. Mench. *usufrequent. c.* 56. Marant. *in pract. p.* 4. *num.* 109. *cum seqq. p.* 154. Farin. *decis.* 230. *Rota Romana, num.* 1.

Hypotheca tacita nunquam censetur inducta, nisi in casibus à jure expressis, gloss. fin. *in fine, in l.* 2. *ff. de privileg. credit.* Surd. *decis* 31. *num.* 9. & *decis.* 271. *num.* 10.

Hypotheca est onus reale, & transit in quemcunque possessorem cum ipsa re, *l. in via constitui. §. quicunque, ff. de servit. urban prædior.* Surd. *decis.* 32. *n.* 5.

Hypothecans bona sua, videtur hypothecare tam bona præsentia quàm futura, *l. fin. Cod. quæ res pignori obligari possint.*

Hypotheca super bonis immobilibus facta à marito sine uxore est nulla, *l. fin. Cod. de rebus alienis*, Gam. *decis.* 109.

Hypothecaria qui potest conveniri, dicitur debitor, ex Surd. *decis.* 174. *n.* 11. & *n.* 21.

Hypothecata sunt bona tacitè pro solutione collectarum, Cald. *de resolut. emphyt. cap.* 3. *num.* 25. Surd. *decis.* 311. *n.* 2. Et successor in beneficio tenetur pro subsidio charitativo præscripto, Azor. *instit. moral. p.* 2. *lib.* 9. *cap.* 14. *col.* 1044.

Hypotheca prior, sive expressa, vel tacita, semper posteriori tacitæ, vel expressæ præfertur, Ordinat. *lib.* 3. *tit.* 91. *in pr. nip.* Mendez *in praxi, lib.* 3. *cap.* 21. *num.* 58. Gabr. Pereira *decis.* 23. *num.* 1 *cum seq.* Flor. de Mena *var. lib.* 1. *quæst.* 6. *art.* 3. *num.* 28. Guter. *pract. lib.* 3. *quæst.* 99. *num.* 6. qui *quæst.* 100. *num.* 3. & 12. ait quod prior credito hypothecarius, etiam privatus, habens expressam hypothecam, potest pecuniam secundo creditori solutam avocare, & *numero* 11. docet quod cessat præferentia secundi creditoris, facta traditione primo creditori in bonis debitoris, & post illorum possessionem; nam per solam traditionem acquisitum fuit dominium & possessio primo creditori. Cald. *de empt. cap.* 12. *num.* 15.

Verbo HOMICIDIUM.

HOMICIDIUM casuale quando inducat irregularitatem? Vide Bonacin. *de irregularit. disput.* 7. *quæst.* 4. *puncto* 7 *propositi.* 2. & 1. Nuntii Hispaniarum solent habere facultatem dispensandi in homicidio casuali, etiam publico, & similiter Commissarius generalis Bullæ Cruciatæ, Garc. *de benefic. p.* 7. *cap.* 11. *à num* 35.

Homicidii

Homicidii pœnam incurrit percutiens data opera prægnantem, ſi mortuus ſit partus animatus videlicet maſculus poſt 40. dies, fœmina poſt 60. Steph. Gratian. *diſceptat forenſ. c.* 72. *n.* 17. Farin. *de delict. p.* 3. *q.* 86. *n.* 48. *& q.* 92. *n.* 136. *& p.* 5. *q.* 122 *n.* 139 *cum ſeqq* Et fœmineus fœtus 89. die, maſculus verò 40. animatur, ex recepta reſolutione Theologorum, Barboſ. *in votis deciſivis Canon. lib.* 1. *voto* 12. *n.* 27. Et in dubio cum non conſtat an fœtus ſit animatus, vel inanimatus ad effectum incurrendi irregularitatem, potiùs præſumitur animatus, idem Barboſ. *d. voto* 12. *n.* 31. *& 32. & ad princip. diſt.* 5. *n.* 3. *& de offic. & poteſt. Epiſcopi, p.* 3. *allegat* 51. *caſu* 9. *n.* 141. Sanch. *in præcepta Decalogi, tom.* 1. *lib.* 1. *c.* 10. *n.* 44. ubi *n.* 45. tradit quod in dubio facti homicidii cenſendus eſt quis irregularis quoad privationem ſuſcipiendi Ordines, ac in illis miniſtrandi, quam intrinſecè includit irregularitas, quæ ſi fuerit ſequuta ob culpam, ſeu delictum, irregularis poteſt etiam privari beneficio per ſententiam, ut probat cum pluribus citatis Garc. *de benefic. p.* 11 *cap.* 10. *n.* 47. & de aliis ad propoſitum vide Bonacin. *de irregular diſput.* 5. *q.* 1 *puncto* 5. *propoſit.* 2 *n.* 3. Et circa materiam homicidii de conſtitutionibus abortus, vide Quarant. *in ſum Bullar.* verbo *abortus*, Sayr. *de cenſur. lib.* 3. *c.* 35 *n.* 24. Fr. Emman. Roderic. *Regular. tom.* 2. *q.* 33. *art.* 4. Molin. *de juſtit. tom.* 3. *diſp.* 27. Hieronym. Roderic. *in compendio qq. Regular reſol.* 4 Bonacin. *de cenſur. in particulari extra Bullam, diſp* 2. *q.* 2. *puncto* 10. *juncto n.* 5. Barb. *ad c. ſicut ex literarum* 10. *de homicidio, & ad c. Moyſes* 32. *q.* 2. *& d. voto* 12. & aliis ſuprà citatis locis, & plura de homicidio vide apud Cardoſ. *in praxi judicum & advocat.* verbo *homicidium*, ubi latiſſimè.

Verbo HONOR.

HONORIS cauſa vitæ æquiparatur, *l. juſta cauſa, ff. de manumiſſ. vindicta*, Gregor. *l.* 4. verbo *las leyes, tit.* 13. *part.* 2. Cordub. *in l. ſi quis à liberis, in princip. c.* 4 *ff. de liber. agnoſc.* Menoch. *conſ.* 96. *n.* 15. *& conſ.* 98. *n.* 8. *& conſ.* 302. *à principio*, Aym. *conſ.* 2. *n.* 28. Chaſſan. *in catal. gloriæ mundi, p.* 1. *conſiderat.* 2. Surd. *deciſ.* 89. *n.* 21. Cald. Pereira *in l. ſi curatorem*, verbo *cum non abſimilis, n.* 10. *Cod. de in integrum reſtitut.* Menchac. *illuſtr. qq. c.* 18. *n.* 15. Brunor. à Sole *in loci communes* verbo *honor*, *num.* 4. Mar. Antonin. *var. lib.* 3 *reſol.* 11. *n.* 2. Aloyſ. Ricc. *deciſ. Cur. Archiepiſcop. Neapolit. p.* 1. *dec.* 68. *n.* 5. 6. *& 16.* honor lucro, imò etiam vitæ præfertur, *l. iſti quidem ff. quod metus cauſa, l. reprehendenda, Cod. de inſtitut. & ſubſtitut. l. quiſquis, Cod. de poſtul. c. nolo* 12. *q.* 1. Surd. *conſ.* 426. *n.* 57. Farin. *in praxi crim. p.* 1. *q.* 15. *n.* 6. Et bona fama ac honor præ cæteris diligenda ſunt, & debet quis potiùs mortem pati, quàm honorem perdere, Menoch. *de arbitr. lib.* 2. *caſu* 377. *n.* 19. Surd. *dec.* 89. *num.* 21. Et honor præfertur pecuniæ Nav. *in l.* 2. *Cod. quando civi ia munera indicantur, lib.* 10. *n.* 1. Et honor eſt maximum bonorum, gloſſ. 1. *in extravag. ad conditorem, in verſ. honorem, de verbor. ſignificat.* Philoſoph. Ethic. *lib.* 4. Navar. *in tract. de finibus bonorum actuum*, *n.* 45. D. Thom. 1. 2. *q.* 2. *art.* 2.

Honoris ſui parvipenſionem nemo tenetur pati, 2. *in principio ff. de poſtul.* Menoch. *conſ.* 94. *à principio*, Navar *ubi proximè*, *num.* 74. Cordub. *in l. ſi quis à liberis, in princip. num.* 25 *ff. de liber. agnoſc.* Farin. *p.* 1 *praxis crimin. lib.* 1. *tit.* 2. *quæſt* 15. *num.* 6. et D. Paul. 1. *ad Corinth.* 9. bonum eſt enim mihi magis mori, quam ut gloriam meam quis evacuet, refertur *in c. Sacerdos* 1. *quæſt.* 2. Et Iſaïas *cap.* 42. gloriam meam alteri non dabo, *c. nullus*, 93. *diſt.* Et perſona cæteris rebus præferenda eſt, Surd. *de alim. tit.* 8. *privil.* 85. *num. ult.* Et pro honore ſi quis ab eo deturpetur, competit judicium poſſeſſorium, Cordub. *d. n.* 95. Garc. *de nobilit. gloſſ.* 55 *n.* 59. Barb. *ad c. a memoria, n.* 2. *ut lite pend. & ad cap. licèt cauſam* 9. *de probat. n.* 11.

Honorem debent impendere minores majoribus, *c. ſtatuimus, de majorit. & obed.* Rebuf. *in tract. nominat. quæſt.* 14. *num.* 49 Stephan. Gratian. *diſceptat. forenſ. c.* 284. Chaſſan. *in catal. gloriæ mundi, pag.* 2. *conſiderat.* 10. Mart. *de juriſdict. p.* 2, *caſu* 34. *num.* 44.

Verbo HOSPITALE.

HOSPITALE dicitur locus pius, Tiraq. *de pia cauſa, in præfat. p.* 2. Rebuf. *de pacific. poſſeſſor. n* 82. Valaſc. *conſult.* 105 Flamin. *de reſign. lib.* 11. *q.* 3. *num.* 42. Et gaudet privilegiis Eccleſiæ, Aloy. Ricc. *in collect. deciſ. p.* 3. *collect.* 648. *& p.* 4. *collect.* 1097. Et gaudet privilegio Eccleſiæ, ſi fuerit fundatum authoritate Epiſcopi, Flor. *var. q.* 21. *n.* 175. Et quando præſumatur fundatum authoritate Epiſcopi? Vide eundem Flor. Anton. Gabr. *lib.* 6. *de pia cauſa, concl.* 2. *n.* 5. Rota Bononien. *dec.* 13. *n.* 4. Franciſc. Marc. *dec.* 1017. *n.* 2 Menoch. *de præſumpt. l.* 6. *q.* 79. *n.* 3. Maſcard. *de prob. concl.* 583. *& 623. & 869.* Cota *in memorab.* verbo *Facta*, Valaſc. *dicta conſult.* 105 *n.* 45. Guter. *Canonic. qq. c.* 35. *n* 18. Et ſi habeat cymbalum ſupra tectum erectum, & pulſatur ad divina celebranda præſumitur fundatum authoritate Epiſcopi, Sanch. *de matrim. lib.* 9. *diſp.* 15. *n.* 39. De confraternitate montis pietatis, vide Barboſ. *in collect. ad Concil. Trident. ſeſſ.* 22. *de ſacrificio Miſſæ, cap.* 9. *n.* 9 Et an ſit licita? Vide Cened. *ad Decretal. collect.* 41. *n.* 2. Quod confratriæ dicuntur loca pia, ſi ſint authoritate Ordinaria fundatæ, & in eis celebrentur Miſſæ, & ſint hoſpitalia cum campanilibus & campanis, tradunt Stephan. Gratian. *diſceptat. forenſ. cap.* 481. *n.* 2. *& n.* 11. *cum ſequentibus, & cap.* 517. Marta *de juriſdict. p.* 4. *cent.* 2. *caſu* 113. *n.* 7. *cum ſequentibus*, Gabr. Pereira *de manu Regia, p.* 1. *c.* 17. *n.* 10. Barboſ. *de offic. & poteſt. Epiſcopi, p.* 3. *allegat.* 75. *num.* 13. *& n.* 22 *cum ſeqq. & ad cap. cum & plantare, n.* 42. *de privileg. & ad cap. nos quidem* 3. *de teſtam. n.* 5. Item Confratriæ quæ per adminiſtratores reguntur, gaudent jure minoris, ſi ſint authoritate Epiſcopi conſtitutæ, Tiraquel. *de pia cauſa privil.* 138. Guter. *Canon. c.* 35. *n.* 14. Cabed. *dec.* 51. *n.* 2. *& n* 5. *p.* 1. Barboſ. *dicta allegat.* 75. *n* 39. *cum ſeqq.* Menoch. *de interdict. remed* 15. *recuper. poſſeſſ. n.* 34.

Hoſpitali Regio urbis Ulyſſipponenſis applicantur conceſſione Apoſtolica emolumenta Miſſarum, & alia onera pia non impleta, Gabr. Pereira *dec.* 57. & Reynoſo *obſervat.* 7. *n.* 1. ubi *n.* 38 adducit tenorem diplomatis Regii lati in favorem dicti Hoſpitalis circa certitudines Miſſarum, & formam illarum.

LITERA I.

Verbo IGNORANS, IGNORANTIA.

IGNORANTIA præsumitur, nisi scientia probetur, Barbosa *in libello de principiis, & locis commun. utriusque juris, lit. I, num. 5.* & scientia probatur per conjecturas, Steph. Gratian. *disceptat. forens. cap. 433. num. 77. & cap. 510. num. ult.* Et absens præsumitur ignorare etiam ea quæ publicè nota sunt, Barbosa *in addit. ad collectan. p. 150.*

Ignorantia juris neminem excusat, *l. Regula, in princip. ff. de juris & facti ignorant.* ubi gloss. magna, *reg. ignorantia, de reg. juris, lib. sexto*, D. Thom. *quodlib. art. 19.* Valas *de jure emphyt. q. 38. n. 15.* quos cum aliis refert illustriss. Dom. Roderic. à Cunha *in princip. dist. 38. n. 2.* Ubi ampliat non solùm in ignorantia juris communis, sed etiam in ignorantia juris municipalis seu statutarii? nam malam fidem censetur habere qui contra jura mercatur, *reg. qui contra 82. de reg. jur lib. sexto*, Menoc. *de præsumpt. l. 3. præsumpt. 130. n. 35. & 39.* Et errans in jure præsumitur in dolo, ubi jus contravenit, vel actui resistit, Mascard. *de probat. conclus. 640. n. 2.* Et unusquisque præsumitur scire leges, *l. leges, sacratissimæ, Cod. de legibus*, poterit enim consulere peritiores, adhibita mediocri diligentia, & scire poterat & debuerat, *dicta l. Regula, §. sed juris, l. in bonorum*, & ibi Bart. *ff. de bonor. possess. l. si aviam, Cod. de ingenuis, & manumiss.* Pinel. *in l. 2. C. de rescind. vendit p. 1. cap. 2. n. 31.* Barbos. *in prælud. l. si mora, n. 12. ff. soluto matrim.* Guter. *pract. q. 70. in fine*, Surd. *decis. 237.* Azeved. *l. 2. à n. 32. tit. 1. lib. 2. novæ recopilat.* Et ignorantia juris in his terminis continet latam culpam, ut cum communi resolvit Padil. *in l. constitutiones, Cod. de juris, & facti ignorant. n. 13.*

Ignorans non dicitur ratificare, Menoch. *cons. 120. num. 37.* Et censetur contradicere, *l. qui vas, §. vetare, ff. de furtis*, Reynoso *observ. 58. n. 2.* Et non dicitur negligere aut contravenire, *l. si ignorans, ff. locati*, Steph. Grat. *discep. forens. cap. 631. n. 20.* Et non videtur negligere, nec contemnere jus suum, *l. nec ignorans, Cod. de donat.* Farin. *in praxi crimin. p. 4. consult. 96. n. 33.* Surd. *decis. 25. n. 30.* & *consult. 7. n. 15. cum sequentibus, & consult. 454. n. 51. & de alim. tit. 9. q. 26. n. 78. cum sequentibus*, ubi etiam plura adducit de ignorantia.

Ignorans dicitur qui nescit modum & qualitatem facti Cald. *de resolut. emphyt. cap. 13. n. 8.* Et ignorare non potest quis conditionem bonorum, quæ communiter cum fratribus possedit: & scire quis præsumitur ea quæ concernunt suum patrimonium. Plura alia de ignorantia vide apud Cardos. *in praxi judicum & advocat.* verbo *ignorantia.*

Verbo IMMUNITAS.

De IMMUNITATE Ecclesiastica vide latissimè Barbos. cum ab eo citatis, *in remiss. ad Ordinat. lib. 2. tit. 5.* quibus adde filium *in collect. ad cap. inter alia, & ad cap. quia plerique, & ad cap. ult. de immunit. Ecclesiast. & ad cap. quoniam 4. eod. tit. lib. sexto, & in collect. ad Concil. Trident. sess. 25. de reformat. cap. 21. & de jure Ecclesiast. lib. 2. cap. 3. de immunit. Ecclesiar. per totum*, Aloys. Ricc. *dec. Cur. Archiepiscopat. Neapolit. dec. 141. p. 1. & decis. 54. num. 7. p. 2.* Gabr. Pereira *de manu Regia, p. 2. cap. 46.* Illustriss. Dom. Roderic. à Cunha *ad cap. eos qui 6. 87. dist.* Cened. *ad Decretal. collect. 54. & collect. 178. & pract. quæst. 42.* ubi etiam de his qui confugiunt ad sanctam Eucharistiam, dum ducitur per vicos & plateas ad infirmos. Et absolutio à censuris ob violatam immunitatem Ecclesiasticam est Sedi Apost. reservata Barbos. *d. cap. 20. n. 14.*

Immunitatis privilegium ut quis habeat, sufficit manu prehendere portam Ecclesiæ, seu Eremitorii clausuram, ut refert Joan. Ign. *in l. 1. c. 57 ff. ad Syllan* asserens Rothomagi, civitate Franciæ, ita judicatum sæpè fuisse, cui subscribunt Cov. *lib. 2. var. cap. 20. n. 18* Remig. *de immunit. Ecclesiæst. ampliat. 8.* Nav. *in man. cap. 25. n. 17* Farin. *in pract. crimin. l. 1. tit. 4. q. 28. n. 14.* Qui extraxit fugientem ad Ecclesiam tenetur ad restitutionem non solùm Ecclesiæ, sed etiam ipsi delinquenti Garc. *de benefic. p. 7. cap. 16. n. 44* Et Ecclesia debet restitui, si ab ea extrahatur delinquens, licèt notoriè constet illum non gaudere immunitate Ecclesiastica, Stephan. Gratian *disceptat. forens. cap. 590. n. 11. cum sequentibus*, Ricc. *d. p. 1. decis. 110.* Et crimen læsæ majestatis committens non gaudet hoc privilegio, Cur. Philip: *p. 3. §. 12. n. 18.*

Verbo INCENDIARIUS, INCENDIUM.

INCENDII casibus quando quis teneatur, & de aliis vide Menoch. *de arbitr. lib. 2. casu 390. n. 3. cum seq. & cons. 53. n. 1. & de præsumpt. lib. 1. quæst. 59. n. 3.* Bonacos. *p. 1.* verbo *incendium*, *fol. 85.* Gregor. *l. 3. tit. 2. p. 5.* verbo *fuego*. Joseph Ludovis. *decis. Perus. 10. num. 15. & decis. 25.* Mex. *in tract. taxæ panis, concl. 6. n. 15.* Mascard. *de probat. concl. 467. num. 5. & concl. 892. n. 8.* Guter. *pract. lib. 1. q. 29. n. 6.* Surd. *decis. 198. n. 5.* Steph. Gratian. *disceptat. forens. c. 354.* Cened. *ad Decretal. collect. 4. n. 1.* Rebuf. *in l. 3. §. cognoscit, n. 2. de offic. præfecti vigilum*, Bernard. Græv. *in pract. Camera Imper. lib. 1. concl. 21. & 22.* Farin. *de delict. p. 3. q. 110. n. 33. cum sequentibus, & p. 4. decis. 60. & decis. 114.* Sesse *Aragon. decis. 211.* Quid si incendium contigerit in domo, ubi habitant plures familiæ, una superius, & altera inferius, vel ubi viatores recipiuntur, quis tunc tenebitur? Vide Rebuf. *in repetit. l. Divus, ff. ad Syllan. n. 41. & 42.* Et quis teneatur probare casum fortuitum culpâ inhabitantis contigisse? Vide Mascard. *concl. 993.* Et incendiarius dolo incendium faciens qua pœna puniatur? Vide Menochium *d. casu 390. n. 27. cum seqq.* Clar. *lib. 5 §. fin. quæst. 68. num. 20.* Joseph. Ludovis. *d. decis. 25. n. 5.* Azeved. *ad l. 6 n. 9. cum seqq. tit 12. lib. 8. novæ recopil.*

Incendio diruta domo an teneantur alii contribuere in damno? Vide Avend. *de exequend. mandat. p. 2. cap. 10 n. 26.* Bernard. Græv *in pract. Cam. Imp. lib. 2 concl. 22 c. 2 n. 4.* ubi *n. 1.* agit de destructione ædium, quæ sunt intermediæ, ne ignis ultra procedat, vide etiam Mexiam *tract. taxæ panis concl. 5. n. 45.* Farin *in praxi delict. p. 3. tit. de variis, & diversis criminibus, q. 110. n. 144. cum sequentibus, usque ad n. 157.* ubi de materia plures casus resolvit.

Incendium in dubio præsumitur causatum culpâ inhabitantium, & conversantium in domo combusta

l. si vendita, ff. de periculo & commodo rei vendit. Farin. *dicta q.* 110. *cap.* 2. .41. ubi *n.* 90. intelligit de culpa leviſſima, non de alia majori.

Incendiarii licèt non ſint ipſo jure Pontificio excommunicati, tamen poſtquam ab Epiſcopo nominatim excommunicantur, non poſſunt ab illo abſolvi, ſed excommunicatio illa Summo Pontifici reſervata maner, juxta text. *in cap. tua nos, de ſentent. excom.* Suar. *de cenſu. diſp.* 18. *ſect.* 1. *n.* 5. & *diſp.* 22. *ſect.* 2. *n.* 15.

Verbo INDULGENTIA.

INDULGENTIÆ etymologiam vide apud Murd. *de alim. tit.* 9. § .31. *n.* 53. & definitionem vide per Fr. Emman. Roderic. *tom.* 2. *quæſt. Regular. q.* 85. *articulo* 1.

Indulgentia eſt relaxatio pœnæ temporalis debitæ pro peccatis actualibus jam dimiſſis, conceſſa homini exiſtenti in gratia, à Prælato per applicationem theſauri Eccleſiaſtici, Barboſ. *de offi. & poteſt. Epiſcopi p.* 3. *allegat.* 88. *num.* 1. Bonacin. *d. ſpec.* 6. *de indulgent. quæſt.* 1. *puncto* 1. *num.* 1 ubi *num* 5. ait quod in Eccleſia datur theſaurus, id eſt abundantia meritorum Chriſti, & Sanctorum exuberantium ſatisfactiones ipſiſmet Sanctis & hominibus uſtis debitas, ſimulque in Eccleſia reſidet poteſtas concedendi indulgentias, & remittendi pœnas debitas, & eſt de fide & adducit authoritatem Pauli 1. *ad Corinth.* 4. ubi dicitur Apoſtolos, ſive Prælatos, eſſe diſpenſatores myſteriorum Dei, & *Matth.* 6. quodcunque ſolveris ſuper terram erit ſolutum & in cœlis, & vide Cov. *in cap. Alma mater, p.* 1. §. 4. *n* 7. *col.* 4. ubi aſſerit quod theſaurus Eccleſiæ collectus eſt ex meritis paſſionis Chriſti, atque Sanctorum.

Indulgentia quotuplex ſit? Vide Roderic. *d. q.* 85. *art.* 2. & 3. & Dom. Roderic. à Cunha *na explicaçaon dos Jubileos, cap.* 1. Indulgentia plenaria idem valet quod plenior & pleniſſima, & dicitur pleniſſima ſolùm amplificationis gratia: Jubilæus autem per hoc differt ab indulgentia plenaria, pleniore, & pleniſſima, quod in jubilæo concedi ſolet facultas commutandi vota, & abſolvendi à caſibus reſervatis, Bonacin. *d. quæſt.* 1. *puncto* 2. *num.* 5. Dom. Roderic. à Cunha *d. cap.* 1. Ubi agit de etymologia jubilæi de cujus origine vide Fr. Hieron Roman. *lib.* 1. *de Republica Chriſtiana, cap.* 25. Fr. Emman. Roderic. *d. quæſt.* 85. *art.* 4. De indulgentia plenaria ac temporali, & quis eam poſſit concedere? Vide Barboſa *dicta allegat.* 88. *n.* 2. *cum ſequentibus.* Et indulgentiæ ſunt ſtrictè intelligendæ, Sanch. *de matrim. l.* 8. *diſputatione* 2. *num.* 7. & vide Bonacinam *dicta diſputat.* 6. *puncto* 7.

Indulgentia poteſt applicari defunctis per modum ſuffragii, Fr. Emman. Roderic. *dicto tom.* 2. *quæſt.* 96. *art.* 2. Azor. *p.* 2. *moral. lib.* 5. *cap.* 26. *col.* 609. Indulgentia operatur, etiamſi poſt eam publicatam lapſus quis fuerit in mortale, Azor. *moral. p* 1. *lib.* 11. *cap.* 18 *col.* 1125. Sayr. *in clavi Regia, lib.* 6. *ap.* 12. *num.* 16 Si poſt abſolutionem non implevit ea quæ præcipit jubilæum, votorum commutatio & diſpenſationes irritæ manent, Beja *reſponſa ſuum conſcient. p.* 3. *caſu* 22. Peccans ſub ſpe Bullæ poteſt abſolvi per Bullam, Cened. *ad Decretal. collect.* 178. *num.* 2. Roderic. *in explicat. Bullæ, fol.* 124. Menoch. *de præſumpt. lib.* 5. *præſumpt* 10. *num* 9 Indulgentia lucri fit quoad peccata oblita, Navarr. §. *n Levitico, notab.* 38. *num.* 11. Roderic. *in explicat. Bullæ,* §. 2. *dub.* 3. *fol.* 22. Sanch. *dicto lib.* 8. *diſput.* 15. *num.* 21. Sayr. *clavis Regiæ lib.* 6. *cap.* 12 *n.* 17. Paul. Comitol. *reſponſ. moral. lib.* 1. *quæſt.* 30. Et lucrifit in operibus ultimis. ſi ſit in ſtatu gratiæ, Dom. Roderic. à Cunha *cap.* 4. *dub.* 2. Confeſſarius approbatus in alio Epiſcopatu non poteſt confeſſiones audire vigore jubilæi in urbe, in qua non eſt approbatus, Beja *ubi proximè, p.* 4. *caſu* 20. Gut. *canon quæſt. cap.* 27. *n* 9. Fr. Emman. Roderic. *in addit Bullæ,* §. 9. *num.* 12 Dom. Roderic. à Cunha *na dita explicaçaon dos Jubileos, c.* 9. *dub.* 1. Et confeſſarius electus, cui facta eſt facultas abſolvendi à reſervatis, etiam contentis in Bulla Cœnæ, poterit plenariè abſolvere: at ſi pœnitens oblitus eſt confiteri aliqua reſervata, ſeu ſpeciatim unum, & excommunicata abſolutione expiravit diploma Pontificium, nihilominus poterit abſolvi poſtea à Sacerdote ſimplici ab eiſdem reſervatis oblitis in priori confeſſione ſine ullo diplomate. Navar. *in cap. conſideret, n.* 30. *de pœnit. diſt.* 5. Roderic. *in dicta explicat. Bullæ, fol.* 124. Paul. Comitol. *dicta q.* 30. Dom. Roderic. à Cunha *na dita explicaçaon dos Jubileos, cap.* 10. *dub.* 4.

Indulgentias Jubilæi, quæ à ſummis Pontificibus pro tempore concedi conſueverunt, ut quis conſequi valeat in Regnis Hiſpaniarum, non eſt neceſſarium Bullam Cruciatæ ante vel poſt ſuſcipere: ita Barboſ. *in collect. ad Concil. Trident. ſeſſ.* 25. *de reformat. cap.* 31 *num.* 4. Domin. Roderic. à Cunha *dicto cap.* 4 *dub.* 8.

Indulgentia ex diplomate jubilæi prodeſt excommunicato & denuntiato nominatim, ſive ab Ordinario, ſive ab executore Apoſtolico, dum tamen priùs ſatisfaciat parti offenſæ, aliàs abſolutio non valet: ita Garc. *de benefic p.* 2. *cap.* 5. *num* 55. *cum ſequentibus*, & Sanch. *de matrim. lib.* 3. *diſp.* 33. *num.* 1. Dom. Roderic. à Cunha *dicto cap.* 10. *dub.* 10. Alia de indulgentiis vide per Ægid. de Coninch. *de ſacram. diſp.* 12. *de indulgentiis, per totam.*

Verbo INFAMANS, INFAMIA, INFAMIS.

INFAMIS quis ſit, & quotuplex infamia? Vide Azeved. *l.* 7. *num.* 11. *cum ſequentibus, tit.* 9. *lib* 3. *novæ recopilat.* Barboſ. *in l. cum Prætor*, §. *ult. ff. de judic n.* 181.

Infamans ſeipſum peccat, ſicut ſi infamaret alium, Direct. Inquiſit. *p.* 3. *pag.* 527. Sayr. *de cenſur. l.* 11 *cap.* 3. *à num.* 29. & *clavis Regiæ lib.* 11. *cap.* 3. *n.* 29. *cum ſequentibus.*

Infamia proveniens ex delicto læſæ majeſtatis divinæ, non humanæ, tranſit ad filios & nepotes natos poſt commiſſum delictum, Varg. *no trat. de la nobleza, diſcurſo* 11. *n* 2. *lit. K.*

Infamis non manet condemnatus ad triremes Aloyſ. Ricc. *deciſ. Cur. Archiepiſcopat. Neapolit. p.* 1. *deciſ.* 119. Ubi etiam cum aliis aſſerit quod damnatio ad triremes ſucceſſerit in locum pœnæ damnatorum ad metallum.

Verbo INIMICITIA, INIMICUS.

INIMICUS ſemper videtur habere animum ſumendi vindictam de inimico. Maſcard. *de prob. concl.* 98. *n.* 2. & *concl.* 1128. *n.* 9. & *concl.* 1248. *n.* 109. Menoch. *de præſumpt. lib.* 6. *præſumpt. 9. n.* 26. & 27. Farin. *conſ.* 27. *n.* 9.

Inimicus ſemper præſumitur malè de inimico cogitare, & ei extruere inſidias, Maſcard. *de probat. concl.* 99. *num.* 2. & *d. concl.* 1248. *num.* 107. Menoch. *ubi proximè.* Et ſi detur reconciliatio, tollitur ſuſpicio inimicitiæ, Aloyſ. Ricc. *deciſ. Cur. Archiepiſc. Neapol. p.* 2. *dec.* 202.

Inimicus alicujus præſumitur converſans cum

ejus

ejus inimico Marant. *p.6.rub. & quandoque appellatur,n.37.&* 45. Barbos. *in collect. ad cap. repellantur 7. de accusat.à n.2.* Farin. *p.4.cons.* 61.*num.2.* ubi *n.16.* quod non præsumitur capitalis.

Inimicitia capitalis oritur ex injuria verbali, Barb. *ad cap.veniens 16.de jurejur.n.2.*

Inimicus postea dicitur qui bona nostra tollit, Barbos. *ad cap.item cùm quis 6.de restitu. spoliator.n.4* Ubi etiam quod inimicitia capitalis oritur ex lite super boni s.

Verbo INJŪRIA, INJURIANS, INJURIOSUS.

INJURIA non tantùm fit præsenti, sed etiam absenti, nec tantùm illi qui est percussus, sed etiam si manus ad illum sit levata ad alapam injiciendam. *l.item apud,§.si quis pulsaverit, ff. de injur.* cum aliis de quibus Cardos. *in praxi judicum & advocat.* verbo *injuria,n.12.*

Injuria non fit personæ incertæ, Capit. *dec.* 58. *n.3.* Menoch. *cons.*107.*n.*10.

Injuria sine dolo & animo injuriandi non committitur, *l.si non convicii, Cod. de injur.* Farin. *de delict. p.1.lib.1.tit.2.q.16.n.67,* ubi *n.69.* quod justa causa, & etiam injusta excusat à crimine injuriarum, & vide addit. *ibi lit.V.*

Injuriandi animus non præsumitur quando potest sumi alia conjectura. Farin. *p.4.cons.* 30.*n.*53. & ibi addit. *lit.L.* Et verba in dubio non sunt judicanda injuriosa, idem *d.cons.* 30.*n.*131.

Injuria dicitur illata in judicio animo injuriandi, quando infertur aliquod convicium quod non facit ad propositum libelli seu causæ de qua tractatur. Farin. *in praxi crimi. p* 3.*q.*105.*n.*239.

Injurians non tenetur recantare palinodiam, Bernard. Græv. *in pract. Cam Imper. lib.1.concl.65.*

Injuria debet satisfieri patri puellæ corruptæ, ex citatis per Sanch *de matrim.lib.7.disp.*14.*n.*11. Farin. *in praxi crimin. p.5. q.* 147. *n.*117. *cum seqq.*

Injuria facta uni de sanguine videtur facta aliis de illius sanguine *l.lex Cornelia, in princip* ubi gloss. Barr. & Doctor communiter, *ff. de injur.* Perez *lib* 4. *Ordinamenti, p.*868. Farin. *de delict.p* 1.*tit.*5. *de indiciis & tortura,q* 49.*n.*32, ubi *n.* 33. quod inimicus consanguinei mei dicitur meus inimicus.

Injuriæ plures inferuntur ex pluribus verbis, Azeved. *ad l.*2 *n.*51.*tit.*10.*lib*8.*novæ recopil.* Et ex delicto pluries commisso una pœna non venit imponenda, idem *ad l.*1.*tit.* 20.*lib.*6. Bobad. *in Polit.l.*4.*c* 5.*n.*42.

Injuria pulsationis & verberationis est grandis, *l. item apud. Labeonem, vers. si quis pulsatus, ff. de injur.* Boër. *dec.*168.*n.*10.

Injuria gravior est ratione loci §. *atrox, Instit. de injuriis.*

Injuria gravis est, si alicui ad ostium fuerunt cornua suspensa, Bertach. verbo *actio injuriarum folio* 47. Bonacos. *p.* 2.*commun. opin. crimin. folio* 129. *n.* 85. Farin: *de delict.p.* 3.*q.* 109.*n.* 469. Quid in illo qui depinxit figuras in pariete ad infamiam alicujus. Vide eundem *p.* 4. *consult.* 30. *n.* 73. *&* *n.* 101. *&* 113. Et uxor agit contra illum, qui vocavit cornutum maritum suum, perez *l.*8. *legum Ordinam.p.*227. *cum sequentibus,* Azeved. *ad l.*2.*tit.*10 *n.*47.*lib.* 8.*novæ recopilat.* Et injuria infertur si quis dicat: *Tu es bonus homo*, quia intelligitur quod vocat eum cornutum. Farin. *p* 4.*consult* 30.*n.*104.

Injuria quando dicatur gravis, vel levis in percussione Clerici? Vide Barbos *in collect. ad c.pervenit* 17. *de sentent. excommunicat. num.* 2.3. *&* 4. Et competit actio Ecclesiæ pro injuria illata Clerico illius, Gregor. *l.*9. verbo *por suservo, tit.*9. *part.* 7. Et injuria facta Clerico graviori pœnâ digna est, gloss. *in cap. sicut,*17.*q.*4: Farin. *de delict.p.*1.*lib.*1.*tit.*3.*quæst.* 18. *num.*81.

Injuria facta Officiali Regis videtur facta ipsi Regi, Avil. *ad cap.*1.*Prator. folio* 45.*n.*4 verbo *tierra*, & exemplum de Petro Rege Lusitaniæ, vide Chronica ejusdem Regis, composita per Eduardum Nuñez do Liao, *fol.*180. Et offendens Regium Magistratum dicitur salvamguardiam infringere, cum omnes Officiales sint sub securitate Regis, Rebuf. *ad l.* 57 *ff. de verbor. significat.p.*296.

Injuriam inferens non potest se excusare, quia verum dixit, & expediebat Reipublicæ scire, etiamsi proveniat culpâ injuriam passi, & tenetur actione injuriarum, Bernard Græv. *in praxi Cam. Imper. lib.*1. *concl.*99. Farin. *p.*4.*cons.*30.*n.*7.*&* *n.*12. Cov. *lib.* 1. *var.cap.* 11.*n.*6. Boër. *dec.* 245. *in fine*, Gom. *tom.* 3. *var.cap.* 6.*n.*2. Clar. *lib.* 5.§.*injuria, n.* 15. Menoch. *cons.*41.*n.*29.*lib.*1.& ibi Gregor. verbo *que es verdad. tit.*9.*part.*7. Perez *lib.*8.*p.*215.*cum seq.* & vide eundem Græv. *dicto tract. l.*1.*concl.*99.*&* *lib.* 2.*concl.*100. Barbos. *ad cap.cùm te* 23.*n.* 4.*de re judicata*, ubi *n.* 3. quod injuria fit scripturâ.

Injuriarum actione tenetur ille, qui testi objecit aliquid injuriosum, & non probavit, Bernard. Græv. *in pract. Imper. lib.*2.*concl.* 101.*considerat.* 1. Et circa materiam actionis injuriarum, vide omninò Surd. *decis*89.

Injuriarum actio datur contra amoventem scamnum de loco in quo quis jus sedendi habebat, Ricc. *decis.Cur. Archiepiscopal. Neapolit p.*1.*dec.*68.

Injuriarum actio expirat per lapsum anni, *l.non solùm,§ injuriarum, ff. de injuriis*, cum aliis per Cardos. *in praxi judicum, & advocat.* verbo *injuria,n.*20.

Injuriâ remissa, non videtur remissum damnum: Jas. *in l.*1.*num.*16 *ff. de pact.* Cov. *lib* 2. *var.cap.* 10. *n.*7 *vers. tertium*, Gom. *tom.* 3.*var. cap.*6.*n.*13. Menoch. *de præsumpt. lib.* 3.*q.*114 *&* *de interdict. remed* 1.*recuper. possess. n.*307. Bonacos. *p.*1.*commun. opin. crimin. fol.*128, *verso*, verbo *pax*, Gregor. *l.*1.*tit.*28.*p.*2. verbo *deve dar*, Mascard. *de probat. concl.*902.*n.*29. *&* *concl.* 1262.*n.*24. Azeved. *ad l.*2.*n.*155. *cum sequentibus, tit.* 10.*lib.*8.*novæ recopilat.* Cald. *de potest. nominat. cap.*1. *n.*32. Ubi de pœnitentiali remissione. Cened. *in col. ad sextum, collect.*12.*n.*5.

Injuria non videtur remissa, si duo fuerunt invitati ad convivium, & fuerunt positi ad unam mensam, Fab. & Angel. *in* §. *fin. instit. de injuriis*, Mascard. *de probation. concl.* 1156.*n.*13. Azeved. *ad l.*2.*n.*185. *cum sequentibus, tit.* 10.*lib.*8.*novæ recopilat* Et non videtur remissa per alloquutionem & salutationē, Farin. *p.*4. *cons* 98 *num.*2. ubi *n.* 4. de visitante infirmum moribundum. Et minor 25. annis non restituitur ad injuriam remissam, secus in minore 14. annorum, qui non posset sine tutore remittere expressè, Steph Grat. *discept. forens. cap.*140.*n.*13. Plura alia de injuriis vide latissimè per Barbosam *in remiss. ad Ordin. lib.*1.*tit*64. §.25.*n.*1. *cum seqq.* cui adde Cald. Pereira *ad l. unic Cod. ex delict. de funct. in princip. n.* 49. *cum seqq.* ubi multa de injuriis, & earum remissione.

Verbo INSTRVMENTVM.

INSTRVMENTVM qui semel habuit, semper id præsumitur habere, donec casu perditum fuisse constiterit: & ideò ad exhibendum præcisè tenetur, *l. si quis ex argentariis*, §. *fin.* ibi *si instrumentum argentariæ ad eum pervenit, ff. de edendo, l.non ignorabit, Cod. ad exhibendum*, Bald. *in publicati, n.*1. *C. de testament.* Paul. Castr. *cons.*301.*n.*5. Et alii citati per

Avend. juniorem *ad l. Tauri, gloss. 4 num. 5. fol. 146.* Menoch. *cons. 94. n 59.* quia amissio non præsumitur, Bernard. Græv. *in pract. Cam lib. 2. concl. 37. n. 2.* & quando debeat probari ? Vide Sesse *Aragon. decis. 201. n. 62.* Phœb. *arresto 81. p 2.* Et tenetur quis exhibere instrumentum, & non excusatur, si juret amisisse. Sesse *dicta decis. 201. n. 55. cum sequentibus,* Menoch. *consil. 354. n. 9.* Ubi quod præsumptio juris, & de jure non eliditur juramento ejus adversùs quem præsumitur.

Instrumentum aut totum acceptandum, aut totum repudiandum, Menoch. *de arbitr. lib. 2 casu 93. n. 28. & cons. 162. n. 9. cum seqq. & num. 38. cum seqq.* Surd. *dec. 33. n. 6. & dec. 290. n. 9.*

Instrumentum emancipationis probat patriam potestatem præcessisse, Mascard. *concl. 599. num. 4. & concl. 971. n. 3.*

Instrumenti qui petit transumptum, tenetur solvere tabellioni, gloss. singularis *in l. ult. § ult.* verbo *agnoscere, Cod. de erogat. milit. annonæ, lib. 12.* Bart. *in l. sanctum, ff. de rerum divis. & in l. illicitas, §. ne potentiores, n. 8 ff. de officio præsidis,* Jas. *in l. Prætor ait, §. 15. etiam n. 9 & 11. ff. de edendo.*

Instrumentum non potest pro parte acceptari, & pro parte repudiari. Joseph. Ludovis. *decis. Perus. 19. n. 26.* Azeved. *ad l. 3 tit. 5. num. 13. cum sequentibus, l. 4. novæ recopilat.* Et an approbato uno capitulo instrumenti, videantur approbati alii ? Vide Azeved. *l. 1, tit. 8. n. 54. lib. 4.* Et dicta testium dividi non possunt, Cota *in memorabilib.* verbo *testis, p. 874.* Cald. *de empt. cap. 19. n. 44. cum sequentibus.*

Instrumenti verba obscura possunt per tabellionem & per testes in instrumento descriptos declarari, text. *in cap. auditis 3. de in integrum restitut.* ubi Barbosa *n. 2.*

Instrumentum celans, faciens de illo mentionem, præsumitur fovere malam causam, *l. fin. Cod. de fide instrum,* Bald. *cons. 406. in fine, lib. 4.* Aym. *cons. 172. n. 6.* Menoch. *de præsumpt. lib. 2. præsumpt. 91. n. 4. & lib. 5. præsumpt. 3. n. 90. & n. 105. & præsumpt. 20. n. 33.* Valasc. *de jure emphyt. q. 8. num. 11.* Avil. *ad cap. 1. Prætor. n. 11. fol. 74. verso,* Farin. *in praxi delict. p. 7. in fragm. lit. A, n. 51.* Et de eo qui distulit movere judicium, vide Menoch. *dicta q. 91. n. 4 cum sequentibus,* idem de eo qui movit judicium post mortem debitoris, quia hæredes non sunt instructi, quod præsumatur fovere malam causam, resolvunt idem Menoch. *ubi proximè, & lib. 3. q. 135. n. 19.* Mascard. *de probat. concl. 1318. n. 27.* Cald. *de empt. cap. 31 n. 61* Et dolus præsumitur contra tacentem sententiam, Mascard. *concl. 531. n. 34. & n. 59.* Avil. *ubi proximè.* Et occultans protocollum investituræ, feudum perdit, Valasc. *de jure emphyt. q. 8. n. 11.* Et sufficit probare quod habuit instrumentum, ut in futurum contra eum præsumptio sit, Avend. *ad l. Tauri, gloss. 4. n. 5.* Et de illo qui diu distulit producere instrumentum, quod præsumatur falsum, tradit Farin. *p. 4. dec. 76. n. 1.* & ibi additio, & præsumitur occultatum ab illo cui poterat nocere, Farin. *dicta p. 4. cons. 60. n. 18.* & ibi additio *lit. I.*

Instrumenta facta de nocte sunt suspecta, gloss. verbo *tenebras, in cap. consuluit 24* ubi Barbosa *n. 12. de offic. delegati,* Hyppolit. *cons. 83. n. 16.* Mascard. *de probat. concl. 531. n. 43. & concl. 1094. n. 38* Menoch. *de præsumpt. lib. 3 præsumpt 126. n. 10. & lib. 14. præsumpt. 12. n. 5. cum sequentibus,* Rebuf. *ad l. 2. ff. de verbor. significat. p. 24. & in tract. nominat. q. 14. n. 19.* Cald. *de empt. cap. 4. num. 15.* Phœb. *p. 2. arresto 29.* Joseph Ludovis. *decis Perus. 116.* Ampliatur hoc notabile quando quis contrahit in domo aliena, Menoch. *l. 5. præsumpt. 3. n. 109.* Mascard. *de probat. conclus. 531. num. 44.* Amplia etiam quando actus fuit clam & in loco abdito ac obscuro confectus, Menoch. *de probat. concl. 531. n. 43.* Phœb. *d. arresto 29.*

Instrumentum habet pro se præsumptionem, licèt veniat de longinquo, Felin. *in cap. coram, num. 10. de offic. delegati,* Castil. *lib. 2. quotid. cap. 46. num. 9.* Et instrumentis publicis extra Regnum confectis non creditur, nisi afferantur literæ testimoniales civitatis, vel Officialis illius sigillatæ authentico sigillo, & sic servatur in practica, Sesse *Aragon. dec. 132. n. 1. cum sequentibus,* Aloys. Ricc. *decis. Cur. Archiepiscopat. Neapolit. p. 1. dec. 170. n. 7.* Mascard. *de probat. concl. 1005. n. 19 & concl. 1092. n. 12.* Menoch. *de præsumpt. lib. 2. præsumpt. 78. n. 10.* Et sufficit recognitio aliorum tabellionum, Azeved. *ad l. 1. n. 138. tit. 21. lib. 4. novæ recopilat.* Parlador. *lib 2. rer. quotid. cap. fin. § 11. n. 17.* Et instrumenta confecta tempore antiquo excedente centum annos, sufficiunt absque recognitione, Stephan. Gratian. *disceptat. forens. cap. 554. n. 35. cum sequentibus.*

Instrumenti laudes vide apud Tiraquel. *de retract. lig. 2. gloss. 1. n. 20. cum sequentibus.*

Instrumentum probat tantùm inter eos, qui notarium rogarunt, Surd. *dec. 209. n. 12 & dec. 210. n. 2.*

Instrumentis non possunt specificati nimis omnia ad tollendam malignorum sophisticam malitiam. Tiraquel. *in l. si unquam,* verbo *revertatur, n. 28. Cod. de revocand donat.*

Instrumentum publicum, vel scriptura privata licet confessata sit ab scribente, non præjudicat tertio, Valasc. *de jure emphyt. q. 7. n. 35.*

Instrumenti clausula est licita, in qua dicitur, ut pars non audiatur, nisi de facto depositi pecuniæ, Barbos. *in remiss. ad Ordinat. lib. 4. tit. 72. num. 2.* Ubi quod prohibetur tabellionibus eam apponere ultra quantitatem à parte receptam.

Instrumentum in parte verum, in totum præsumitur verum, Farin. *dec. 269. n. 8.*

Instrumentum concernit probationem, non substantiam actus, Surd. *de alim. tit. 8. privil. 3. n. 8.*

Instrumenta etiam in terris imperii potest confiere, *§. restat, vers. & nota quod tabellio,* Rebuf. *tom. 1. ad leges Gallia, tit. de literis obligat. art. 2. gloss. 1. n. 44.* Perez *l. 26. tit. de literis obligat. art. 2 gloss. 1. n. 44.* Perez *l. 16. tit. 3. lib. 1. Ordinam.*

Instrumenta in antiquis præferuntur omni alii probationi, Mascard. *de probat. concl. 540. n. 13.* Cabed *de patronat. Regia corona, cap. 34. n. 1.* Xuar. *allegat. 6. n. 11.* Matienzo *ad l. 9. tit. 17. gloss. 4 l. 5 novæ recopilat.*

Instrumentum & probatio per testes habet eandem, vim, *l. in exercendis, Cod. de fide instrum. c. cùm Joannes, cod. tit.* Soar. de Paz *in praxi, tom. 1. p. 1 temp. 8. n. 7.* Cardos *in praxi judicum, & advocat.* verbo *Instrumentum 11. & verbo probatio 7.* Et plus concedlitur testibus quàm instrumento, Aloys. Ricc. *decis. Cur. Archiepiscopat. Neapolit. p. 2. dec. 24 num. 6.* Stephan. Gratian. *disceptat. forens. cap. 526. n. 46. cum sequentibus,* Barbos. *in cap. tertio loco 5. n. 7. de probat.*

Instrumento annullato obligatio in eo contenta annullatur, Soar. *in l. post rem, p. 30. n. 5.* Mascard. *de probat. concl. 118. n. 2* Valasc. *tom 1. allegat. 28. n. 59.*

Instrumentum non recognitum non probat, parte tamen opponente. Gonzal. *ad reg 8 Canc. gl. 56 n. 103*

Instrumenta non probant in eis contenta, nisi pro, vel contra rogantes, Steph. Grat. *disceptfor. c. 150. n. 2*

Instrumento renuntiato non censetur contractui renuntiatum, Tiraquel. *de retract. lig. §. 2. gloss. 1. à princip. p. 300.* & vide Surd. *decis. 43. num. 13. & decis 277. num. 5. & decis. 284. num. 15.* Et renuntians instrumento debiti, & literis, non præsumitur renuntiare debito, sed tantùm probationi faciendæ per instrumentum, & contentis in eis. Flamin. *de resignat. lib. 1. quæst. 18. n. 21. & lib. 8. q. 1. n. 17. & 18.*

Instrumenti

Instrumenti pars una per alteram declaratur, Burg.de Paz *conſ.2.n.59.*Fr Emman. Roderic. *quæſt. Regular.tom.1.q.11.verſ. quarta regula*, Guter. *lib.3. pract.q.44.n.6.*Surd.*dec.43. n. 14. & dec. 282. n.10.* Flamin. *de reſignat.lib.11.q.13.n.48.*

Instrumentum in dubio præſumitur bonum,Hyppolit *in l.1.§.ſi quis ne quæſtio,ff.de quæſt.n.139.*Cald. *de empt.cap.34.n.23.& 41.*Et inſtrumenta publica in dubio præſumuntur ſolemniter celebrata, idē Cald. *ubi proximè, dicto n.23.* Et ſi pars non opponat, & habeat aliquod vitium, cenſetur illud approbare. Cald. *de reſolut.emphyt. cap.17.n.10.*

Inſtrumenta exemplata per illum notarium, qui illa confecit, probant ſine citatione partis, ſecus ſi per alium Notarium exemplarentur, quia tunc requiritur citatio partis,Maſcard.*de probat. concl.711. n.25.& concl.927.à n.1.cum ſequentibus.*

Inſtrumenta producens poterit illa revocare, ſi altera pars contradixit productionem, Maſcard. *de probat.concl.915.n.4.*Azeved. *l.3.n.5.tit... lib.4. novæ recopilat.* Secus verò ſi non contradixit, Cald. *de empt.cap.19. n.27.* Et poterit revocare inſtrumentum,probato errore.Cald.*ibidem,n.26.*Eſſe *Aragon. deciſ.138.*

Inſtrumento non poteſt quis uti,quando illud non exhibuit in tempore ſibi ad id aſſignato,cum nominatione, quod in futurum illo uti non poterit,probatur ex text.*in l.non alienum eſt,ff de interrogat.act.* Innocent.*in cap.G Perpetuus 12.de fide inſtrum.* cum traditis per Dec.*in cap.1.n.66 de probat.* Jaſ.*in l.is apud quem.n.9.cum ſequentibus,Cod. de edendo*, Cov. *lib.1.var.cap.18.n.1.* Valaſc. *de jure emphyt. quæſt.8. num.19.* Guido Papæ *q.245.* Avend.*ad l.41. Tauri, gloſſ.4. n.9.*

Inſtrumentum ſi quis à judice offerre præcipiatur, poteſt comminari, ut in poſterum illo non poſſit ſe juvare,Innocent.& ibi addita *in cap.P.& G.de offic. delegati,*Rebuf *in l.1.ff.de edendo,n.3.*ubi *n.* 4. quod debet edi expenſis petentis.

Inſtrumenta poſt ſententiam reperta illam reſcindere non poſſunt, *l ſub ſpecie, Cod. de re judic.* Hyppolit.*ſing.229* Boër.*deciſ.* 307. Peregrin. *de jure fiſci, lib.7. tit.4. n.4.*

Inſtrumentis repertis poſt tranſactionem, reſtitutio conceditur ex clauſula generali,Bernard.Græ.*in pract.Cam. Imper. lib.2.concl 41.conſiderat.1.n.7.*

Inſtrumenta facta à notario damnato non valent, ex Alciat *reg. 2. præſumpt.7. num* 4. Perez *l. 2. tit.5. lib* 1.*Ordinam.p.259.*Rebuf.*in l.Barbarius, n.6.ff.de offic. Prætoris.*

Inſtrumenti de fide diminuitur, quando confectum fuit à notario malæ famæ, Bald.*in l. jubemus, in fine Cod.de probat.* quem refert & ſequitur Chaſſan.*in conſuetudin.Burgund. rub.10. §.12.* verbo *ſi la fraude, n.3.*

Inſtrumentum in quo continetur jus donantis, tradens alicui jus cenſetur donare rem, Valdeſ. ad Soar.*p.98* Stephan.Gratian. *diſceptat. forenſ.cap.90. n.17. cum ſequentibus.*

Inſtrumentum debet eſſe liquidum,& purum, ut in eo procedatur ſummariè,Xuar.*in l. poſt rem judicatam,§ quarto limita, p.* 300. Menoch. *de interdict. remed.5.adipiſc. poſſeſſ. à num.* 47. *& de arbitr. lib.2. caſu 17.num.3.& 4.*Valaſc.*conſult.* 164. *num.4.* alter Valaſc.*allegat.76.num.21.*Surd. *deciſ.27.num.5. cum ſequentibus,*Mendez *in praxi,lib.3.cap.22.n.15.* Cald. *de renovat.q.18 num.40.* Parlador. *lib.2. rerum quotidian.p.1.cap.fin. §.11. limit.4. n. 27. cum ſequentibus,* Rebuf. *tom.1 ad leges Galliæ,tit.de literis obligat. art. 1. gloſſ 9.n.7.*

Inſtrumentum non liquidum paratam non habet executionem,Cov.*lib.2.var.cap.11.à n.1.* Cur. Philip.*p.2.§.8.n.1.* cum aliis per Barboſ *in remiſſ. ad Ordinat.lib.3.tit. 25. in princip. num.9.* quibus adde Reynoſo *obſervat.45.num.11.*Et liquidatio eſt pars & præambula executionis, Gabr. Pereira *deciſ 34. num.* 2. Et executio facta non præcedente legitima liquidatione eſt nulla,Stephan.Gratian.*diſceptat. forenſ.cap.318.num.7. & cap. 333. num* 8. Et liquidatione facta debet ſequi condemnatio,idem Gratian. *cap.677.num.2.* Et an à liquidatione exceſſiva poſſit appellari? Vide eundem *cap.671.num.16. &* 17. Et debet pars citari ad liquidationem, quia requiritur cauſæ cognitio, ut per gloſſ.*in l.à D.Pio,§.in venditione,*verbo *benè eſt,ff.de re jud.*Chaſſan.*in conſuetud. Burgund.rub.11.§.6.* verbo *contre le principal,n.12. p.363.verſa,*Rebuf. *ad leges Galliæ, tom. 1. tract. de literis obligat. art.1. gloſſ. 9. num.7. cum ſequentibus,* Soar.*in l.poſt rem judicatam, notab.2. num.18. p.144.* Valdeſ.*ad eundem, in dicta l. poſt rem judicatam, §. quartò limita, p.125.* ubi plures citat. Item non admittitur replicatio & triplicatio in exceptionibus liquidationis,ut refert judicatum Phœb.*deciſ.159 & arreſto 9. p. 2.* Adverte etiam quod impedimenta fundata in tranſactione non impediunt iſtam liquidationem, nec ſententia lata ſuper liquidatione ſuſpenditur per appellationem, idem Phœb. *ubi proximè,n.5.cum ſequentibus,*Mendez *in praxi, lib.3. c.21. n.6.*quamvis contrarium,quod poſſit appellari tueatur Gratian *cap 544.n.26.*& vide Phœb.*d.deciſ.159. n.5. cum ſequentibus.*

Inſtrumentum an ſit totum edendum, aut pars ſufficiat? Vide Boër.*deciſ.253.*

Inſtrumentum producens videtur approbare tabellionem qui illud fecit, Menoch.*de præſumpt l.2. q.45.*Maſcard. *de probat. concl.1235. n.16.* Boër. *deciſ.252.n.4.*Azeved.*l.1. tit. 5. n.81. cum ſequentibus; lib.4.novæ recopilat* Et videtur fateri contenta in eo, Maſcard.*concl.368.n.9. & concl. 915.* Menoch. *dicta q.45.& conſ.332.n.23.*Burg.*conſ.3.num.93.* Surd. *deciſ.199.n.6.& deciſ.229.n.6. & deciſ. 267. & deciſ. 288. n.54.* Marant, *de ord. judic.p.6.act.10. num.53.* Azeved.*ad l.3.tit.5.n.14. cum ſeq. lib.4. novæ recopilat.* Secus eſt in verbis incidentibus & enunciativis, Menoch.*conſ.342. n.10. cum ſeq.*

Inſtrumentum, ſeu chirographum ſi reperitur cancellatum penes debitorem, ſolutio debiti præſumitur facta,Gregor.*l.11.tit.1.p.3.* verbo *otroſi decimos,& l.9.tit.14.p.5.*Næv.*in l.inductum 22.Cod.de ſolut n.2* Menoch.*de præſumpt.l.3.præſumpt.141.* Maſcard.*de probat.concl.256.num.10. & concl.476.* Surd: *conſ.16.n.4.*Stephan Gratian.*diſceptat. forenſ. c.593. n.15.cum ſequentibus,*Cur.Philip.*tom.2.l.2.c.8. n.31.* Et inſtrumentum laceranti juratur in litem, Maſcard.*de probat.concl.909.n.5.& concl.959.*Ubi etiam quod poteſt pœnâ falſi puniri, ſi fiat animo veritatem occultandi,ſecus ſi ex iracundia.

Inſtrumentum productum ex archivo publico habet plenum robur veritatis, etiamſi non habeat ſubſcriptionem,ut probatur *in c.pervenit 30. q.1. & in Auth.de his qui ingredi ad appellat.§ illud.collat.5. Auth.ad hoc,Cod.de fide inſtrum.cap.tam ex literis de in integrum reſtitut.l.cenſus,ff.de probat.l.fin. Cod. de arbitr.tutel.*Boër.*dec.105.n.11.cum ſequentibus,* Maſcard *de probat.concl.711.n.61.*faciunt quæ Menoch. *de præſumpt.lib.2.q.51. n.54.* Valaſc. *de jure emphyt. quæſt.9.n.26* Cald.*de empt cap.35.num.24. & 25.* Et verba regiſtri & archivi publici, vulgò *Cartorio,* faciunt plenam fidem,ut *in cap. Ad audientiam,de præſcription.*& ex text.*in c.licèt cauſam, de probat.* & ibi gloſ.& Doct per quem ita tradit Hyppolit.*in rub.de probat.192.*Cuman.*conſ.158. col.1. & 2.* & non requiruntur plenæ & perfectæ probationes, ſed ſufficiunt ſemiplenæ, præſumptivæ & conjecturales,per

text. *in dicto cap. licèt causa*, & ibi Bald. *col.* 3. Felin. *in cap. de quarta, n.* 27. *de præsumpt.* Jas. *in l. ex literis, limit.* 4. *Cod. de testam. milit.* Et tradunt plures relati per Valasc. *dicta q.* 9. *n* 21 Et de registro, ubi descripta sunt bona Regiæ coronæ, vide Mascard. *de probat. concl.* 768. *num.* 10. faciunt quæ Valasc. *d. q.* 9. *n.* 26. ubi quod per libros antiquos probantur limites, seu confines antiqui Diœcesum, seu aliarum terrarum, quamvis illi libri sub custodia publica positi non reperiantur. Plura alia de instrumentis vide per Barbos. *in Remiss. ad Ordinat. lib.* 3. *tit.* 2. *in rub. à num.* 1. *& in princip. num.* 1. *cum sequentibus.*

Verbo INTERDICTUM, INTERDICTUS.

INTERDICTI Ecclesiastici plura vide apud Sayr. *de censur. lib.* 5. *cap.* 1. *cum sequentibus*, Monet *de distribut. quotid. p.* 2. *q.* 16. Bonacin. *de interdicto, disp.* 5. Filliuc. *tom.* 1. *moral. quæst. tract.* 18

Interdictum est censura Ecclesiastica, quâ homo à perceptione quorundam Sacramentorum, & à divinis officiis, & ab Ecclesiastica sepultura separatur. Soar. *de censur. disp.* 32. *sect.* 1. *num* 3. Dividitur in locale & personale, generale & speciale: idem Soar. *d disp.* 32. *sect.* 1. *à n.* 1. *& à n.* 4

Interdicti tempore ministrari potest Baptismus, *cap. Alma mater, de sentent. excom. lib. sexto*, Soar. *de censur. disput.* 33 *sect.* 1. *à n.* 2. ubi *num.* 7. *&* 8. idem asserit de confirmatione & chrismate, *& num.* 13. de Sacramento pœnitentiæ, & *n.* 21. de Eucharistia per modum Viatici, & *à n.* 38. quod prohibetur Extrema Unctio, atque Ecclesiastica sepultura, *per cap. quod in te, de pœnit. & remiss. & n.* 44. *cum seq.* quod prohibetur Ordo: & *n.* 46. *cum sequentibus*, quod prohibentur benedictiones nuptiales & matrimonium, non verò sponsalia de fururo.

Interdicti tempore, & cessationis à divinis sacramentum pœnitentiæ conferri potest tam sanis, quàm infirmis, ex Sayr. *d. lib* 5. *cap.* 19. *n.* 8.

Interdictum Missam aut aliud Officium divinum prohibet sub mortali, Sayr. *dicto lib.* 5. *cap.* 14. *n.* 5. ubi *n.* 7 *&* 8. asserit quod violantes interdictum incurrunt pœnas spoliationis ab omnibus beneficiis, & depositionis perpetuæ, & *n* 12. per text. *in cap. ult. de excessibus Prælatorum*, resolvit quod suspensio non est ipso jure, sed per sententiam

Interdictum non prohibet adorationem Crucis in die sancta Veneris sine publicis precibus, Suar. *de censur. disp.* 34 *sect.* 3. *n.* 8. ubi *disp.* 35. quod privat Ecclesiastica sepultura personas non privilegiatas, & *sect.* 4. agit de interdicto ab ingressu Ecclesiæ, & de ejus effectibus.

Interdicti tempore licitum est celebrare Officia vina solemniter in quatuor festivitatibus privilegiatis, *cap. Alma mater* 24. ubi Barbos *n.* 17. *de sentent. excom. lib. sexto*, Sayr. *d. lib.* 5. *cap.* 13. *à n.* 1. *junctio n.* 8 Monet. *dicta quæst.* 16. *n.* 38. Bonacina *dicta disput.* 5. *puncto* 4. *proposit.* 2. *n.* 14.

Interdicti tempore festivitates Nativitatis, Paschæ, & Pentecostes incipiunt manè in Missa vigiliæ, & Missa Vigiliæ potest cantari januis apertis, præcipuè incipiendo à Gloria, Suar. *dicta disp.* 34. *sect.* 1. *num.* 40. *& sect* 3 *num.* 19. Avil. *de censur p.* 5. *disp.* 4. *sect.* 2. *dub.* 10. Villalob. *p.* 1. *tract.* 19. *difficult.* 7 *de interdictis n.* 6. Sayr. *d. cap.* 13. *n.* 7. Monet. *d. quæst.* 16. *num.* 43. Incipiunt quatuor festivitates privilegiatæ à primis vesperis vigiliæ usque ad completorium ipsius solemnitatis, ex Sayr. *d. cap.* 13. *n.* 8. *&* 9. Monet *d. quæst.* 16. *num.* 42. Mar. Alter. *de censur. proposit.* 2. *num.* 16. *& puncto* 3. *in tertia proposit. n.* 9. Soar, *dicta disput* 34. *sect.* 3. *num.* 20. *cum sequentibus. usque ad num.* 24. Barbos. *in dicto cap. Alma mater, num.* 18. ubi resolvit dictas quatuor festivitates intelligi de primis diebus tantùm, non de duobus, vel tribus sequentibus: sequitur Suar *dicta disputatione* 34. *sect.* 1. *n.* 38. Licet etiam celebrare divina officia in festivitatibus corporis Christi, & Conceptionis Virginis Mariæ, & per totas earum octavas, ex citatis per Barbos. *in d. cap. Alma mater, n.* 17.

Interdicti de fonte plura tractant Jurisconsulti *in l. unic. ff. de fonte*, & post gloss. & Bald ibi Cepol. *de servit. cap.* 7. Corras. *in rub. & in §. haustus aquæ ff. de servitutibus, à n.* 126 & meliùs Menoch. *de interdict. remed.* 8. *retin. possess. à n* 1. Et est simile interdicto de aqua quotidiana & æstiva, de quo *in tit. ff. de aqua quotid. & æstiva*, & per Cepol. *de servit. rustic. prædior. cap.* 4. Corras. *in d. rub. §. aquæductus, à n.* 120. Menoch. *de arbitr. casu* 160. *& remed.* 6. *retin. possess. à n.* 1. Paris. *cons.* 113. *vol.* 1. Et disposita in uno interdicto disponuntur in alio, juxta text. *in l.* 1. *§. hoc autem, ver. eadem, ff. de fonte*, & gloss. ibi, verbo *attinent*, communiter recepta, asserit quod qui intentat hoc interdictum, eadem debet probare quæ in superioribus interdictis, scilicet quod usus est, putans se jure uti, de quo etiam Mascard. *de probat. concl.* 214. *n.* 1. Steph. Gratian. *discept. forens.* 559. *n.* 12. *cum sequentibus & c.* 681. *num.* 33. Cald. *controvers. forens. lib.* 1. *q* 5. *n.* 6. *cum sequentibus, & lib.* 2. *q.* 2. *n.* 28. Cepol. *d. cap. n.* 9. Ubi docet quod hoc interdictum possessorium competit quando quis jus habet aquæ ducendæ, & idem resolvit Menoch. *d remed. n.* 9. *in fin.* Et necessarium est probari, quod usus est jure suo, credens se habere jus utendi, vel hauriendi, juxta text. *in l.* 1. *§.* 2. *ff. de itinere, actuque privato, l* 1. *§. Aristo, ff. de aqua quotid. & æstiva*, Bart. *in l.* 1. *§. hoc interdicto, n.* 7 *ff. eod. tit. de itinere actuque privato*, & vide plura per Gratian. *dicto cap.* 681. ubi *n.* 12 *cum sequentibus*, agit de scientia & patientia domini, & probatio debet fieri ab eo qui prætendit servitutem, idem Gratian. 752. *n.* 82. Et media quibus hæc debent probari, vide per text. *in l.* 1. *§. sed etsi jure, ff. de aqua quotid. & æstiva*, Bart. *in dicto §. hoc interdicto, n.* 9. *in vers. ego puto*, Cepol. *de servit. cap* 1. *n.* 27. Menoch. *ubi supra, n.* 17. *cum seq. & remed.* 5. *retin. possess. per totum.* Et circa ista temporalia vide Barbos. *in cap. querelam* 24. *de elect. n.* 9. *cum seqq.* Ubi quod incorporalium jurium quasi possessio nequiritur per unicum actum.

Interdictum *unde vi*, competit habenti possessionem per clausulam constituti & reservationem usufructus, & per alios modos possessionis civilissimæ, & fictæ. Tiraquel. *tract. le mort. p.* 6. *declarat.* 4. *num.* 5. *& de jure constit. p.* 1. *num.* 69. *& p.* 2 *ampliat.* 11. Valasc. *consult.* 126. *num.* 11. & pro possessione civili est text. *in l.* 1. *§. dejiciur ff. de vi, & vi arm.* & de civilissima probat Ordinat. *lib* 4. *tit.* 95. *in princip.* ibi, *ella se pode chamar esbulhada.* Et spoliatus possessione ficta, an possit intentare interdictum retinendæ, vel adipiscendæ possessionis? Vide Tiraquel. *dicta p.* 6. *declarat.* 1. *&* 2. & pro possessione civilissima non datur remedium recuperandæ possessionis: idem Tiraquel. *dicta p.* 6 *declarat.* 4. Menoch. *de interdict. remed.* 1. *recuper. possess. n.* 93. *cum sequentibus*, Anton. Gabr. *commun. lib.* 5. *de acquir. possess. concl.* 7 Guter. *lib.* 2. *pract q.* 87. *n.* 7. Valasc. *ubi proximè.* Bernard. Græv. *in pract. Cam. Imper. lib.* 2. *conclus.* 129. *num.* 29. Et possessio translata per clausulam constituti, est vera possessio, & non ficta, Menoch. *cons.* 138. *num.* 24. Guter. *dicta q.* 87. *n.* 8. Tiraquel *de jure constit. p.* 2. *ampliat.* 1 *n.* 2. *& dicta ampliat.* 11. Ubi agit de hac clausula, & reservatione usufructus.

Interdictum, *unde vi*, an detur colono contra dominum? Vide Valasc. *consult.* 111. *n.* 20. ubi quod remedia

remedia possessoria puris detentatoribus non datur, sed officium judicis ex æquitate. An hoc interdictum competat adversùs colonum inquilinum, procuratorem, & reliquos qui alieno nomine possident, & an si conveniantur remedio possessorio, possint nominare dominum? Vide Reynos. *observat.* 18.

Interdictum, *unde vi*, datur hæredi quando defunctus in vita fuit spoliatus, *l.* 1. §. *hoc interdictum, ad finem, ff. de vi, & vi arm.* Tiraquel. *le mort, p.* 6. *declarat.* 4. *n.* 8. & 9. Menoch. *de interdict. remed.* 1. *recuper. possess. num* 410. Rota Bonon. *decis.* 12. *n.* 1. *cum seqq.* Et datur hæredi pro quasi possessione, quando defunctus fuit in quasi possessione, Garc. *de benefic. p.* 5, *cap.* 5. *n.* 33, *cum sequentibus.*

Interdicto retinendæ possessionis plena requiritur probatio, sed unica tantùm dilatio, *Clem. sæpè, de verbor. significat.* Cov. *var. cap.* 17 *n.* 4. Menoch. *remed.* 15. *recuper. possess. num.* 408.

Interdictum recuperandæ possessionis resolvitur per causam summariam, cùm nullus adest contradictor, *l. momentanea, Cod. unde vi*, Menoch. *remed.* 4. *adipisc. possess. num* 468. *cum sequentibus.*

Interdictum recuperandæ possessionis non potest intentari, nisi ab eo qui probat possessionem & dejectionem, *cap. consultationibus.* ubi gloss. verbo *possessionem, de offic. delegati, cap. olim. de restit. spoliat. l.* 1. §. *dejecisse, & §. interdum, ff. de vi, & vi arm.* Cov. *in reg. possessor, p.* 2. §. 1. *n.* 4. Menoch. *remed.* 15. *recuper. possess. num.* 391. *cum seq.*

Interdictum restitutorium competit pro mensuris, vel redditibus subtractis, ex text. *in cap. querelam, de elect.* Gom. *ad l.* 45. *Tauri, num.* 172. Menoch. *remed.* 1. *recuper. possess. quæst.* 8. *remed.* 3. *retin. num.* 139. Gail. *lib.* 2. *pract. observat. cap.* 75. *num.* 1. Guter *cons.* 41. *n.* 2. & pro annua præstatione, Bernard græv. *in pract. Cam. Imper. lib.* 2. *concl.* 10. *consideran.* 3 Et possessio consistit in receptione pensionum, *cap. cùm venissent, de restit. spoliator.* ubi Abb. *num.* 11. Felin. *in cap. cùm Bertoldus, num.* 23. *de re jud* Valasc. *de jure emphyt. quæst.* 9. *n.* 13. Barbos. *in l. si alienam, num.* 81. *ad finem, ff soluto matrim.* Et vis infertur quando possessor petit pensiones, & colonus recusat solvere. Innocent. *in dicto cap. querelam, num.* 3. guid. *decis.* 629. *num.* 2. *vers. ergo patet, & num.* 4. *v rs. usque ad denegationem*, Angel. *in l. licitatio, §. quod illicitè, num* 4. *ff. de publican.* Bertrand. *cons.* 743. *num.* 2. Afflict. *ad constitut. Regni Siciliæ, lib.* 3. *rub.* 31. §. *ult. in fine*, Mascard. *de probat. concl.* 1329. *num.* 12.

Verbo INTERESSE.

INTERESSE lucri cessantis quo pacto peti debeat? Vide Afflict. *decis.* 20. *n.* 2. Tiraq *de retr. lign.* §. 1. *gl.* 1. *n.* 71. Menoch. *de arbitr. lib.* 2. *casu* 119. *n.* 2. Mascard. *de prob. concl* 472. *n.* 8. *cum seqq. & concl.* 933. *n.* 17. Gam *decis.* 110. *n.* 3. *& decis.* 156. *n.* 1. *& decis.* 218. *num.* 7. *cum seqq.* Guter. *de juram. confirmat. p.* 1. *cap.* 2. *num.* 4. Gemin. *de usur. commento* 1. §. 6. *num.* 117. Put. *p.* 1. *decis.* 237. Perez *lib.* 8. *Ordinam. pag.* 22. Barbos. *in l.* 2. *in princ. p.* 1. *num.* 47. *cum seqq. & in l. de divisione, num* 28. *ff soluto matrim.* Valasc. *consult.* 107. *num.* 5. *& num.* 50 *& 52. cum seqq.* Bernard. græv, *in pract. Cam. Imper. lib.* 2. *concluf.* 6. *num.* 5. *cum sequentibus* ubi quid in divitibus, qui non sunt mercatores, sed solent emere prædia, vel annuos redditus, de quo etiam Stephan. Gratian. *disceptat. forens. cap.* 79. *num.* 2. Et quo pacto debeat haberi ratio lucri? vide Cald. *d. c.* 29. *num.* 54. Farin. *decis.* 244. *Rotæ Rom. num.* 6. Et quando fuit petita pecunia à debitore. qui fuit in mora, debetur interesse, Farin. *d. decis.* 244. *num.* 13. *&* 14. Cur. Philip. *tom.* 2. *lib.* 2. *cap.* 2. *num.* 11. *&* 12. Et an interesse lucri cessantis possit in pactum deduci? Vide Aloys. Ricc. *in collect. decis. p.* 5. *collect.* 1956. Et recipiens debitum principale videtur remisisse interesse & pœnam, Menoch. *cons.* 355. *num.* 13. Cur. philip. *d. cap.* 2. *num.* 6. Et hujusmodi interesse peti non potest post sententiam, Gam. *decis.* 191. Valasc. *dicta consult.* 107. *num.* 13. Græv. *ubi suprà, num. ult.* Et de interesse, *a resao de juro*, agit Gabr. Pereira *decis.* 84. *ad finem.* Et de interesse lucri cessantis, ac damni emergentis, vide Cur. Philip. *d. lib.* 2. *cap.* 1. Et qui debet interesse an possit pro eo incarcerari? Vide Farin. *d. p.* 1. *tit.* 3. *q.* 26. *num.* 32. Et de debitore paupere, qui propter impotentiam non solvit, quod ab alio non possit ab eo peti interesse lucri cessantis, resolvit Cur. Philippica *d. cap.* 2. *num.* 14. Et si in clausula, & singulis, vel omni meliori modo, tenetur judex judicare super accessoriis, idest super fructibus & interesse, etiamsi petitum non fuerit, Græv. *d. tract. lib.* 1. *concluf.* 61 *considerat.* 3. *num.* 4. *E nao se pode levar interesses de interesse.* Phœb *decis.* 201. *& arresto* 71. *p.* 2. Gabr. Pereira *decis.* 97. *n. ult.*

Interesse lucri cessantis quo pacto sit probandum? Vide Cald. *de empt. cap.* 23. *n.* 20. *& n.* 58. Steph. Grat. *disceptforens. cap.* 67. *n.* 10. *cum seq. & cap.* 240. *n.* 5. *& c.* 302. *n.* 9. Phœb *arresto* 37. *p.* 2. Farin. *p.* 4. *dec.* 5. *n.* 4. & *ibi additio, & dec.* 774. *n.* 2 *in nov.* ubi *dec.* 125. *n.* 2. quod lucra non sunt uniformia, & variantur.

Interesse lucri cessantis quomodo debet articulari? Vide Perez *tit.* 2. *lib.* 8. *Ordinam. pag.* 2. *in fine, cum seq.* Burg. *cons.* 49. *n.* 6. Guter. *de juram. confirm p.* 1. *cap.* 2. *num.* 4. Stephan. Gratian *disceptforens. c.* 700 *n.* 58. Beja *resp. casuum conscient. p.* 3. *casu* 29. Et deberi à die moræ, resolvit Rota Genuens. *decis.* 30. *num.* 7. *& decis.* 61. *num.* 9. *& decis.* 139 *num.* 7. Bernard. græv. *in pract. Cam. Imper. lib.* 2. *concl.* 6. Et interesse lucri cessantis consideratur in homine solito negotiari, & ita debet articulari quod erat solitus negotiari, Gabr. Pereira *decis.* 97. *n* 8. Reynoso *observat.* 9. *num* 8 ubi per totam observat. disputat, an obligatus ad solutionem damni, teneatur ad solutionem lucri cessantis? Et articulari debet quod homines ejusdem artis communiter ita solent lucrari. Rota Genuen. *d. decis* 139. *& decis.* 206. Mascard. *de probat. concl.* 933. *num.* 19. Et non debetur interesse lucri cessantis illi, qui non est solitus negotiari, Surd. *de alim. tit.* 1. *q.* 45. *num.* 39. Et valet pactum appositum in contractu Societatis quod circa lucrum stetur juramento Socii, Farin. *p.* 4. *decis.* 91. & ibi addit Phœb. *arresto* 51. *tom.* 1. Et debet fieri taxatio ad minus lucrum, Steph Gratian. *forens. cap.* 688. *num.* 33. Et in taxatione interesse habenda est ratio laborum, ac expensarum, Rota Genuæ *decis.* 150. Et taxari debet secundùm lucrum quod creditor fecisset, Rota Genuæ *decis.* 194. Et judex ex officio accepta informatione potest taxare interesse ad sex vel septem pro centum.

Interesse lucri cessantis debetur illi, qui consuevit pecuniam suam dare mercatoribus ad honestum lucrum, vel emere prædia, ut ex redditibus illorum alatur, Surd. *decis.* 2. *n.* 30. *& de alim. tit.* 1 *quæst* 45. *n.* 30. Barbos. *in l.* 2. *in princip. ff. soluto matrim. p.* 1. *n.* 51. Bernard. græv. *in pract. Cam. Imper. lib.* 2. *concl.* 6. *n.* 5. Stephan. Gratian. *disceptforens. cap.* 579. *n.* 2. Cur. Philip. *tom.* 2. *lib.* 2. *cap.* 2. *dos interesses, num.* 15. Et in hoc interesse sufficit quod probatio concludat per communiter accidentia, ex Bart. & Bald. *in l. unica Cod. de sentent.* quæ pro eo quod interest, & aliis quos refert Surd. *ubi suprà, d. quæst.* 45. *num.* 44. Et sufficit etiam probatio, quod mercatores ejusdem artis ita communiter solent lucrari, ut tradunt Rota Genuens. *decis.* 139. *&* 206. Alexand. *cons.* 190. *in fine, lib.* 2. *&*

*cons.*141.*in princip.*l.5.Mascard. *de probat.concl.* 933. *num.* 19.Gemin.*de usur.comment.*1.§.6.*n.*117.Barbos. *ubi proximè*,*n.*50 ubi *n.*48. resolvit sufficere probationem de verisimilitudine.Et consuetudo circa istud interesse est attendenda,quod solitum est dari in illa regione juxta lucrum mercatorum,Gratian.*cap.*141. *num.*27.*cum sequentibus.*

Interesse lucri cessantis non solùm debetur usque ad sententiam , *l.*2.*Cod. de usur.rei jud.*sed etiam usque ad executionem completam, *l. in fideicommissi*,*in princip.ff.de usur.* Roderic.Soar. *in l.post. rem judicatam*,*super declarat. legum Regni*, *quæst.* 8.*pag.* 362. Et nunquam excedere potest sortem principalem,Gam. *decis.*218.*num.*8.

Interesse in liquidationibus debet procedi summariè, Bart. *in l si fidejussor*, §.*quædam*,*num.*2 *ff.mandati* , Stracch. *de mercat.tit.quomodo in causis mercat. procedend. sit* , Valasc. *de jure emphyt. quæstione* 15. *num* 14.

Interesse justum pecuniæ ut possint habere mercatores,debent probare quod sint negotiantes,& hoc probato possunt petere interesse pecuniæ, dum sibi non solvitur , quod appellatur lucri cessantis,de quo & ultra quid aliud debeant probare, vide Phœb. *arresto* 37.*p.*2. Gemin. *ubi proximè*, Put. *p.*1.*decis.* 237. Mascard.*de probat.concl.*472.*num.* 8. *cum sequentibus*, *& concl.*933.*n.*17.Menoch. *de arbitr.casu* 119.*num.*2. Surd.*decis.*259.*n* 9.Gam.*decis.* 156. *n.*1. Et lucri cessantis , ac damni emergentis ratione potest aliquid peti ultra sortem,Gam.*dec.*110.*n.*3.*&* *dec.*228.7. *cum seq.Juncto num* 10.*&* 11.Guter.*de juram.confirm p.*1. *cap.*2.*n.*4.Barb.*in l.*2.*in princip.p.* 1.*num.*47.*cum seqq. ff.soluto matrimonio.* Et de interesse ratione damni emergentis,vide Menoch.*cons.*118.*n.*28.Sayr. *clavis Regiæ lib.*10.*tract.*4.*cap.*1.*n.*10.Azor.*instit.moral.p.*3. *lib.*5.*cap.*4.Guter.*d.cap.*3.*n.*3.*&* 7.Gemin. *dicto.*§.6. *num.*102.Beja *responsor.casuum conscient*,*p.*3.*casu* 29. Steph.Grat. *disceptat.forens. cap.*67.*n.*16.*&* *cap.*240. Ordinat.*lib.*4.*tit.*70.§.1.Et debetur in utroque foro, Surd. *de alim.tit.*1.*quæst.* 54.*n.*28.Barbos. *in l.*2. *ff.soluto matrim.p.*1.*in princip.num.*47. Et ubi lucrum est radicatum,de eo judicatur quod de damno , Surd.*de alim.tit.*9.*quæst.*39.*num.*13.*&* *decis.* 262. *num.* 1. qui *d.q.*45.*n.*30.agit de lucro cessante quando potuisset dari pecunia mercatoribus ad honestum lucrum,si id consueverat,vel emere prædia : & quod non debeatur interesse lucri cessantis illi , qui non est solitus negotiari, *ibidem n.*39. Et recipiens debitum principale videtur remisisse interesse,ac pœnam , Menoch. *cons.*155.*n.* 13. Et ejusmodi interesse peti non potest post sententiam,Gam.*decis.*191.

Interesse cessante non auditur agens,vel excipiens, ex citatis per Barbos. *de principiis*, *& locis commun. utriusque juris*,*lit. l*,*num.* 29. Quibus adde Seraphin. *de privileg.juram.privileg.*31.*n.*3.

Verbo INVENTARIUM.

INVENTARIUM habet tantam virtutem, quantam herba Betonica, Pinel. *in leg.* 1. *Cod. de bonis maternis*,*p.*3.*num.*81.

Inventarium bonorum personæ sæcularis,quæ reliquit duos filios , unum scilicet clericum diaconum, minorem tamen 25. annorum , & alium majorem , non potest confici per judicem orphanorum , quia minori clerico non potest dari tutor, nisi à judice Ecclesiastico , Bart. *in l.* 1. *num.* 5.*ff. de tutor. datis ab his* , & bona sequuntur conditionem hæredis , ideo inventarium conficiendum est in suo foro , Guido Papæ *quæst.*261.Barbos. *in l. si constante*, §. *fin. num.* 29. *ad finem*, *ff. soluto matrim.* & vide Gabr. Pereira *de manu Regia*, *cap.*16.*num.* 22.*cum sequentibus*, ubi alia plura adducit.

Inventarium facere an cogatur ille qui possidet bona,si ab alio conveniatur tanquam filius, & hæres defuncti de cujus hæreditate agitur , si non possessor hæreditatis negat illum esse filium & hæredem,& super hoc lis pendeat?Videtur quod non,quia interest cujuscunque ne suum patrimonium perdatur, *l.*2.*ff. de alim.pupil.præst.l.*2.*C.quando & quibus quarta pars*, *lib.*10.& faciunt tradita per Bald.*in l.unica*, *Cod. de prohibita sequestrat.pecuniæ*, Curt. *de sequestr.quæst.*1. *n.*16.*fol.*2.*verso*,ita expressè resolvit Pinel.*in l.*2.*C.de bonis maternis*,*p.*2.*n.*24. sed contrarium tradit Cald. *in l.si curatorem*,verbo *læsis*,*n.*137.*vers.ultra.*

Inventarii confectio potest remitti in præjudicium, legatariorum, & non creditorum.Steph.Grat. *disceptat.forens.cap.*59.*n.*11.*cum seq.& cap.*711.*num.*38.*cum seqq.*ubi *num.*44.de usufructuario.

Inventarium debet fieri in præsentia notarii.Vincent de Franch,*decis.*206.*n.*1.

Inventarii plura,& contra patrem non conficientem, vide per Valasc.*de partit.cap.*8.

Inventarium non facere,vel non ritè facere,paria sunt, Valasc *d.cap.* 8.*num.*44. Surd. *decis.*222.*n.* 13. *cum sequentibus*.Et non arguitur dolus,si aliqua bona quis omisit scribere ad commodum pupillorum , si illa annotaverit in libro rationum , Gratian. *forens. c.*28. *num.*5. ubi *num.* 8. tradit quod non conficiens inventarium dicitur in dolo præsumpto,de quo etiam Phœb.*decis.*88.*n.*9.*cum sequentibus*,*tom.*1. Et non incidit quis in pœnam,si non describantur nomina debitorum , quando in hæreditate non inveniuntur instrumenta de illis , Bart. *in l. tutor qui repertorium*, *n.* 10.*in fine*,*vers.secundò concludo*, *ff. de administrat. tutor.*& est receptum , ut per Surd.*dicta decis.*222.*n.*8. Valasc. *dicto cap.*8.*n.* 11. Et rusticus non excusatur à confectione inventarii , Menoch. *de arbitr.casu* 194. *n.* 67. Et minor restituitur adversùs non confectionem inventarii , Cald. *in l.si curatorem* , verbo *læsis*, *num.*52. *cum sequentibus*, *Cod. de in integrum restitut min.* Garc. *de nobilit.gloss* 6.§.2: *num.* 24. Surd. *dicta decis.*222.*num.*12.ubi *num.* 13. quando hæres aliqua omisit, vel posuit quæ non erant ponenda , per errorem , vel per ignorantiam. Et mulier ac rusticus non excusantur , si non fecerunt inventarium infra statutum tempus Flamin. *de resignat. tom.* 2.*lib.* 11. *quæst.*3.*num.*72.quod tempus est bimestre expressum in Ordinat. *lib.* 1.*tit.*87.§. 8. Et impedito conficere inventarium non currit tempus statutum à jure,Flamin.*dicto l.b.*11.*quæst.*13.*num.*10.

Inventarium eximit hæredem,ne conveniatur ultra vires hæreditarias. Stephan. Gratian.*disceptat.forens.cap.*660.*num.*26.

Inventarium valet etiamsi omnes res non sint descriptæ, Peregrin. *de jure fisci*,*pag.*102.*n.*15.

Verbo IRREGULARIS, IRREGULARITAS.

IRREGULARITAS est inhabilitas,seu impedimentum Canonicum ex se directè ac primariò impediens receptionem Ordinum Ecclesiasticorum, & consequenter etiam usum eorum,Soar. *de censur. disp.*40.*sect.*1.*num.*2.Monet. *de distribut. quotid.p.*2. *quæst.*17 *n.*15.Avil.*de censur.p.*7.*disp.*2.*dubit.* 6.Sayr. *clavis Regiæ lib.*6.*cap.*1.*num.*16.Vivald.*in candelabro p.*3.*tit.de irregularit.n.*8.

Irregularitas & depositio non est censura Ecclesiastica, *c.quærenti* 20. ubi Barbos. *in addit.pag.*174.*cum seq.de verbor.significat.* Fr. Emman. Roderic. *tom.*1. *quæst.Regular.quæst.*62.*art.*12.Sayr.*d.cap.*1.*à num.*10.

Sà verbo *irregularitas*, *num.* 2. ubi ait, quod non est censura, sed pœna quædam, seu inhabilitas.

Irregularitas non includitur sub absolutione à censuris, delegata in Bullis indulgentiarum, & jubilæi, Fr Emman. Roderic. *in sum. cap. 29. num. 5. p. 1.* Sayr. *de censur. lib. 6. cap. 2. num. 33. & lib. 7. cap. 14. à n. 1.* Nav. *in man. cap. 27. num. 194. & num. 249.* Garc. *de benefic. p. 7. c. 11. à n. 57.* Farin. *de delict. p. 7. in fragm lit. C. n. 416.* Ricc. *in praxi, decis. 534.* Et non potest tolli per Bullam Cruciatæ, Roderic. *ad Bullam, § 9. n. 63.* Guter. *canon. lib. 1. c. 3.* Soar. *de censur. tom. 5. disp. 1. sect. 3. n. 5. & tom. 4. de Relig. lib. 9. cap. 2. n. 42.*

Irregularitas nulla est mentalis, quia non contrahitur absque opere, *cap. ult. 15. quæst. 1.* Gloss. *in cap. si aliquis, de homicidio,* Flor. *var. lib. 1. quæst. 9. num. 4.* Soar *de censur. disp. 44. sect. 2.* Graff. *lib. 2. decis. cap. 62. n. 5.* Sayr. *in clavi Regia, lib. 6. cap. 2 n. 17* Henriq. *in sum. lib. 14. cap. 3. n. 2.* Farin. *de delict. p. 5. q. 124. n. 56.*

Irregularitas non incurritur, nisi in casibus jure expressis, *cap. is qui 18. de sentent. excommunicat. lib. 6.* Sayr. *de censur. lib. 6. cap. 2. num. 14. & 27.*

Irregularitas ex delicto ut incurratur, requiritur culpa mortalis, quia est pœna gravis, Suar. *de censur. tom. 5. disp. 12. sect. 2. num. 13. & disp. 40. de irregularit. sect. 3 n. 19. cum duobus seqq.* Bonac. *de irregular. disp. 7. quæst. 1. puncto 3. propos. 1. num. 1.* ubi *n. 4.* quod non incurritur interveniente ignorantia probabili. Unde qui dubitat de facto, propter quod irregularitas incurritur, partem tutiorem eligere tenetur, & se irregulare in dubio existimare debet, & consequenter à celebratione abstinere, Barbos. *in c. illud 5. de clerico excom. ministrant. num. 7* ubi *num. 6.* quod in dubiis tutior via est eligenda. Deinde bona fides ac justa credulitas excusat à pœna irregularitatis, Flor. *var. quæst. 24. ad finem.* Et si clericus excommunicatus post appellationem credat bona fide suam appellationem tenere, & ea fiducia ductus celebret, non efficitur irregularis, licèt postea apparuerit, & judicatum fuerit appellationem non fuisse legitimam, Gloss. verbo *in officiis, in cap. solet 2. de sentent. excom. lib. 6.* ubi Barbos. *num. 11.* aliquos citat.

Irregularitatem non contrahit exercens Ordinem sacrum sine manipulo, quamobrem cantans epistolam sine solemnita, vel Evangelium sine stola, non fit irregularis, eo quòd non dicatur canere solemniter ex Ordine ex officio, sed tantum dicatur uti officio cantoris, Bonacina *disp. 7. de irregular. q. 3. puncto 6. propos. 2. num. 2.* qui *num. 1.* asserit, quod clericus qui ministrat in Ordine sacro, quem non habet, incurrit irregularitatem, modò scienter, & seriò atque ex officio ministret, & *num. 7.* probat quod clericus fit irregularis, referendo in choro munus hebdomadarii proprium Sacerdotis, cum ipse nondum sit Sacerdos, nisi fortè hoc bona fide faciat, tunc enim non dicitur se temerè immiscere Ordini, quem non habet, ubi citat text. *in c. 2. de clerico non ordin. minist.* & Ugolin. *de irregularit. cap. 37. n. 8.*

Irregularitatem incurrit ligatus majori excommunicatione recipiendo scienter, vel cum ignorantia crassa, seu affecta Ordines Sacros, *c. cum illorum 22. de sentent. excom.* ubi Barbosa *num. 2.* Bonacina *d. quæst. 3. puncto 4. propos. 1. n. 1.* ubi ad hoc notabile citat Nav. Sylv. Avil. Sayr. Alter. Henriq. Reginald, Tolet. Roderic. & Valent. contra Filliuc. Soar. Coninch. & Barbos, *de potest. Episcopi, p. 2. alleg. 47. n. 2.* & alios asserentes non incurrere irregularitatem, sed remanere suspensum ab usu Ordinis suscepti cum excommunicatione

Irregularis non est qui censura quacunque innodatus, Sacramentum aliquod, excepto Ordine recipit, etiamsi speciatim à susceptione Sacramentorum suspendatur, Sayr. *de censur. l. 7. c. 10. n. 13.* ubi *n. 14.* quod irregularis non est, qui vere censura ligatus non est, licet se irretitum existimet, & officia divina solemniter celebret, & *eodem lib. 7. cap. 14. num. 2.* asserit quod dispensario in irregularitate non est necessaria in foro pœnitentiæ, cum ab omnibus peccatis absolvi quis poterit, sine hoc quod tollatur irregularitas.

Irregularitatem incurrunt excommunicati ministrantes in aliquo Ordine, *cap. 1. & 2. de clerico excom. ministr.* Filliuc. *tom. 1. moral. quæst. tract. 12. de censur. in particulari, a num 99.*

Irregularis est excommunicatus, suspensus, vel interdictus Sacerdos, qui officiat in Ecclesia solemniter in matutinis, vesperis, vel aliis Horis, Sayr. *d. lib. 7. cap. 9. num. 8.* Ubi etiam asserit quod irregularis erit interdictus, qui sepelit solemniter cum officio in loco non interdicto & non sacro, & quod clericus scienter violans interdictum speciale loci, ministrans in Ordine sacro, nisi id fiat in casu permisso, ut si octavo die celebret ad renovandam Eucharistiam, fit irregularis, aut si in Ecclesia specialiter interdicta etiam die Paschæ celebret cùm speciale interdictum nullo festo suspendatur.

Irregularis est Ecclesiasticus violando interdictum Sayr. *de censur. lib. . cap. 17. n. 9.* Soar. *eod. tract. disp. 33. sect. 3. a num. 1. &. disp. 34 sect. 4* qui secus asserunt in cessatione à divinis, de quo etiam Bonacina *disp. 6. de cessatione a divinis, puncto 1. propos. 2 n. 4.*

Irregularis efficitur suspensus ab ingressu Ecclesiæ, cui etiam divinorum celebratio est interdicta, *c. p. is cui &c. de sentent. excom. lib. 6.* Flamin. *de resignat. lib. 6. quæst 6. n. 202.* ubi *n. 203.* quod regulare est, ut suspensus contra faciens in contemptum clavium, sit irregularis, & *n. 204* quod ille dicitur celebrare in contemptum clavium, qui sciens se esse excommunicatum dolosè celebrat, & *n. 207.* quod contemnere est voluntariè contradicere, & *num. 208.* quod ratione contemptus quid efficitur delictum & *n. 209.* quod scientia includit dolum, & vide Barbos. *in cap. ult. de clerico excom. ministr. 8.* ubi etiam refert, quod celebrare dicitur in contemptum clavium, qui sciens se excommunicatum celebrat, & quod contempus probatur ex conjecturis & indiciis, quando sciens, vel prudens repugnat prohibitioni Superioris.

Irregularis non est, qui in Ecclesia polluta celebrat, neque qui celebrat coram interdictis, vel excommunicatis denuntiat, cum ipse excommunicatus non sit, quamvis peccet mortaliter, *cap. is qui 18. de sentent. excom. lib. 6.* ubi Barbosa *n. 1. 2. & 3.*

Irregularis habet vocem in capitulo, quia potestas ferendi vocem in capitulo non refertur ad actus ordinis, sed jurisdictionis, quæ Canonico datur à jure per institutionem Canonicam, *c. dilectus 1. c. dilecto, & c. pro illorum, de prabendis.* Unde irregularis non privatur usu jurisdictionis, Ecclesiasticæ, sed sola Ordinis susceptione, vel usu. Sa verbo *irregularitas. n. 3* Avil. *de censur. p. 7. disp. 2. dub. 2. concl. 7.* Sayr. *de censur. lib. 7. cap. 6. n. 10.* cum citatis per Barbosam *de Canonicis, cap. 14. n. 159.* ub secus asserit si vocem habeat ratione sacri Ordinis. Et irregularis potest visitare, judicare, excommunicare suos subditos, *cap. 1. de ætate, & qualit.* Mar. Alter, *de censur. tom. 1. lib. 3. disput. 7. cap. 4. p. 336. col. 2. lit. E.* Et Episcopus suspensus, & nondum consecratus; licet impediatur exercere quæ pertinent ad Ordinem, quæ sunt tamen jurisdictionis benè potest exercere, *cap. transmissam, de elect. c. 1. de translat. Episcopi,* Mar. Alter. *dicto tom. 1 l. 5 disp. 12 c. 3. pag. 611. col. in principio, & disp. 17. c. 1. pag. 711. col. 1. lit. D,* & agendo de suspensione, *lib. 2. disp. 16. c. 3. pag. 667. col. 1. &* 2 Soar. *de censur. disp. 26. sect. 4. à n. 4. cum seq. pag. 689.*

Irregularitas quæ contrahitur ex quocunque casu, vel delicto, etiam enormi, post beneficium obtentum non privat beneficiarium beneficio ipso jure, sed est

privandus

privandus per ſententiam, Sayr. *de cenſur. lib. 6. cap. 2. n. 24.* cum aliis quos citat Garc. *de benefic. p 11. cap. 10. n. 47.* Et irregularis ante ſententiam privationis, non amittit beneficium, nec fructus, Garc. *d. cap. 10. n. 4. cum ſeq.* Et caſu quo veniat privandus per ſententiam beneficio ad cujus titulum fuit ordinatus, relinquendum eſt ei de fructibus beneficii, quibus veluti alimentis ſubveniri poſſit, Aloyſ. Ricc. *dec. Curiæ Archiepiſcopat. Neapolit. p. 1. deciſ. 185. n. 1.* Et irregularis non privatur beneficio antea quæſito, & donec per ſententiam eo privetur, facit fructus ſuos, Garc. *dicto c. 10. n. 45. cum ſeq.* Soar. *de cenſur. tom 5. diſp. 44. n. 33.* vide etiam Molin. *de juſtit. tract. 3. diſp. 78. n. 2.* Concil. Trident *ſeſſ 14. de reformat. cap. 7.* Item accuſatus de crimine ex quo veniat privandus beneficio, poteſt illud renuntiare, Garc. *d. p. 11. ap. 3. à n. 62.*

Irregularis præſumitur ille, qui fuit moralis cauſa aborſus cum peccato mortali, ſi fœtus erat animatus, ex citatis per Barboſ. *in collect. ad cap. Moyſes 32. q. 2. & ad cap. ſicut 20. num. 3. de homicidio, & de offic. & poteſt. Epiſcopi, p. 2 allegat. 51 num. 136, uſque ad n. 142. caſu nono, & ad princip. diſt. 5. n. 3.* cui adde Sanch. *in præcepta Decalogi, tom 1, lib. 10. n. 43.* ubi reſolvit quod irregularis eſt præbens aborſui cauſam, cùm dubium eſt an fœtus ſit animatus, ac ſubinde dubitatur an ſit verè homicida?

Irregularis eſt qui membrum abſcindit, non verò qui debilitat, *Clem. unic. de homicidio*, Doct. *in cap. fin. eod. tit. l. 6.* Roderic *tom. 1. Regul. q. 24 art. 10. & in ſum. cap. 169. n. 1.* Azor. *moral. p. 1. lib. 2. cap. 11. col. 112.* Et irregularis non efficitur abſcindens auriculam, vel digitum alicui, cùm membrum non abſciderit, *cap. 1. de clericis pugnantibus in duello.*

Irregularis manet interficiens pro defenſione proximi. Gom. *tom. 3. var. cap. 3. n. 21.* Farin. *in praxi crim. p. 5. quæſt. 125. num. 278. cum ſeq.*

Irregularis non amittit fructus, & diſtributiones beneficiorum, niſi quatenus tribuuntur iis, qui aliquem ordinem exercent, & non aliter. Monet. *de diſtribut. quotid. p. 2. quæſt. 17. à num. 36.*

Irregularis non eſt qui omiſſo Sacramento confirmationis Ordinem ſuſcepit, quamvis peccet mortaliter, ayr. *de cenſur. lib. 9. cap 10. n. 42.*

Irregularitas non incurritur ob iteratam confirmationem. Sà verbo *iregularitas, p. 345. in Aphoriſm. Confeſſariorum.*

Irregularis eſt ſuſcipiens eodem die unum ſacrum Ordinem cum aliquo ex minoribus, Sà verbo *Suſpenſi, num. 19.*

Irregularitas contrahitur per indebitam baptiſmi ſuſceptionem, Soar. *de cenſur. diſ. 42. ſect. 1 n. 1.* ubi *n. 2.* quod ſi ſæpiùs rebaptizetur, ſæpiùs incurrit hanc irregularitatẽ, & *ſect. 2. n. 2.* limitat in Confirmatione, & in Euchariſtia aſſerit adjungi irregularitatem, ubi conjuncta eſt actio cum receptione indigna, & *n. 3.* limitat in pœnitentia, & *n. 5.* in extrema unctione, & *ſect. 3. 4. & 5.* agit de irregularitate contracta per illegitimam Ordinum ſuſceptionem, recenſendo plures caſus, & 43. *ſect. 1.* agit de irregularitate contracta propter crimen hæreſis, & homicidio voluntario.

Irregularitas contrahitur ex homicidio voluntario homicidium indirectè voluntarium: idem *diſput. 45. ſect. 1. cum ſequentib.* Qui occidiit alium in ſui defenſionem cum moderamine inculpatæ tutelæ, non fit irregularis, Soar. *diſp. 46. ſect. 1. & 2. & ſect. 3.*

Irregularis fit teſtimonium dicens in cauſa criminali, ſequuto effectu, Soar. *de cenſur. diſp. 47. ſect. 3.* ubi *ſect. 4. n. 3.* idem aſſerit in advocatoin in cauſa ſanguinis, ſequuto effectu.

Irregularitas contrahitur quando duplex matrimonium præceſſit baptiſmum, Soar. *diſ. 49. ſect. 6. à n. 12.*

Irregularitas contrahitur ex propria bigamia, nempe de duplici matrimonio per mortem conjugis, Soar *d. diſp. 49. ſect. 1.* & contrahitur ex bigamia interpretativa de matrimonio cum vidua, ibidem *ſect. 3. & ſect. 4.* idem aſſerit de ſimilitudinaria in matrimonio cõtracto poſt ſolemne votum Religionis. Et diſpenſatio hujus irregularitatis convenit Summo Pontifici, non Epiſcopo, idem *d. ſect. 6. à n. 3.*

Irregulares fiunt illegitimi, Soar. *de cenſur. diſp 50. ſect. 3.* ubi *ſect. 4.* agit an expoſiti ſint irregulares? de quo vide Garc. *de benefic. p. 7. cap. 2. num. 7. & 10.* ubi quod non poterit Epiſcopus cum eis diſpenſare ad ſacros Ordines & Curata.

Irregularitas tollitur per Summum Pontificem quoad Ordines majores, & dignitate, ac beneficia Eccleſiaſtica, & quoad minores per Epiſcopum, ſi aliud inpedimentum non interveniat, *cap. 1. de ſent. excom. lib. 6.* Soar. *de diſp. 50. ſect. 5. à num. 1.* ubi *à n. 7.* quod tollitur per legitimationem, & *à n. 12.* per ingreſſum religionis, & *n. 17.* per morum probitatem, ſcientiam, & alias dotes ipſius perſonæ illegitimæ, quæ illam ſacris Ordinibus dignam reddant. Plura alia de irregularitate vide per Bonacin. *de cenſur. diſp. 7. de irregularit. per totam*, Filliuc. *tom. 1. Moral. quæſt. tract. 19. & 20. & de cenſur. in particulari*, Moure *p. 2. compendii moral. cap. 9. & 10.*

Verbo Judex, Judicium.

JUDICE *M* eſſe eſt nomen honoris, *l. ult. Cod. quando provocare non eſt neceſſe*, Stephan Gratian. *diſceptat. forenſ. cap. 270. n. 27.*

Judex ignatus debet habere aſſeſſorem, Azeved: *ad Curiam Piſanam, lib. 4 cap. 6. a n. 108.*

Judex propter peccatum cauſarum dubia ſolvere neſcit, ut ex Baldo refert & ſequitur Aym. Crav: *conſ. 15. n. 1.* Et Spiritus Sanctus docet Senatores, atque judices rectè judicare, Rebuff. *in repetit. cap. cùm Martha, de celeb. Miſſarum. pag. 555. verſ. quartò docet*, & in conſulentibus vide *pag. ſeq. verſ. 18.*

Judices & advocati qui officium ſuum rectè adminiſtrant, & juſtè utuntur legibus, multum merentur apud Deum, ſecundùm Hoſt. *in ſum. in proœmio, §. ult.* quem referunt Chaſſan. *in Catal. gloriæ mundi, p. 4. conſiderat. 51. & p. 7. conſiderat. 32.* Rebuff. *in repetit. cap. Raynuntius, de teſtam. pag. 545. verſ. imo*, Gregor. *l. 1. tit 4. part. 3* verbo *los juzgadores*, juvant tradita per Tiraquel. *de nobilit. c. 29. a n. 19.* Fr. Emman. Roderic. *tom. 3. quæſt. Regular. q 48. art. 1. pag. 246.* & vide Ceval. *commun. contra commun. quæſt. 736. num. ult.* Matienz. *dial. relator. p. 1. cap. 7. num.* Rodericc. *dicto art. 1. verſ. alii*, Bernard. Græv. *in pract. Cam. Imper. l. 1. concl. 43. num. 7.* Martham. *de juriſdict, p. 4. cent 4. caſu. 115. num. 1.* Et de judicibus malè judicantibus, vide text. *in cap. 1. de re jud. lib. 6.* & Barboſ. *in collect. ad cap. dilect. 4. de privileg.*

Judex tenetur judicare ſecundùm magis communem Doctorum opinionem, Ordinat. *lib. 3. tit. 64. §. 1.* Menoch. *de præſumpt. lib. 2. præſumpt. 71. n. 2.* Cened. *ad Decretal. collect. 84. num. 4.* Et judicantem oportet cuncta rimari, *cap. judicantem. 30. quæſt. 5.* & alia quæ judices obſervare debent, vide per rebuff. *ad l. 46. ff. de verbor. ſignificat. p. 243.*

Judex vocatur in jure bonus vir, *l. ſontinuus, §. cùm ita, ff. de verbor. obligat.* Menoch. *de arbitr. in proœm. num. 6* Cordub. *in l. ſi quis à liberis, §. idem reſcripſit, num. 56. ff. de liber. agnoſc.* Rebuff. *ad l 39. ff. de verbor. ſignific. p. 214. & ad l. hac. verba 73. cod. t. pag. 352. in fine*, Barboſ. *in l. æſtimatis, num. 2. ff. ſoluto matrim.* & præſumitur judicaſſe prout de jure debebat, Surd. *deciſ. 170. num. 4.*

Judex

Judex potest reducere partes ad concordiam, Ordinat. *lib.3.tit.20 §.1.*Perez *lib.4.Ordinam.p.* 860.

Judex in pœna imponenda debet inclinare in mitiorem partem, Avil. *ad cap. 2.Prætor. cap.2.* verbo *parcialidad, num.4.*

Judex si malitiosè & injustè inquirat contra aliquem, condemnabitur in expensis, Barb. *in l.eum qui temerè, ff.de judic. n.*204.

Judiciorum practica est observanda: Menoch. *cons.*187.*n.*54.*&* 55.& *de arbitr.casu* 474.*n.*61.Cald. *de renovat.q.*9.*n.*17.*&de potest.el ig.cap* 11.*n.*10. *cum seq.*Guter. *lib.3.pract.quæst.*61.*n.*74.Gam. *decis.*297. *num.*3.Cabed.*decis.*212.*p.*1. Ubi quod sententiæ Senatus coram Principe latæ, & ab eo signatæ, in causarum similium decisione vim legis habent, & sine præsentia Regis, si ter aut quater Senatus judicet, tunc in vim consuetudinis robur habet.

Judex debet calumniis obviare, & exceptiones intricandum, & procrastinandum judicium oppositas etiam ex officio repellere, ut per citatos Menoch. *de interdict. remed.* 15.*recuper.possess. n.*326.*cum seqq.* Parlador. *lib.2.rer.quotid.p.*5.§ 11. *num.*60. cum aliis quos refert & sequitur Salgado *de Regia protect.p.*3. *cap.*6.*n.*91.*cum sequentibus.*

Judices debent resistere potentatibus, vide P. Joan. Pined. *tom.2.in Job. cap.*29.*vers.* 17.*pag.*454. Ubi refert Cic. verba *pro Sextio*: Sudandum, inquit, est iis, qui magistratum gerunt, pro communibus commodis adeundæ inimicitiæ, subeundæ sæpe pro Republ. tempestates, cum multis audacibus improbis nonnunquam etiam potentibus dimicandum Ubi etiam alia refert.

Judex tenetur pugnare pro sua jurisdictione, & eam defendere, *cap.ex tenore, de foro compet.cap.novit. de judic.*Gabr.Pereira *de man.Regia.p.*1.*c.*7.*n.*21.

Judex utens majore jurisdictione quàm habet, venit puniendus, & committit crimen læsæ majestatis, *l.*3§. *ult.ff.ad leg.Jul.majest.*vel crimen falsi, *l. qui nominet l.eos, Cod. de falsis*, cum aliis, de quibus per Chassan. *ad Consuetudines Burgundiæ, rub.*1 *num.* 67. *fol.*18.*in fine*, Menoch. *de arbitr.lib.*1.*quæst.*76. *num.*8. *& lib.*2.*casu.* 320. Avil. *ad cap.* 1. *Prætor. in princip. n.*6.Azeved. *ad l.*1.*tit.*6.*lib.*1. *novæ recopilat.* Cabed. *p.*2.*decis.*38.*in fine.*

Judex potest jus dicere in toto suo territorio, *l. si cùm dies* 26.§ *pen.ff, de arbitr. cap. cum Episcopus, de offic. Ordin. lib.*6. Azeved. *ad l* 4. *num* 6.*tit.* 9.*lib.*3. *novæ recopilat.pag.*353.& in loco non consueto, Alberic. *in l.fin. ff. de just. & jure, num.*8. Et jurisdictio cohæret territorio, sicut nebula supra lacum, Bald. *in l.imperium, ff. de jurisdict. omn. judicum*, Gregor. *in gloss.fin. tit.* 4.*part.*3. Boër. *decis.* 227.*num.* 5. Cabed. *decis.* 10.*n.*9. Barbosa *in addit, ad collect.pag.*130. *col.*2. Et extra territorium & jus dicenti non paretur *l.ult.ff.de jurisdict. omn. jud.* ubi gloss. verbo *paretur* Marta *de jurisdict. p.*1. *cap.*51.*num.*4. Et jurisdictionem non potest quis exercere, & sententiam ferre extra territorium, Bart. *in l.*1.*Cod de sentent.ex brevic.recitand.*cum aliis relatis per Stephan. Gratian. *disceptat. forens. cap.* 655. *num.* 10. *cum sequentibus*, & Cardos. *in praxi judicum, & advocat.* verbo *Judex, num.*39.

Judex non potest se intromittere in jurisdictione alterius, nec judicare extra districtum suum, Barbos. *in l.*1.*ff.de judic.art.*4.*n.*118.Perez *ad l.*1.*tit.*4. verbo *Cancellaria, lib.*2.*Ordinam. pag.*225. Bobadil. *in sua Polit.lib.*2.*cap.*18.*num.*2.*cum. sequentibus*, & non debet mittere falcem in messem alienam, & quilibet tenetur defendere suam jurisdictionem, Marta *de jurisdict.p.*3.*cap.*1. *à principio.*

Judex potest pro defensione suæ jurisdictionis procedere contra exemptos, ut considerat Roj. *de hæreticis, p.*1.*num.*555.*cum sequentib. pag.*57. cum plurib. aliis adductis per Fatin. *in pract. crimin.tom.* 4.*q.*114. *num.* 61. *fol.* 59. plures refert Monet. *de conservator, cap.*8.*num.* 159.*& seq.fol.*590. Gabr. Pereira *de manu Regia, p.*2.*cap.*65 *num.*12.

Judex non videtur facere violentiam quando procedit ut judex, Joseph de Sesse *Aragon. decis.* 114. *num.* 23.

Judex etiam spoliat, Barbos. *ad cap.cùm causa* 22. *de offic.delegati num.*3.*& ad cap. conquerente, num.*2. *de restitut. spoliat.* Et judex nulliter procedens dicitur spoliare, ex Stephano Gratian. *disceptat. forens.* 516.*num.*23.

Judex inferior non potest se intromittere in causâ pendente in curia Romana, & Camera Apost. juxta doctrinam Baldi *in l. si ut proponis* 4. *num* 12. *Cod. quomodo & quando judex, col.* 2. *in fine, vers. quæro Papa*, quam sequuntur communiter Doct. ut per Menoch. *cons.*340.*num.*49. Valasc. *consult.*105.*num.* 63. Rebuff. *tom.*1. *ad leges Galliæ, tract. de evocat.num.*99. *pag.*270. Sesse *Aragon. decis.* 77. *à num.* 25. *tom.* 1. Phœb. *p.*1 *decis* 80.*num.*3.*& arresto* 163. *in fine*, Stephan. Gratian *disceptat.forens.cap.*40.*n.*32. & vide ad propositum Barbos. *in cap. Pastoralis* 11. § *præterea, num.*13.*&* 13.*de offic. jud.Ordin.*

Judex electus de partium consensu recusari non potest, Barbos. *ad cap. cum olim* 7. *de causa possess. num.*2.

Judex ut recusetur, requiritur speciale mandatum Barbos. *in remiss. ad Ordin. lib.*3.*tit.*21.*§.*5.*n.*2.

Judices aliqui quando deputantur ad cognitionem causæ, mortuo uno non possunt alii cognoscere, *cap. causam matrimonii* 16. ubi Barbos. *de offic. jud. deleg.*

Judex dans depositarium non idoneum tenetur, Azeved. *ad l.*13.*n* 6.*tit.* 9.*lib.*3. *novæ recopilat. p.* 355. Cald. *forens. lib.*1.*quæst.*21.*n.*49.

Judex orphanorum potest cognoscere de causa orphanorum, qui sunt Actores, licèt Rei sint incolæ alterius jurisdictionis, ita decisum fuisse in Senatu Supplicat refert Mendez *in praxi, lib.*1.*cap.*2.*n.*22.

Judex debet litigantibus præfinire diem, quo peritus per eum electus rem sit visurus, & eos citare. Cov. *lib* 2.*var.cap.* 13 *num.* 5.*vers. nonò*, Valasc. *de partit.cap.*11.*num.*15.

Judex commissarius non potest excedere fines mandati, *l.diligenter, ff.mandati, cap. cùm dilecta* 22. ubi Barbosa. *de rescriptis.*

Judex potest declarare suam sententiam obscuram Bart. *in l.hæredes palam,* §. *si quis post n.*6.*ff. de testam.* Avil. *ad cap.Prætor. in præm.* verbo *Ordenanças, n.*19. Gam. *decis.*110.*n.*36.& non solùm incontinenti, sed etiam ex intervallo, *l.Castella* 3.*tit.*13.*part.*7.Bald. *in dicta l.hæredes* §. *sed etsi*, Roman. *cons.*45.

Judex potest reservare in sententia declarationem post liquidationem, Azeved. *l.* 20. *n.* 2.*tit.* 9. *lib.* 6. *novæ recopilat.*

Judex qui tulit sententiam in prima instantia, est suspectus in secunda instantia, & non potest esse judex in causa appellationis, Gloss. *in l.eos, Cod. de appellat.* Aym. *cons.*232.*num.*8. Menoch. *de arbitr.lib.*1. *quæst.*73.*num.*3. *& lib.*2.*casu* 458.*num.* 17. Et sistuit judex in prima instantia non potest advocare in causa appellationis, Azeved. *ad l.* 13.*tit.*16.*lib.*2 *novæ recopilat. pag.* 190. Et advocatus in prima instantia pro uno, non potest pro alio advocare in causa appellationis, Bernard. Græv. *in pract. Camer. Imper. in præm.num.*41.

Judices consulatus, qui de causis mercatorum cognoscunt, possunt cognoscere de causis mercantiæ, quæ agitantur inter hæredes mercatorum, Strach. *de mercatora, tit.quodmodo in causis mercaturum procedendum*

dum ſit.p. 1. *num* 44. Et non poſſunt cognoſcere. de aliis cauſis extra mercantiam, Bernard. Græv- *in pract. Cam. Imper. libro ſecundo, concl.* 20. *conſiderat.* 1.

Judex tenetur exequi literas precatorias alterius judicis, Marant. *diſp.* 1. *num* 8. Cov. *pract. cap.* 10. *in fine*, Hyppolit. *ſing.* 138. *&* 203. Et poteſt gravamen interponi ſi non adimpleatur, Bar. *in l. à Divo Pio*, §. *ſententiam verò*, ubi Jaſ. *num.* 19. *ff. de re judic.* Nec poterit de exceptionibus oppoſitis contra literas precatorias cognoſcere, ſed remittet eas judici deprecanti, Cabed. *deciſ.* 49. *p.* 1. Et judicis requirentis, quando non conſtat de poteſtate, impleri non debet avocatoria, Mendez *in praxi lib.* 3. *cap.* 3. *num.* 10.

Judex deprecatus videtur facere quidquid facit judex committens, *l. ſolet, ff. de juriſdict. omn. jud. adita l. à Divo Pio*, §. 1. Avil. *ad cap.* 48. *Prætor.* verbo *qua les, num.* 5. Roland. *conſ.* 12. *n* 2.

Judex poteſt præcipere parti, ut offerat & præſentet titulum beneficii, cum comminatione quod non poſſit in poſterum eo juvari, juxta doctrinam Innocentii *in cap. G. Perpetuus, de ſide inſtrum.* de qua Dec. *in cap.* 1. *de probat. num.* 66. Jaſ. *in l. is apud quem, num.* 9. *Cod de edendo*, Cov. *lib.* 1. *var cap.* 18. *num.* 1. Valaſc. *de jure emphyt. quæſt.* 8. *num.* 19. Avend junior. *ad l.* 41. *Tauri, gloſſ.* 4. *num.* 9.

Judex Eccleſiaſticus non tenetur judicare cum proceſſu facto per judicem laicum, Mar. *de juriſdict. p.* 4. *cent.* 2. *caſu* 169. *n.* 7. qui *dicta cent.* 2 *caſu* 139. *à n.* 4. aſſerit quod clerici confeſſio facta coram judice laico nullum producit effectum, ut ex ea poſſit condemnari per judicem Eccleſiaſticum. Et an judex Eccleſiaſticus poſſit procedere contra laicum, quando fuit condemnatus à judice ſæculari? Vide Bobad. *in Polit. lib.* 2. *cap.* 17 *n.* 94.

Judex non debet canonizare regreſſum reſervatum ob non ſolutionem penſionis, niſi principali ſit facta literarum intimatio, quia privatio eſt odioſa, Flamin. *de reſignat. lib.* 6. *quæſt.* 2. *n.* 140. *cum ſeq.* & vide Cavaler. *deciſ.* 4. *&* 35.

Judex poſtquam executioni mandavit ſententiam ſuam, non poteſt illam amplius revocare, Cald. *forenſ lib.* 1. *quæſt.* 9. *num.* 8. Et habetur in Ordinat. *lib.* 3. *tit.* 65. §. 3. Et cùm tranſacti ſunt decem dies, intra quos poteſt pars appellare, & ſententia tranſivit in rem judicatam, facta eſt irrevocabilis. Steph. Grat. *diſceptat. forenſ. cap.* 155 *n.* 35.

Judicium executivum eſt ſummarium, *l. à Divo Pio*, §. *ſi ſuper rebus, ff. de re jud.* Avend. *de exequend. mandat. p.* 2 *cap.* 30. *n.* 6. Et in cauſis ſummariis debent partes citari, Barboſ. *ad cap.* 1. *de cauſa poſſeſſ. n.* 18. *& in Clem. ult. num.* 6. *de verbor. ſignificat.*

Judicium criminale & civile, an poſſit ſimul intentari? Vide Clar. *lib.* 5. §. *fin. quæſt.* 2. Stephan. Gratian. *diſceptat. forenſ. cap.* 394. *num.* 22. *cum ſequentibus.* Ubi quia cauſa criminalis eſt præjudicialis ad civilem, de ea priùs eſt agendum. Et quando agitur civiliter de aliquo delicto, judicatur accuſatione criminali, Farin. *in praxi crimin. p.* 3. *tit. de variis & diverſis criminibus, quæſt.* 105. *inſpect.* 2. *num.* 26 *cum ſequentibus, & quæſt.* 100. *num.* 125. *cum ſequentibus.* Et qui egit criminaliter, non poteſt iterum agere civiliter, Cald. *in unica, Cod. ex delict. defunctor. in princip. num.* 31. *cum ſequentibus.* Et pendente actione civili, non poteſt proponi criminalis, Menoch. *remed.* 4. *adipiſc. poſſeſſ. num.* 519. *cum ſequentibus.*

Judex ſæcularis nec reſpectu violentiæ poteſt ſe intromittere in juriſdictione Eccleſiaſtica, Henriq. *in ſum. lib.* 14. *cap.* 12. § 6 *juncta lit. P.* Azor. *mora. p.* 1. *lib.* 5. *cap.* 14. *quæſt.* 6. Soar. *tom.* 5. *diſp.* 21. *ſect.* 2. *num.* 76.

Judicis præceptum executivum non eſt ſententia definitiva, Xuar. *in l. poſt rem judicatam, notab.* 3. *col.* 2. *num.* 2.

Judex tenetur revocare ea, quæ de facto, & juris ordine non ſervato fecit, Farin. *de delict. p.* 1. *lib.* 1. *tit.* 4. *quæſt.* 32. *num.* 98. *cum ſeq.*

Judices hodie ſindicantur de furtis non verò de ſententiis iniquè latis. Farin. *de delict. p.* 4. *conſ.* 64. *num.* 19.

Judex inhibitus nulliter facit, ſi ad ulteriora procedat, & tanquam privatus procedit, *l. judicium ſolvitur, ff. de judic.* Barboſ. *ad l. ſi quis poſteaquam* 7. *num* 16. *ff. eod. tit.* Inhibitiones poſt appellationem receptam non concedantur, niſi cum inſcriptione tenoris ſententiæ, aut decreti diffinitivi, aut vim diffinitivi habentis, vel damnum per diffinitivam irreparabile continentis, aliàs inhibitiones, & proceſſus, & inde ſequuta, quæcunque ſint, ipſo jure nulla ſunt, eiſque impunè non patere licet, ut extat decretum Sac. Congregat. prolatum *die* 16. *Octobris anno* 1600. de quo teſtatur Quarant. *in ſum. Bullarii*, verbo *Archiepiſcopi auctoritas, verſ. primò quæro, pag.* 65. Alia de inhibitione vide per Barboſ. *ad cap. Romana* 3. §. *ſi verò, cum ſequentibus de appellat. lib.* 6. *à num.* 5.

Judex debet providere ne judicium reddatur fruſtratorium, Surd *deciſ.* 173. *n.* 11

Judex debet judicare ſecundùm allegata, & probata, quamvis ſit contra ſuam conſcientiam, Ordinat *lib.* 3. *tit.* 63. *in princip cap.* 1. *de re jud. in* 6. ubi Barboſa *num.* 2. cum citatis per patrem in remiſſ. ad dictam Ordin *in princip n.* 2. quibus adde D. Th. 2. 2. *quæſt.* 67. *art.* 2. Cardin. Tuſch. *tom.* 4. *lit. J, concl.* 398. Mar. Antonin *var. lib.* 1. *reſol.* 73. *n.* 7. Ugolin *de offic. & poteſt Epiſcopi, cap.* 26. *n.* 3. Gabr. Pereira *deciſ.* 15. *n.* 1. Mendez *in praxi Luſit. lib.* 3. *cap.* 2 *n.* 7. Caroſ. *in praxi judicum & advocat.* verbo *judex n.* 7.

Judex non poteſt proferre ſententiam ultra petita, nec procedere ex officio abſque petitione partis, *l.* 4. §. *hoc autem, ff. de damno infecto, l. fin. Cod. de fideicom. libert. cap. licèt, de ſimonia*, Ordinat. *dicto tit.* 63. *in princip. & tit* 66. § 1. Menoch. *de arbitr. lib.* 1. *q.* 31. *num.* 3. Surd. *dec ſ.* 295. *num.* 21. Valaſc. *de jure emphyt. quæſt.* 6. *num.* 12. *verſ. verùm, & conſult.* 119. *num.* 5.

Judex poteſt committere examinationem teſtium, qui ad illum venire nequeunt, Barboſ. *in addit. ad collect. cap. ſiquis teſtium* 8 *de teſtibus, pag.* 45.

Judex Eccleſiaſticus poteſt compellere teſtes ad teſtificandum, mediante excommunicatione, ſuſpenſione & interdicto, Barboſ. *in addit ad collect. cap, cùm ſuper* 11. *de teſtibus cogendis, pag.* 53. Ubi etiam diſſerit qua pœna judex ſæcularis cogere poſſit teſtes ad teſtificandum, ut ibi remiſſivè.

Judex ubi procedit ex præſumptione hominis, tenetur pœnam temperare. adeo quod nec ullam corporis afflictivam imponere poteſt, ſed pecuniariam tantùm, Innocent. *in cap. quia veriſimile, num.* 2. *de præſumpt.* Farin. *de delictis, p.* 4 *conſ.* 60. *in addit. lit. L, & conſ.* 61. *num.* 21. Mendez *in praxi, lib.* 5. *cap.* 1. *num.* 83. Aloyſ. Ricc. *in collect. deciſ. p.* 4. *collect.* 1857.

Judex poſt appellationem interpoſitam poteſt verba ſententiæ ſuæ declarare Menoch. *de arbitr. lib.* 1. *quæſt.* 73. *n.* 21 Avil. *ad cap. Prætor in proœm. gloſſ. ordenancas, num.* 19. *cum ſequentibus*, Barboſ. *in l. ſi quis intentione ambigua, ff. de judic. num.* 104. *cum ſequentibus, juncto n.* 106. *&* 116. Stepha. Gratian. *diſceptat. forenſ. cap.* 68. *num.* 25 *&* 26. Bernard. græv. *ad pract. Cam. Imper. lib* 1. *concl.* 116. *conſiderat* 1. Intelligè quando verba ſunt ambigua. Menoch. *conſ.* 321. *n.* 100. ubi *n.* 102. aſſerit quod ſucceſſor non poteſt

declarare

declarare mentem & voluntatem sui anteceſſoris. Intellige etiam cum Titaquel. *in l. ſi unquam*, verbo *liberis*, *num.* 13. *Cod. de revocand. donat.*

Judex incompetens videtur procedere tanquam privatus, Stephan. Gratian. *diſceptat. forenſ. cap.* 571. *num.* 15. Avil. *ad cap.* 1. *Prætor.* verbo *mandato*, *num.* 1. *p.* 27. Gabr. Pereira *de manu Regia*, *p.* 1. *cap.* 9. *n.* 20. Phœb. *deciſ.* 108. *a num.* 25. *p.* 2. Barboſ. *ad cap.* 2. *de crimine falſi*, *num.* 5. *& in cap. at ſi clerici* 4. *de judic. num.* 2. Flor. *var. lib.* 1. *quæſt.* 12. *n.* 35. ubi etiam quod ſpoliare judicatur.

Judex delegatus Bullæ beneficialis utrum ſit competens ad cognoſcendum de impedimentis nullitatis illius, an teneantur ſuperſedere, & illorum cognitionem remittere Ordinario? Vide Temudo *deciſ.* 273. *p.* 3. *& deciſ.* 274. *a num.* 12. ubi *num.* 20. quod delegatus Summi Pont. poteſt ſubdelegare, & *quæſt.* 17. *n.* 12. quod judex Ordinarius poteſt reſiſtere delegato Principis.

Judex delegatus ad cauſas criminales non poteſt cognoſcere de cauſis civilibus, Farin. *de delict. q.* 4. *conſil* 40. *num.* 27.

Judex delegatus & ſubdelegatus poteſt punire perturbantes ſuam juriſdictionem, licet non ſint partes contentæ in reſcripto, *cap.* 1. *& cap. paſtoralis*, §. *fin. & cap ex literis*, *de offic. judic. deleg.* Cardoſ. *in praxi judic. & advoc.* verbo *Judex*, *num* 80. Et ad judices Eccleſiaſticos pertinet ſuam juriſdictionem tueri; & eam perturbantes, ſeu impedientes coërcere quoties fuerit neceſſarium, ita D. Thom. *p.* 1. *diſt.* 8. *num.* 1. de quo etiam Gabr. Pereira *de manu Regia*, *p.* 2. *c.* 65. *num.* 12.

Judex cauſarum Regis an poſſit procedere per detractionem bonorum temporalium & ſequeſtrationem contra judices Eccleſiaſticos juriſdictionem ſæcularem impedientes? Negat Marta *de juriſdict. p.* 4. *cent.* 2. *caſu* 101. Affirmant. Mendez *in praxi ſæculari Luſit. lib.* 1. *cap.* 2. *num.* 8. Cur. Philip. *p.* 3. §. 3. *num.* 2. Barboſa *ad cap. Eccleſia ſanctæ Mariæ*, *de conſtitut. n.* 7. *cum ſeqq.*

Judex Regius non poteſt abſolvere à cenſura, cùm non habeat juriſdictionem ſpiritualem, nec directam in materia Eccleſiaſtica: poterit tamen declarare nullitatem cenſuræ. Ut autem judex talem ſententiam juſtè ferat, oportet ut tam ex probationibus facti, quàm ex jure clarum, certum, & evidens ſit, ſententiam cenſuræ fuiſſe non ſolùm injuſtam, ſed etiam habuiſſe impedimentum irritans & annullans illam, quia in dubio potius favendum validitati actus, & juri ſuperioris, quo ſemper præſumitur: ita Gabr. Pereira *de manu Regia*, *p.* 1. *cap.* 7. *num.* 22.

Verbo JURAMENTUM, JURANS.

IVRAMENTO exigitur Evangeliorum tactura, *cap. Ego N. de jurejur. cap. cùm in cauſæ*, *de jurejur. cal. cap. quoties*, *verſ. porrò*, *de purgat. canon.* Garc. *de benefic. p.* 5. *cap.* 4. *n.* 171. Menoch. *conſ.* 114. *n.* 13. *& 17. cum ſeq. & conſ.* 118. *n.* 30. *&* 31. Cened. *ad Decret. collect.* 108. *n.* 6. Sayr. *in Clavi Regia*, *lib.* 5. *cap.* 1. *n.* 12.

Juramentum præſtitum cum intentione jurandi, & non ſe obligandi ex cauſa ſua, non obligat, juxta doctrinam S. Thomæ *in* 3. *diſt.* 39. *q.* 1. *art.* 3. *quæſtiunc.* 3. quam ſequuntur Nav. *in cap. humanæ aures*, *quæſt.* 3. *num.* 6. *cauſa* 22. *quæſt.* 5. Seraphin. *de privileg. juram. privil.* 110. *num.* 16. Guter. *de juram. confirm. p.* 1. *c.* 57. *num.* 10. & ex Theologis D. Bonav. *in* 3. *diſt.* 39. *art.* 3. *quæſt.* 1. *num.* 46. & ibidem Scot. *quæſt. unica*, *art.* 3. D. Anton. 2. *p. tit* 10. *cap.* 6. *verſ. quintus caſus*, dicit probabilem Azor. *inſtitut. moral. tom.* 1. *lib* 11. *cap.* 4. *quæſt.* 2. Et plures quos refer & ſequitur Sanch. *in præcepta Decalogi*, *lib.* 3. *cap.* 10. *num.* 8.

Juramentum præſtitutum ſolis verbis exterioribus, abſque intentione jurandi, & promittendi, non obligat, quamvis jurans tenetur juramentum præſtare, Cajet. 1. 2. *quæ.* 98. *art.* 7. *ad* 4. Sot *lib.* 8. *de juſtit. quæſt. quæſt.* 1. *art.* 7. *ad* 4. Valentia *tom.* 3. *diſput.* 6. *quæſt.* 7. *punct.* 4. Cov. *in cap. quamvis pactum*, 1. *p.* §. 5. *num.* 2. *de pactis l.* 6 Philiarc. *de offic. Sacerdotis*, *p.* 2. *lib.* 3. *cap.* 16. Sayr. *in Clavi Regia*, *lib.* 5. *cap.* 6. *num.* 9. Sanchez *d. cap.* 10. *num.* 4.

Juramentum patris non obligat filium, ſi agatur de obligatione ſpirituali, & religioſa, quæ ſolum pendet ex proprio conſenſu, ut refert Salgado *en. aiſcurſo* 2. *da ley Regia de Portugal. num.* 121. ubi *num.* 122. limitat in juramentis execrativis patrum ad filios & deſcendentes, quæ comprehendunt hæredes & ſucceſſores,

Juramentum non obligat hæredem jurantis, Cald. *in l. ſi curatorem*, verbo *minoribus*, *num.* 5. *verſ. ſed hujus*, *C de in integrum reſtitut. minor.* Menoch. *de præſumpt. l.* 3. *præſ.* 103. *num.* 17. Guter. *de juram. confirmat. p.* 3. *cap.* 12. *num.* 7.

Jurans aſſiduè ſine cauſa, an peccet mortaliter? Vide Soar. *de juram. l.* 3. *c.* 7. *&* 8. 12. Sayr. *Clavis Regiæ lib* 5. *c.* 4. *num.* 32. *& c.* 5. *num.* 6. *cum ſeqq.* Beja *caſuum conſcientiæ p.* 4. *conſ.* 2.

Jurans non habere rem quam alter ab eo petit, non peccat, ſi non tenetur eam dare, vel mutare. Vide in addit. *ad c.* 28. *Manual Navar. fol.* 13. *verſ.*

Juramentum ſeu votum calore iracundiæ præſtitum non obligat, Barboſ. *ad cap. ſicut* 13. *de jurejur. num* 2. *& ad cap. dudum* 20. *de converſ. conjugator. num.* 2.

Juramentum deferens illi, quem ſcit eſſe pejeraturum, peccat. Aloyſ. Ricc. *dec. Cur. Archiepiſcop. Neapolit. p.* 2. *deciſ* 2. *num.* 5. *cum ſeqq.* Et perjurus incurrit infamiam, Aloyſ Ricc. *deciſ Cur. Archiepiſcop. Neapolit. p.* 2 *deciſ.* 18. *num.* 1 De perjurio per locum emiſſo vide Azor. *inſtitut. moral. p.* 1. *lib.* 11. *cap.* 22. *col.* 1092. Soar. *de juram. lib.* 3 *cap.* 4.

Juramentum eſt res individua, Aloyſ. Ricc. *dec. Cur. Archiepiſcop. Neapolit. p.* 2. *deciſ.* 151. *n.* 9.

Juramentum non venit in generali diſpoſitione, niſi de illo fiat ſpecialis mentio, Stephan. Gratian. *diſceptat. forenſ. cap.* 490. *num.* 6.

Juramentum non trahitur ad incogitata, Barboſ. *ad c. venien.* 16. *de jurejur. n.* 4.

Jurans non aſſumere gradum Licentiati, niſi in uno Studio, poteſt in alio, ſi novum habeat examen, Doctoris inſignia ſumere, Hyppolit. *in l.* 1. §. *fin. num.* 28. *ff. de quæſt.* Jaſ. *in l. quod Servius*, *numero* 10. *ff. de condict. ob cauſam*, Menoch. *de arbitr. caſu* 372. *num* 17.

Juramentum habet vim clauſulæ, *Rato manente pacto*, Farin. *de delict. p.* 3. *q.* 107. *n.* 95

Juramentum non nocet tertio, Cald. *de poteſt. nomin. cap.* 2 *num.* 36.

Juramentum judiciale retractatur propter inſtrumenta de novo reperta, Borrel, *in ſum. deciſ. tit.* 60. *num.* 366.

Jurans ſervare ſtatuta non dicitur jurare contra jus ſuum, ut ex Bruno reſolvit Menoch. *conſ.* 351. *num.* 7.

Juramentum cur appelletur Sacramentum? Vide Sayr. *de Sacram. lib.* 1. *art.* 1. *n.* 1 *pag.* 8.

Juramentum per merum celebratum obligat in foro interiori, non exteriori, Sayr. *in Clavi Regia*, *l.* 5. *c.* 6. *n.* 14. Et indiget abſolutione, Flamin. *de reſignat. l.* 13. *quæſt.* 1 *num.* 34. Et requiritur citatio in abſolutione à juramento. Menoch. *conſ.* 343. *num.* 51. Aloyſ. Ric.

Ricc. *deciſ. Cur. Archiepiſcop. Neapolit. p. 2. deciſ.* 87. *num.* 26. Martha *de juriſdict. p. 2. cap.* 46. *num.* 3. Cened. *ad Decret. collect.* 78. *num.* 2.

Juramentum poteſt prohiberi à lege ſæculari in contractibus validis, Cened. *ad ſextum, collect. ſecundo, numero* 4. Azor. *moral. p. 2. lib.* 10. *cap.* 7. *col.* 1080.

Juramento promittens vendere non tenetur præcisè vendere, & ad intereſſe tenebitur, alii vendat, Menoch. *conſ.* 92. *num.* 6. *& conſ.* 122. *num.* 22. Gam. *deciſ.* 373. *num.* 1.

Juramento datum ſpurio à patre poteſt vendicari, Peregrin. *de jure fiſci, lib.* 3. *titulo* 18 *num.* 93. *& numero* 107. De minore jurante ſe eſſe majorem, vide Bernard. Græv. *in pract. Cam. Imper. lib. ſecundo, concluſ.* 65. Et ceſſio actionis dolosè facta non poteſt juramento confirmari, Cald. *de empt. cap.* 24. *num.* 59.

Juramento partis non poteſt cauſa relinqui poſt tempus probationis elapſum, Capyc. *deciſ.* 15. *n* 1. Greg. *lib.* 8. *tit.* 11. *part.* 3. verbo *que la ovieſſe*, Ozaſc. *deciſ.* 11 Azeved. *l.* 2. *num.* 13. *tit.* 21. *lib.* 4. *novæ recopilat.* Soar. *in l. poſt. rem judicatam, p.* 331. *& ſeq. n.* 6. Boër. *deciſ.* 95. *num.* 4. Menoch *de præſumpt. lib.* 1. *præſumpt.* 62. *num.* 3.

Juramentum in ſupplementum probationis non poteſt dari, niſi id pars petat & requirat, Ordinat. *lib.* 3. *ti.* 52 *in princip.* ibi *ſendo requerido.* Et an juramentum ſit probatio? Vide Menoch. *de præſumpt. lib.* 1 *quæſt.* 1. *num.* 35.

Verbo JURISDICTIO, ET JUS.

IVRISDICTIO una non debet perturbare aliam, *cap. extenore, de foro compet. cap. novit, de judic.* Bobadil. *in Polit. lib.* 2. *cap* 17. *num.* 185. *& c.* 18. *num.* 15. Azeved. *l.* 11. *num.* 10. *tit.* 1. *lib* 4. *novæ recopilat.*

Juriſdictionis turbatores poſſunt à judice Eccleſiaſtico excommunicari, & pœna pecuniaria mulctari, Barboſa *ad cap.* 1. *de offic. delegati, num.* 4. *junctio num.* 1.

Juriſdictio data ignoranti non prodeſt illi, nec poteſt exercere juriſdictionem ante ſcientiam & præſentationem, Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancel.* § 5 *procem. n.* 101 quem vide *num.* 102. & Flamin. *de reſignat. lib.* 7. *quæſt.* 11 *a n.* 16. Et juriſdictionis exercitum eſt conceſſum à tempore præſentationis reſcripti, Molin. *de primogen. lib.* 2. *cap.* 7. *num.* 58.

Juriſdictio conceſſa non videtur caſtro conceſſo, Menoch. *de præſumpt. lib.* 3. *quæſt.* 98. Peregrin. *de jure fiſci, p.* 28. *num.* 92 Guter *lib.* 2. *pract. quæſt.* 13 Cabed. *p.* 2. *deciſ.* 11. *n.* 9. ubi ait quod in conceſſione caſtri, vel loci, venit merum imperium, & in dubio cenſetur conceſſum, quem vide *num. ſequentibus.* Et juriſdictione ſuper aliquo caſtro conceſſa, cenſetur conceſſum merum imperium, Gratian. *forenſ. cap.* 584. *à num.* 4. *cum ſequentibus.* Et quid veniat appellatione meri & mixti imperii? Vide Vincent. de Franch. *deciſ.* 275. Cald. *conſ.* 7. *numero* 31. Et appellatione meri & mixti imperii non veniunt jura Regalia, Peregrin. *de jure fiſci, p.* 22. *&* 23. *num.* 72. *&* 74. *& p.* 26. *num.* 86. Roland. à Valle *conſil.* 4. *lib.* 3. *num.* 39. *cum ſequentibus.* Et captura eſt meri imperii, Valaſc. *conſult.* 173. *num.* 29. Ubi etiam quod non competit privatio per actum. Et furcarum erectio merum imperium atque juriſdictionem importat, Cov. *var. lib.* 4 *cap.* 5. *num.* 6. Menoch. *conſilio.* 147. *num.* 15. Maſcard. *de probat. concluſ.* 946. *num.* 10. Avend. *de exequend. mandat p.* 2. *cap.* 21. *num.* 3. Avil. *ad cap.* 42. *Prætor. num.* 3. *cum ſequentibus*, Bobadil. *in ſua Polit. lib.* 2. *cap.* 16. *num.* 205. Bernard. Græv. *in pract. Cam. Imper. p.* 2. *concluſ.* 60. *conſiderat.* 2. *num.* 7. Farin. *de delict. p.* 5. *quæſt.* 114. *num.* 13. Barboſa *in addit. ad collect. p.* 163. Ubi etiam quod juriſdictione ſimpliciter conceſſa, veniat merum & mixtum imperium, magis communiter teſtatur.

Juriſdictionem qui concedit, merum & mixtum imperium, excepta correctione, *è alcada*, videtur concedere omnia alia quæ non fuerint ſimilia, juxta *reg. l. nam quod liquide, ff. de penu legata, cap.* 2. *de conjug. leproſ.* Et conceſſo caſtro, videtur conceſſum merum & mixtum imperium, Bernard. Græv. *in pract. Cam. Imper. lib* 2. *concluſ.* 62. *in coronide, num.* 9. Cald. *conſ.* 28. *num.* 29. *cum ſequentibus.* Et juriſdictio in hoc regno numquam cenſetur donata, niſi de ea, expreſſa mentio fiat, nec item juriſdictionis ſpecies. niſi ſpecialiter concedatur, ita reſolvit Cabed *p.* 1. *dec* 12. *num.* 8. quem vide *per totam dec. & dec.* 14. *num.* 4. *& deciſ.* 38. *num.* 2.

Juriſdictione conceſſa, Regalia non videntur conceſſa, quia juriſdictionalia non ſunt de Regalibus, ut expreſſè voluit Luc. de Peña *in l.* 1. *Cod. de privileg. ſcholar. lib.* 12. *num.* 18. Ubi dicit quod conceſſo caſtro & mero ac mixto imperio, non veniunt jura Regalia, refert & ſequitur Peregrin. *lib.* 1. *de jure fiſci tract.* 2. *num.* 74. Adverte quod domini terrarum, quamvis habeant merum & mixtum imperium, non poſſunt gentem militiæ erigere, ut probat text. *in l. unic. juncta rub Cod. ut, amorum uſus, lib.* 11. ubi illa verba, *inſcio Principe*, interpretanda ſunt, non mandante, & non ſufficit ſcientia & patientia principis, ſed expreſſum & ſpeciale mandatum requiritur, ut decidunt Andr. Iſenia *in tit. hic finitur lex*, & Luc. de Peña *in d. l. unic.* verbo *in conſultis*, per text. *in l.* 3. verbo *eadem lege, ff. ad leg. Jul. majeſtatis.* Deinde text. *in cap.* 1. quæ ſint Regalia, refert jus *Armandiæ*, quod eſt jus erigendi & faciendi gentem militiæ, ut *in Auth. de armis, per totum, collat.* 6. & probant Azor. *inſtit. moral. p.* 2. *l.* 3. 11. *cap.* 4. *col.* 215. Cabed *p.* 2. *de iſ.* 44 *num.* 3. *junctio num.* 10. ubi *numero* 2. quando Rex poſſit cogere ſubditos ire ad bellum ſuis expenſis. Ideoque milites creare pedeſtres, & equeſtres, Duces, & Capitaneos deligere, ad principem ſpectat, non ad alios, niſi ex ſpeciali principis conceſſione, Ordinat. *lib.* 2. *tit.* 26. *in princip. l. neminem, Cod. de re milit. lib.* 12. reſolvunt Afflict. *in cap.* 1. *quæ ſint regalia, in princip. num.* 49. Næviz. *an lib.* 2. *feudorum, tit.* 56. *num.* 302. *cum ſeq. pag.* 417. *& ſeq.* Peregrin. *d. tract. de jure fiſci, p.* 1. *tract.* 1. *num.* 14. Cabed. *deciſ.* 29 *num* 2 *& deciſ.* 43. *num.* 3. *p.* 2. Et quamvis aliqui Doctores voluiſſent intelligere, quod jus *Armandiæ*, de quo loquitur text. *in dicto cap.* 1. *quæ ſint regalia*, ſit jus creandi præfectum maris, vulgo *Almirante do mar*, qui claſſi maritimæ præſit, prout interpretantur Bald. Afflict. & alii ibi, tamen ſecundùm Cujac. & Franciſc. Othoman non *Armandiæ*, ſed *Armanniæ*, legendum eſt, id eſt jus armorum, & non armamentariorum: refert & ſequitur Menoch. *conſilio* 392. *numero* 24. Et juriſdictione conceſſa, videtur conceſſum territorium, Boër. *quæſt.* 227. *numero* 8. & vide Cald. *conſul.* 7. *num.* 28. Valaſc. *de jure emphyt. quæſt.* 8. *num.* 34.

Juriſdictio perpetuatur per ſolam citationem, Barboſ. *in remiſſ. ad Ordinat. l.* 2. *tit.* 1. § 3 *n.* 2.

Juriſdictio videtur præventa per capturam, Barboſ. *in l. ſi quis poſteaquam, num.* 66. *cum ſequentibus, ff. de judic.*

Juriſdictio dicitur præventa per citationem validam, Bernard. Græv. *ad pract. Cam. Imper. lib.* 1. *concluſ.* 29. *conſiderat.* 2. Cabed. *deciſ.* 142. *num.* 4. *p.* 1. Barboſ. *in dicta l. ſi quis poſteaquam, num.* 23. Aloyſ.

Ricc.

Ricc. *in collect. decis. p. 5. collect.* 1566. Et sufficit notitia citationis, Stephan. Gratian. *disceptat. forens. c.* 156. *num* 9. Et quod jurisdictio dicatur præventa simpliciter per citationem, tradit Cur. Philip. *p.* 1. §. 12 *n.* 18 & Valasc. *tom.* 1. *allegat.* 55. *num.* 6.

Jurisdictio non dicitur præventa per citationem nullam, Tiraquel. *de retract. lig.* §. 8. *gloss.* 2. *num.* 4. & *num.* 8. Anton. Gabr. *tom.* 3. *commun. opin. tit. de citat. conclus.* 5. *p.* 106. Menchac. *usuf equent. cap* 24. *num.* 8. Mascard. *de probat. conclus.* 1226. *num.* 17. Hyppolit. *sing* 291. Azeved *ad l.* 10. *tit.* 13. *num* 51. *lib.* 8. *novæ recopil.* Flamin. *de resignat. lib.* 2 *quæst.* 3. *n.* 46. Cabed. *decis.* 15. *n.* 13. *p.* 2. Bernard. Græv. *dicta consideral.* 2. *num.* 8. Et paria sunt, non esse citatum, vel nulliter. Farin. *in praxi crimin. p.* 5. *quæst.* 144. *n.* 18. Et citatio nulla non perpetuat jurisdictionem Martha *de jurisdict. p.* 4. *cent.* 2. *casu* 157. *num* 10.

Jurisdictiones, vulgò *Alcaldas*, usque ad certam summam fuerunt introductæ, ne partes pro minimis rebus, & parvis quantitatibus expensas magnas faciant contra rationem text. *in l. med terraneæ*, & ibi Bart. *Cod. de annonis, & tributis, lib.* 10. Plus enim in expensis consumeretur, quàm sit valor, æstimatioque causæ principalis: itidemque ne Regii Senatores super minimis sese involverent & impedirent, ut probat text. *in cap. anteriorum*, §. *illud* 2. *quæst.* 6. & *in Auth. de appellat. & intra quæ temp.* § *illud*, Azeved. *ad Curiam Pisanam, lib.* 4. *cap.* 6. quam rationem considerat Avend. *cap.* 5. *Prator. num* 2. *vers. & ex eadem radice, lib.* 1. facit text. *in l. cùm post sententiam, Cod. de appellat.* & vide Azeved. *l.* 7. *tit.* 18. *lib.* 4. *novæ recopilat.*

Jurisdictionem judicis an possit declinare ille, cujus juramento causa decidenda committitur? Et videbatur quod non, quia reus judicis & testis partes sustinet, juxta text. *in l. fin. Cod. de fideicommiss. & in l.* 1. *ff. quarum rerum actio non detur.* Sed contrarium videntur probare text. *in l sed & si restituatur*, §. 1. *ff. de judic. l tutor*, §. *fin. ff. de jurejur.* & vide Mendez *in praxi Lusit lib.* 3. *cap.* 1. *num.* 11. ubi dicit diversimodè practicari.

Jurisdictio judicis alterius non potest prorogari, Bernard. Græv. *ad pract. Cam. imper. lib.* 1. *conclus.* 40. *considerat.* 1. ubi *conclus.* 37. *num.* 17. Quod Clericus non potest consentire in judicem laïcum, etiamsi accedat authoritas Episcopi.

Jurisdictio judicis data ad universitatem causarum etiam inter certas personas, potest prorogari de partium consensu, Cened. *decis.* 22. *num.* 5. *part.* 1.

Mandatum intelligitur concessum ad specialia, quando habet clausulam, quod rata habebit omnia, quæ per procuratorem gesta fuerint & quod possit facere omnia illa, quæ posset constituens, si præsens esset, Jas. *in l. 1. num 6. & num. 21. & 22. Cod. de offic. procurator. num. 20. ff. si quis jus dicenti, & in l. 6. procurator, num 3. ff. de condict. indebitis*, gregor. *l. 19. tit. 5. part. 3.* verbo *quando tales*, Menoch, *de arbitr. lib. 1. quæst. 7. num. 62.* Et in dubio an sufficiat mandatum generale? Vide Rebuff. *in tract. nominat. quæst. 14. num. 94.*

Mandatum speciale requiritur in his, quæ sunt magni detrimenti, Menoch. *cons. 331. num. 90. & cons. 400. num. 4.* Ricc. *decis. Cur. Archiepscopat. Neapolit p. 2. decis. 179.*

Mandatum speciale requiritur ad hoc, ut quis possit substituere, Rebuff. *d. quæst. 14. n um. 104.* Quid si mandatum dicat, quod ejus procuratorem, seu ejus substitutum relevat, an videatur data potestas substituendi? Vide Surd. *decis. 195. n. 9.* Menoch. *cons. 175. num. 12.* ubi negativè resolvunt. Et non valet substitutio, non data potestate, Marant. & addit. *p. 4. pag. 198. num. 21. & 28.* Vant. *de nullit. sentent. tit. ex defectu mandati, n. 109.* & vide Paz. *in praxi, in initio annotat. 4. num. 5.* Et non potest quis bis substituere, si mandatum non habeat clausulam consuetam, *e desta sempre vezar.* Tiraquel. *in l. boves, §. hoc sermone limit. 6. n. 5* Et procurator inhabilis non potest substituere, Rebuff. *d. quæst. 14. n. 105.*

Mandatum habens clausulam, cum plena & libera administratione, quid operetur? Vide Barbosam *in tract variis, tit. de clausul. usufrequent. clausula 35. num. 1. cum sequentibus.*

Mandatum quantumcunque generale non extenditur ad ea, per quæ dominus cadat in commissum & delictum, text. *in l. creditor, §. Lucius, ff. mandat.* Surd. *de alim. tit. 9. qaæst. 26. num. 112.* Cald. *de empt. cap. 13. num. 12.* Ricc. *d. decis. 179. n. 8.* Garc. *de benefic. p. 11. cap. 3. num. 169. col. 3.*

Mandatum procuratorium debet esse in actis, aliàs non sufficit esse factum, si de eo non constat in actis, Guido *dec. 540.* nec validatur judicium anteà factum, si fuit oppositum de defectu mandati, Bart. *in l. si populi, §. item si procurat ff. de negot. gestis*, & est recepta opinio secundùm Rot. Genuen. *decis. 54. n. 6.*

Mandatum procuratorium non præsumitur ex longitudine temporis, etiamsi lapsi sint mille anni, Bald. *in l. 2. num. 2. C. si ex falsis instrum.* Avend *ad leg. 42. Tauri, gloss. 2. num. 6.* Tiraquel. *de præscrip. pag 105. vers. 31.* Menchac. *usufrequent. quæst. cap. 16. num. 11. & illustr. cap. 62. num. 7.* Bernard. *reg. 451.* grammat, *decis. 103. num. 83.* Mascard. *de probat. concl. 1004. num. 41.* Menoch. *cons. 1. num. 78. cum seq. & cons. 148. num 34. cum sequentibus, & de præsumpt. lib. 2. præsumpt. 33. num. 14.* Cota *in memorabilibus*, verbo *mandatum, p 561.* Cald. *cons. 33. num. 43.* Flamin. *de resignat. lib. 9. quæst. 22. n. 19. cum sequentibus*, Flor. *var. quæst. 23. num 96.* Aloys. Ricc. *decis. Cur. Archiepicopat. Neapolit. p. 2. decis. 149. num. 1.*

Mandatum procuratorium si offeratur de longinquo, non debet justificari, & præsumitur quod sit procurator ille, qui effert mandatum, Hypolit. *in l. si quis ne quæstio. num. 138. cum sequentibus, ff. de quæst.* Menoch. *d. lib. 2. præsumpt. 78. num. 10.* Mascard. *concl. 1005. n. 19. & concl 1092. num. 12.* Gonzal. *ad reg. 8. Cancel. gloss. 63. n. 13. & gloss. 64. n. 10. cum sequentib.* Cald. *de emphyt. c. 35 n. 17.* Et datur illi plena fides, & sufficit recognitio aliorum tabellionum, Azeved. *l. 1. num. 138. tit. 21. lib. 4. novæ recopi.*, Parlad. *lib. 2. rer. quotid. c fin §. 11. n. 17.*

Mandatum procuratorium probatur per præsentationem instrumenti debiti in judicio, gloss. verbo *ratihabitiones, in fine, in l. fin. Cod. de pact. convent.* Joseph. Ludovis. *decis. Perus. 110.* Mascard. *concl. 1007.* Menoch. *d. lib. 2. præsumpt. 33. num. 13. & præsumpt. 34.* Menchac. *usufrequent. c. 16. num. 3.* Stephan. Gratian. *disceptat. forens. c. 90. num. 13. cum seq.*

Verbo MARITUS.

MARITUS & uxor cenſentur eſſe una & eadem perſona. *l. adverſus, Cod. de crimine expilatæ hereditat.* Ordinat. *lib.1. tit.* 31. §. 1. Hyppolit. *conſ.*22. *num. fin.* Gam. *dec.*327. *n.*. Et ſunt una, atque eadem caro, *cap. Martinus* Beltram. *de cognat. ſpirituali*, Perez *tit.*4 *lib.*5. *Ordinam. p.* 157. *& l.*1. *tit.*16. *lib.*8. *Ordinam. p.*323. Menoch *de præſumpt. lib.* 4. *præſumpt.*18. *n.*42. *& præſumpt.*88 *n.*17. *& præſumpt.* 89. *num.*62. *cum ſeq.* Cald. *de poteſt. elig. cap.*13. *num.*18. Non tamen uxor dicitur conſanguinea mariti, Tiraquel. *de retract. lig.* §. 14. *gloſſ.*2. *n.*16.

Maritus & uxor reputantur ſocii omnium bonorum, attenta conſuetudine, & legis Regiæ diſpoſitione, de qua *lib.*4. *tit.*46. Barboſ. *in l.*1. *ff. ſoluto matrim. p.*1 *num.*34. *&* 38. Valaſc. *de partit. cap.* 5. *num.*3. *cum ſequentibus.*

Maritus poteſt præjudicare uxori in quærendis, Gregor *l.*5. verbo *otra manera*, *tit.*11. *part.*4. Menchac. *uſufrequent. cap.*13. *num.*5. Valaſc. *conſult.*77. *à num.*3. *& conſult.*83 *num.*3. Gabr. Pereira *de iſ.* 55. *n.*4. Cald. *quæſt. forenſ. lib.*2. *quæſt.* 38. *num.* 15. cum aliis citatis per Barboſ. *in remiſſi. ad Ordinat. lib.*4. *t it.*48. *in principio, num.*11.

Mariti in exigendis dotibus ſunt diligentiſſimi. Stephan Gratian *diſceptat. forenſ. cap.*581. *n.*4.

Maritus non tenetur ſolvere debita uxori, quæ contraxerat ſine ejus conſenſu, Cabed. *deciſ.* 106. *num. fin.*

Maritum non habere, vel habere inutilem, idem eſt, Barboſa *in collect. ad cap. inter corporalia*, *junctâ gloſſ* verbo *inutilem, de tranſlat. Epiſcopi.*

Maritus & uxor, ſi ſimul fidejubeant, maritus in ſolidum remanet obligatus, & mulier propter Vellejanum conveniri non poteſt, *l. ſi Titius & Seja* 49. *ff. de fidejuſſor.* Gom. *l.*61. *Tauri*, *n.*3 Gam. *deciſ.*131. Barboſ. *in l.*1. *ff. ſoluto matrim. p.*1. *num.* 60. Pinel. *in l.*1. *Cod. de bonis maternis*, *p.*3. *num.* 19. & cùm nulla fuerit hypotheca mulieris, nullum producit effectum, *l.* 2. *ff. de auctorit. tutor. l.*4. §. *condemnatum*, *ff. de re judicata*, & ex actu nullo nihil utile & validum produci poteſt, Barboſ. *in l. ſi cum dotem*, *in princip. num.* 22. *ff. ſoluto matrim.* quem vide *ibidem*, §. *tranſgrediamur n.*38. Valaſc. *conſult.*127. *& Auth. ſi qua mulier. Cod. ad Vellejanum.*

Maritus poteſt impunè occidere uxorem adulteram Menoch. *de arbitr. lib.* 2. *caſu* 420. *num.* 22. *& caſu* 482. *n.*3. *&* 4. Menchac. *uſufreq. cap.*8. *& illuſtr. cap* 49. *num.*4. Perez *tit.*3. *lib.*5. *Ordinam. p.* 149. *& lib.*8. *p.*292. *cum ſequentibus*, Guter. *l.*2. *pract. quæſt.*1. *num.*22. Barboſ. *in l. ſi ab hoſtibus*, §. *fin. num.*43. *&* 55. *ff. ſoluto matrim.* Azor. *inſtitut. moral. p.*1. *lib.*5 *cap* 20. *col* 456. Cov. *de ſponſal. p.*2. *cap.*7. §. 7. *num.*8. Azeved. *ad l.*1. *num.*21. *tit.*10. *lib.*4. *& l.*1. *in fine*, *tit.* 20. *lib.*8. *novæ recopilat.* Sayr. *clavis regiæ lib.* 7 *cap.*10. *num.*6. Farin. *in praxi*, *quæſt.* 121. *num.*55. Sanch *de matrim. lib.* 10. *diſp.* 8 *num.*37. Barboſa *ad cap. inter hæc.* 33. *quæſt.*2. ubi pro utraque parte refert Doctores.

Maritus recipiens uxorem adulteram, non poteſt pro illo adulterio eam accuſare, Gened. *ad decretal. collect.*137. *num.*1. Palat. *in repetit. cap.* §. 9. *num.* 18. Surd. *de alim. tit.*7. *quæſt.* 16. *num.* 103. *&* 104. Farin. *de delict. p.*1. *quæſt.* 142. *num.* 71. *cum ſequentibus*, Clar. §. *adulteri m*, *num.*18. Barboſ. *in l.*2. *ff. ſoluto matrim. in princ p.*1. *n* 104. Azor. *inſtit. moral p.*1. *lib.* 12. *c.*10. *col.*1204. Phœb. *deciſ.*13. *n.*19. *& deciſ.*63. *n.*6.

Maritus tenetur alere uxorem adulteram, Cordub. *in l. ſi quis à liberis*, §. *ſi quis ex his, num.* 75. *ff. de liberis agnoſcendis.*

Verbo MATRIMONIUM.

MATRIMONIUM non præſumitur, niſi probetur, Menoch, *conſ.*197. *num.*59. & probabitur ex libro parochi, Barboſa *de offic. & poteſt. Epiſcopi, allegat.*17. *n.*175. *cum ſeq.*

Matrimonium non præſumitur inter valde impares, Tiraquel. *l.*5 *connub. num.*31. Menoch. *conſ.* 199. *num.*42. Maſcard. *de probat. concluſ.* 342. *& concluſ.* 1023. *num.* 7.

Matrimonio ſufficit præſentia parochi, etiamſi ad alium finem vocatus, & caſu præſens ſit, Barboſ. *in collect. ad Concil. Trident. ſeſſ.*24. *de reformat. matrim. cap.*1. *num.*84. *cum ſeq.* ubi *num.*97. *cum ſeq.* quod parochus non Sacerdos valide matrimonio aſſiſtit, de quo etiam vide eundem *de parochis, cap.*21. *num.* 46. *cum ſequentibus*, *& per totum*, ubi adducit plures caſus de aſſiſtentia parochi in matrimonio. Et matrimonium conſummare ante Eccleſiæ benedictionem, ſublato ſcandalo, non eſt peccatum mortale, Barboſ. *d. cap.*1. *à num.* 176.

Matrimonium ſatius eſt cum virgine contrahere, quàm cum vidua, quia maritus adoleſcentulam facilius poteſt conformem facere ſuæ voluntati, quàm viduam, ut tradit Salicet. *in l. præcipiunt ff. de Ædilitio edicto*, quem refert Fr. Emman. Roderic. *t.*3. *quæſt. Regul. quæſt.*12 *art.*1. & vide Pilelphum *lib.*11. *epiſtolarum, fol.*145. ubi latè de hoc, & ait in uxore quatuor debere concurrere, probitatem ſcilicet, venuſtatem, nobilitatem & opes; quod ſi eadem in virgine & vidua concurrant, virginem viduæ, puellamque grandiuſculæ præferendam cenſet, ut laceræ, vetuſtateque obtritæ integram veſtem, ac novam. Et de ſecundis nuptiis, & utrum expediat ſeni ducere uxorem, vide Doctor. Luis Lobera de Avila *nas cartas que eſtao no fim de ſuas obras*, *fol* 31.

Matrimonia non ſunt contrahenda cum infamibus & vitioſis, & plura circa hoc refert Pineda *in Monarchia, lib.*3. *c.*28. §. 1. nec cum indignis, & pater ſalva conſcientia poteſt impedire hujuſmodi matrimonium, Menoch. *conſ.*69. *num.*36. *cum ſequentibus*, & matrimonia contracta inter impares non habent bonum exitum, idem *conſ* 385. *num.* 6. Sanchez *de matrim. lib.*2. *diſp.*6. *num.*2. & Papa poteſt diſpenſare, ut diſſolvatur, & alia vide per Menoch. *de præſumpt. lib.*1 *præſumpt.*10. *n.*39. *cum ſeq.*

Matrimonia cum hæreticis ſunt illicita, & reprobata per ſacros canones, *cap. non oportet, cap. cave*, 28. *q.*1. Sanch. *de matrim. lib.*7. *diſp* 72. Farin. *de delict. p.*5. *q.*13. *n.*37. Reynoſo *obſervat* 58. & hæretici pejores ſunt infidelibus, ut ex D Aug. & aliis refert Henriq. *p.*1. *ſum. lib.*4. *cap.*1. *p.*207. & poteſt ſummus Pontifex prohibere hæc matrimonia, ut mala in futurum evitentur, Sanch. *d. lib* 7. *diſp.*1. *num.* 7. *cum ſeq* & ad propoſitum eſt videndus Fr. Bernard. de Brito *p.*2. *Monach. Luſit. lib.* 6. *cap.* 6. Et matrimonium inter Chriſtianum & hæreticum, an & quando ſit validum? Vide per citatos à Barboſa *ad cap. decrevit* 14. *de hæreticis, lib. ſexto.*

Matrimonium contractum cum infideli & fideli eſt nullum, probatur auctoritate D. Pauli 2. *ad Corinth cap.*6. Noli, inquit, conjungi cum infidelibus: conſtat *ex d. cap. oportet*, *& cap. cave*, & Doctor. *in cap.* 1. *de ſponſal.* Cov. 2 *p. c.*7. §. 11. Nav. *in man. cap.*22. *n.*48. contrarium videtur tenere idem Apoſtol. 1. *ad Corinth. c.*7. ibi, ſi qua mulier habet virum infidelem, & hic conſentit habitare cum illa, non dimittat virum ſanctificatus enim eſt vir infidelis per mulierem fidelem, & ſanctificata eſt mulier infidelis per virum fidelem. Vide text. *in cap. idololatria*, *& 6. idem nunc.*28 *quæſt.*1.

quæst. 1. *cap. gaudemus, de divortiis.* Unde cùm matrimonium apud infideles legitimè contrahatur, & validum sit, efficitur sacramentum, gratiamque confert, dum infideles baptizantur, ita Sanch. *de matrim. lib.* 2. *disput.* 9.

Matrimonio putativo mulier lucratur dimidiam partem bonorum, ubi agitur de favore dotis, Tiraquel. *de jure mariti, gloss.* 8. *n.* 257. Xuar. *tit. de las arras fol.* 7. *cum sequentibus*, Cov. *p.* 2. *de sponsal. cap.* 7. §. 1. Perez *tit.* 4 *lib.* 5. *Ordinam. pag.* 164. *cum sequentibus.* Valdes. ad Soar. *p.* 2 *pag.* 11. & 12. Barbosa *in l. si cùm dotem.* §. *fin. num.* 2. *ff. soluto matrim.*

Matrimonium quis potest contrahere in articulo mortis, Flamin. *de resignat lib.* 3. *q.* 10. *n.* 5. Molin. *de primog. lib.* 2 *cap.* 5. *n.* 25. Ubi etiam quod filii naturales antea nati ex eo legitimi efficiuntur.

Matrimonii appellatione ubi aliquid relinquitur pro virgine maritanda, venit matrimonium spirituale, Stephan Gratian. *disceptat. forens. cap.* 533. *num.* 19. *cum sequentibus*

Matrimonium inter consanguineos contractum, adveniente dispensatione nequaquam roboratur, nisi novo interveniente consensu, *cons.* 17. *n.* 21.

Matrimonium metu contractum quando sit nullum? Vide Barbos. *in votis decisivis Canonicis, voto* 1. *lib* 1. & quando sit validum? Vide Themudo *decis.* 296. *p.* 3.

Matrimonii impedimenta vide apud Bonacin. *de natura & proprietatibus matrimonii. quæst.* 3 *puncto* 1. *propositi.* 2. *& puncto* 2. *cum sequentibus*, Sanch. *de matrim. lib.* 7. *disput.* 6. *cum multis sequentibus*, Sà *in Aphorism. p.* 421. *cum sequentibus*, Quarant. *in sum. Bullar.* verbo *matrimonii impedimenta*, Ægid. de Coninck. *de sacram. disput.* 30. *de impedimentis matrimonii, & disput.* 31. & 32. & de dispensatione impedimentorum agit *disput.* 33. Et impedimentum publicæ honestatis attento jure antiquo durabat usque ad quartum gradum, hodie attento Concil. Trident. *sess.* 24 *de matrim. cap.* 3. restrictum est ad primum solum consanguinitatis gradum, Sanchez *dicto lib* 7. *disput.* 68. *num.* 8. 9. & 10. Ægid. de Coninck *dicta disput.* 32. *num.* 63. Et impedimentum publicæ honestatis non solùm consurgit ex sponsalibus validis, sed etiam ex matrimonio rato, Bonacina *dicta quæst.* 3. *puncto* 11. *n.* 9. *ubi num.* 10. quod extenditur usque ad quartum gradum, & *num.* 11. quod ex matrimonio rato invalido consurgit impedimentum publicæ honestatis: & *num.* 18. quod impedimentum publicæ honestatis oritur ex matrimonio contracto sine parocho, & testibus: & *num.* 22. quod ad summum Pontificem pertinet dispensare in hoc impedimento. Et impedimentum publicæ honestatis consurgens ex sponsalibus validis hodie non excedit secundum gradum Barbosa *in collect. ad dictum cap.* 3. *Concilii Trident. num.* 15. ubi *num.* 16. quod justitia orta in matrimonio rato dirimit matrimonium usque ad quartum gradum. Et dispensatio super impedimento consanguinitatis & affinitatis, non facta mentione de copula habita inter impetrantes, est subreptitia, idem *in collect. ad dictam. sess.* 24. *cap.* 5. *num.* 17. Et Nuntio Hispaniæ solet dari facultas dispensandi super quocunque impedimento publicæ honestatis justitiæ, Garc. *de benefic. p.* 11. *cap.* 5. *num.* 367.

Verbo MEDICUS.

MEDICI qui præcepta non observat, seipsum interimit, Farin. *de delict. p.* 5. *quæst.* 127 *num.* 92

Medicus qui invitum infirmum curavit, potest petere salarium. Surd. *decis.* 255. *num.* 25. Tiraquel. *de nobilitat. cap.* 6. *num.* 38. Rebuff. *de privileg. Scholar. privil.* 58. Stephan. Gratian. *disceptat. forens. cap.* 107. *num.* 24. De Privilegiis medicorum vide Menoch. *de arbitr. lib.* 2. *cent.* 4. *casu* 379. Et medicorum plura vide apud Ric. *de peste, pag.* 129. *versa cum sequentibus*, Barbos. *de offic. & potest. Episcopi, allegat.* 92. *per totam*, ubi etiam *num.* 8. & 9. agit de duobus Protomedicis insignibus hujus Regni, & quod medicus Regis magnam consequitur dignitatem. Et plura alia in laudem medicorum, vide per Garc. *de nobilit. gloss.* 48. §. 4. *num.* 12. Tiraquel. *d. tract. cap.* 31. Barbos. *dicta allegat.* 91. *num.* 10. *cum sequentibus*, Pineda *na vida de Saon Joan Baptista, lib.* 2. *art.* 3. *cap.* 3. *p.* 284 cum aliis citatis per Cened. *ad Decretal. collect.* 163. *num.* 8. Præsides provinciæ, vulgò *Corregidores*, possunt visitare apothecas pharmacopolarum, & inventis aliquibus medicinis veteribus & corruptis, eas perdere & concremari facere, ita sancitum est *in nova recopilat. legum Castellæ, l.* 1. §. 4. *tit.* 16. *lib.* 3. ubi Azeved. & vide Mex. *in tract. taxa panis, concl.* 5. *num.* 32.

Verbo MELIORAMENTA, MELIORATIONES.

MELIORAMENTA debent probari, & sunt difficilis probationis, Mascard. *de probat. concl.* 1037. *num.* 5. Menoch. *de interdict. remed.* 15. *recuper. possess. num.* 567. Guter. *lib.* 3. *pract. quæst.* 68. *num.* 18. & melioramentorum materiam vide apud. Mascard. *d. concl.* 1037. Valasc. *de partit. cap.* 10 *ad finem, & de jure emphyt. quæst.* 25. *per totam*, Paul Castr. *consil.* 270.

Melioramenta non debentur probata sola possessione rei melioratæ, sed requiritur probatio, quod fuerunt facta à possidente, Stephan. Gratian. *disceptat. forens. cap.* 193. *n.* 1. Surd. *de alim. tit.* 6 *q.* 25. *n.* 7. & 8. Cald. *de empt. cap.* 27. *num.* 1. *ad finem.* Et debent probare quod sunt hæredes illius, qui fecit melioramenta, Menoch. *remed.* 15 *recuper. possess. n.* 567. Barbos. *in l. divortio.* §. *fin. p.* 1 *n.* 96. *ff. soluto matrim.* Et an spoliator possit opponere de priùs solvendis melioramentis, vide Menoch *d. remed.* 15. *n* 499. & *num.* 514. Cald. *d. cap.* 27. *num.* 5. ubi quod spoliator non habet jus retentionis pro expensis.

Meliorationum æstimatio facienda est secundùm præsentem statum, in quo restitutio fieri debet non secundum expensas factas à principio, *l. in fundo ff. de rei vendicat.* cum citatis per Barbos, *in remiss. ad Ordinat. lib.* 4. *tit.* 95. §. 1. *n.* 9. quibus adde Vincent. de Franch. *decis.* 109. Mascard. *de probat. concl.* 1037. *n.* 19. Guter. *lib.* 3. *pract. quæst.* 68. *n.* 18. Valasc. *consult.* 119. *in fine, & de jure emphys. q.* 25. *n.* 28. quamvis cam. *decis.* 137. concludat, quod præteritum tempus sit considerandum, & vide Ordinat. *l.* 3 *tit.* 86. §. 5. ubi *que onde ouver bemfeitorias se faça compensaçaon*, ubi Barbosa, & ab eo citatis adde Gabr. Pereira *decis.* 47 *num.* 7. Aloys. Ricc. *decis. Cur. Archiepiscop. Neapolit. p.* 2. *decis.* 176. *n.* 21. *cum sequentibus*, Phæb. *arresto* 56 *p.* 2. Reynoso *observat.* 56. *n.* 15. Et si melioramenta sint deteriorata, & nunc sint minoris valoris, secundùm eum sunt solvenda, Valasc. *consult.* 161 *num.* 10. *& de partit. cap.* 6 *n.* 24. Ricc. *in collect decis. p.* 5. *collect.* 2072. Et solum fit restitutio meliorationum attento tempore restitutionis, & in eo quo res reperitur meliorata Surd. *de alim. tit.* 6. *quæst.* 8. *n.* 18. & *q.* 11 *n.* 41. Cald. *de empt. cap.* 27. *n.* 10. Quid in arboribus plantatis & exsiccatis? Vide Joseph. Ludovis. *decis. Perus.* 58. *num.* 11. & *decis.* 161. *n.* 4.

Melioramenta debent compensari cum fructibus & deteriorationibus, *l. si negotia, ff. de negotiis gestis*

gloſ verbo *ſuperfluum*, *in l.emptor.65 ff.de rei vendica .& l.ſumptus 48.ff.eod.tit.l.ſi quis negotia.2.l.ſcribit Celſus 33.ff.ad Trebel.* Gam. *deciſ.312. n.4.* Valaſc. *de jure emphyt.quæſt.25. n.29.* quia qui compenſat, ſolvit & debitum extinguit, *l. 1.ff.de compenſat.l.amplius non peti.ff.rem ratam haberi*, Stephan. Gratian. *diſceptat. forenſ.cap.728, num.6.cum ſequentibus.*

Meliorationum pretium juratum à parte,& depoſitum, non debet tradi parti, ſi illud petat oblata cautione ante factam liquidationem meliorationum Cabed. *p.1.deciſ.201.*& ad propoſitum vide Valaſc. *de jure emphyt.q.25.num.23.* Phœb. *d.arreſto 56.p.2.* Gam. *deciſ.4.n.3* Barboſa *in l.divortio, §.fin.p.2 n.34. ff.ſoluto matr.*

Meliorationes ſunt pars fundi, *l.quamvis, ff. de action empti*, Rebuff. *in l.fratrum 31.ff.de verbor ſignific.pag.192.* & quid quid in fundo continetur, venit appellatione fundi Cald. *de empt.cap.9.à principio.*

Melioratione articulandum eſt de communi valore, Maſcard. *de probat. concluſ.1656. num.* 47. Gam. *deciſ.207.& deciſ.291.num.4.* Valaſc. *conſult.43.n.21. & conſult.70.num.13.*

Melioramenta quæ refici debent, ejus erunt generis, ut conſtet circa domus refectionem, arborum plantationem, & vineæ, quia inter utilia connumerantur à Boër. *deciſ.44. num.6. & 7.* Et teſtes debent teſtificari eodem pretio prædium fuiſſe melioratum, Neguzant. *de pignor.p.5.4 princip.quæſt.memb.4 n.18.*

Melioramentorum exceptio impedit executionem ſententiæ, & retentio datur pro illis, Barb. *in d.l.divortio, §.fin.p.3.num.41.ff.ſoluto matrim.* Valaſc. *conſult.111.num.15.* Surd: *deciſ.311.n.6.& 7.& de alim. tit.8.privil.62.n.8.& 9.* Mend. *in praxi, lib.3.cap. 21. n.49.* Cald. *de empt.cap.27. num.6.* Et datur retentio etiamſi melioramenta non ſint liquida, Barboſ *d.§.fin num.29.* ubi ait quod non ſufficit offerre cautionem. & quod retentio competit pro melioramentis, donec liquidentur, & excludatur ſpolium, tradit Stephan. Gratian. *diſcept.forenſ.cap.494.num.12. & 13.* & refert deciſum ſi melioramenta fuerint liquida, Phœb. *d.arreſto 56.p.2.*

Melioramenta facta in re emphyteutica, finita emphyteuſi, pertinent ad emphyteutam quoad æſtimationem, Barboſa *d.§.fin p 1. num. 68.* Gam. *deciſ.22.* & ibi additio, Cald. *d. reſolut.emphyt.cap.10. num 46.& 49. & cap.19.* Sanch. *ad præcepta Decalogi, lib.2.cap.19.num.34.*

Meliorationes, emphyteuſi finita, repetunt à domino directo hæredes emphyteutæ, ex text. *in cap.1 §.ſi vaſſallus*, hic finitur lex, & eſt receptiſſimum, ut per Pinel. *in l.1.Cod. de bonis maternis, 2.p.n.71.& in l.2. Cod.de reſcind. vendit.2.p.cap.3.n.6.& 7.& cap.4.n. 2.* Valaſc. *de jure emphyt. quæſt.25.n.6.* Clar. *in §.emphyteuſis, q.45.& §.feudum, quæſt.88* Menoch. *de interdictis, remed.15. recuper.poſſeſſ.n.502.& de præſumpt.l.3. præſumpt.32.n.9.* Cald. *de nominat quæſt.18.num. 30.* Joſeph Ludoviſ. *deciſ. Peruſ.117.n.33.cum ſeq.* Bellacomb. *tom.1.commun. opin. pag 695. n.381.* ubi ſecus ſi finita ſit emphyteuſis propter commiſſum, & vide Vincent. de Franch. *deciſ.191.*

Verbo MENDACIUM.

MENDACIUM eſt delictum, turpitudo & dolus, & mendax præſumitur eſſe in dolo Menoch. *de præſumpt.lib.5.quæſt.3. n.53.* Maſcard. *de probat.concl.531.n.19.* Surd. *deciſ.165.num.14.* Barboſa *in cap.ſuper eo 4.num.5.6.& 7. de uſur.* Farin. *conſ.60. num.130.* ubi *num.136.cum ſeq.* quod mendacium non damnoſum non eſt punibile. Et ex mendacio præſumitur doli, vel fradis conjectura, idem *de delict.p.3. quæſt.89.num.104.& p.4.conſ.40. num.18* & de mendacio vide multa per Valaſc. *conſult. 183. num. 29. & 30.* Cened. *ad Decretum, collect.43.num.10. cum ſequentibus.*

Mendacium pernicioſum infamando proximum eſt peccatum mortale, Sayr. *Clavis Regiæ lib.11.cap.5. num.5.& lib.12.cap.2.* Beja *caſuum conſcientiæ p.2.caſu 13.* & non omne mendacium eſt peccatum mortale, ex Sayr. *d.cap.2.à n.14.* Et reſtitutio eſt facienda de fama, ubi quis verum crimen objicit, Covar. *var.lib.1.cap.17.num.6.ad finem.*

Mendacium in judicio eſt peccatum mortale, Cov. *d.lib.1.cap.1.num.2.* Sayr. *d. lib.12.cap.2.n.16.& 19* Roderic. *in Sum.* verbo *Abogados, cap.2.num.5.* Mex. *in tract.taxæ panis, concl.3. num.13.* Quid pro tuenda vita? Vide Cened. *ad Decretum, collect.43.num. 11.* Quid extra judicium? Vide Strach. *de mercatura, p.2.num.9.cum ſeqq.*

Mendacium in confeſſione Sacramentali eſt peccatum mortale, Azor. *inſtitut moral.p.1.lib.5.cap.28. col.486.* Sayr. *d.cap.2.num.19.*

Verbo MERCATOR.

MERCATORES utrum ſint nobiles? Vide Tiraquel. *de nobilit.cap.33.à num.2.* Guid. Papæ *deciſ.166.* Minſing. *cent.6-obſervat. 55.à n.5.* Strach. *de mercat.p.2.num.17.* Gam. *deciſ.322.aliàs 324.* ubi quod mercatores minutatim vendentes, non ſunt nobiles Et mercaturam exercentes ſunt nobiles, quando mercatura eſt magna, & magnam partem ſuarum facultatum quis tenet in mercibus, *l.nobiliores, Cod.de commerc. & mercat.* Addit ad Marant. *in pract. p.4. n.36.pag.* 144. Et tunc mercatura derogat nobilitati, ſi quis eam per ſe exerceat, ſecus ſi per alios, nempe ſervos, & inſtitores, Guter. *lib. 1.pract. q.137. n.20.* Thom. Valaſc. *tom.1.alleg 13 n.225.*

Mercatorum cauſæ tractandæ ſunt ſimpliciter, & de plano, & ſine ſtrepitu, & figura judicii, & de bono & æquo, omiſſis juris ſolemnitatibus, Bart, *in l.ſi fidejuſſor, §.quædam, n.2 ff.mandati*, Gregor. *tit. 7.part.5. in princ.* verbo *mercadores*, Strach, *de mercat tit.quomodo in cauſis mercatorum procedendum ſit*, Valaſc. *de jure emphyt.q 5.num.14.* Rota genuæ *deciſ 96.n.5.* Cur. Philip. *tom.2.lib.2.cap.15.num.36.& 37.* Barboſa *in l.1.ff.de judic.art. 1.num. 127.* Et mercatorum obſervantia facit jus. Rota genuæ *deciſ.2.num.41.& deciſ.206.num.3.* Et in hoc caſu admittitur probatio per teſtes, ubi requiritur ſcriptura, Maſcard *de probat. concl.1236.num. 3.*

Mercator an appelletur ille, qui locat equos vel mulas? Vide Bart. *in l.legatis ſervis, per illam text. ff.de legat. 3.* Panorm. *in cap.1.n.38.ff.de judic.* Chaſſan. *in conſuetud. Burgund. rub.4.§.2.fol. 131.n. 7.* Et mercator non dicitur, ſed artifex ille, qui rem emit, ut ſuo labore & induſtria in aliam formam redigat, *cap.ejiciens, 88.diſt.* Surd. *deciſ.313.*

Mercator poteſt plures mercaturas, & in diverſis rebus exercere, imo eſt laudandus, argum. text. *in l.legatis ſervis. §.ſi unus, ff. de legat.3. l. procuratoris, § ſi plures, ff. de tribut. in rem act.* Mex. *in tract. taxæ panis, concluſ. 5.num. 137.* Matienz. *ad l. 12. tit. 12. gloſſ. 1. num. 3. lib. 5. novæ recopilat.* Secus ſi artifex unus intromittit ſe in officio alterius, Cabed. *deciſ. 158. dos ſirgueiros è ſombreireiros, p. 1.* ubi pronuntiatum fuit, mota controverſia in oppido de *Santaren*, in favorem *dos ſirgueiros.* quod alii artifices, *ſombreireiros.* prohiberentur à miniſterio conficiendi, *os caureit è forros dos chapeos*, quod ad officium prædictorum *ſirgueiros* ſpectabat.

Mercator dicitur piſtor Surd. *deciſ.313.*

Mercator

Mercator semper præsumitur lucrari, *l. comperimus, Cod. de navicular. lib.* 11. Et mercatorum lucra variantur ex tempore, Gam. *decis.* 110. *n.* 19.

Mercatores exteri forenses, an possint prohiberi ab ingressu, & expelli à civitate? Vide Rebuff. *in leg. quod si minor*, §. *non semper*, *numero* 1. *ff. de minor.*

Mercatores an possint esse decuriones? Vide Mex. *tract. taxæ panis, concl.* 5. *num.* 137.

Mercator potest licitè, & absque labe usuræ emere vilius justo pretio, quando verosimiliter dubitatur rem illam tempore traditionis valituram plus, vel minus, & quando se exponit periculis, quæ verosimiliter possunt contingere. Rhœb. *decis.* 201. *num.* 9. *p.* 2.

Mercator cogitur edere librum rationum, Bernard. Græv. *in pract. Cam. Imper. lib.* 1. *concl.* 106. *considerat.* 1.

Mercatorum libris quando credatur? Vide Surd. *decis.* 312. Bernard. Græv. *in pract. Cam. Imper. lib secundo, concl.* 20. Mendez *in praxi, lib.* 3. *cap.* 22. *num.* 7. Gabr. Pereira *decis* 97. Et non probant contra tertium, Stephan. Gratian. *disceptat. forens. cap.* 13. *n.* 55. & *cap.* 171. Farin. *p.* 4. *decis.* 110 Reynoso *observ.* 47. Et pro scribente faciunt aliqualem præsumptionem, Bart. *in leg. administrandi, num.* 27. *ff. de jurejur.* Surd. *decis.* 199. *num.* 1. Menoch. *cons.* 39. *num.* 131 Mascard. *de probat. concl.* 973. *num.* 3. & *concl.* 1213. *num.* 25. De mercatoribus vide aliqua per Mex. *tract. taxæ panis, concl.* 5. *num.* 137. Et de laudibus mercatorum, vide eundem *num.* 140. Sfort *de integrum restitut. quæst.* 7. *art.* 16. Cur. Philip. *tom.* 2. *lib.* 1. *cap* 10. *num.* 6.

Verbo METUS.

METUS non præsumitur, *l.* 2. *Cod. de eo quod metus causa*, cum aliis, de quibus per Mascard. *de probat. concl.* 1051. Menoch *de præsumpt. lib.* 3. *præsumpt.* 126. Surd. *decis.* 194. *n.* 122. Flamin. *de resignat. lib.* 13. *quæst.* 1 *num.* 71. Et quo pacto probetur? Vide Farin. *p.* 5. *decis.* 40. & 42.

Metus minor magis excusat mulierem, quàm masculum, Surd. *decis.* 149. *n.* 24. Flamin. *d. quæst.* 1. *num.* 61. ubi *num.* 62. quod minor metus magis cadit in puerum, quàm in virum.

Metus cadens in constantem virum quis dicatur, relinquitur arbitrio judicis, Flamin. *de resignat. lib.* 9. *quæst.* 25. *num.* 38 & *d. lib.* 13. *quæst.* 1. *num.* 59. Et arbitrio judicis relinquitur, quæ sit causa justi metus, gloss. verbo *metum*, ubi Barbosa plures refert, *n.* 6. *in cap. dilectus, de his quæ vi.* Et metus justus, ac cadens in constantem virum, quibus modis probetur. Vide eundem *ad cap. ult. de appellat. num.* 3. *cum sequentibus, in cap. unic. num.* 6. *de his quæ vi, lib.* 6. ait quod ut metus excuset, vel rescindat actum, debet esse justus, cadens scilicet in constantem virum, & non vanus.

Metus cadens in constantem virum excusat, Flamin. *de resignat. lib.* 13. *q.* 1. *n.* 52. *cum seq.*

Metus justus inducitur ubi agitur de perdendo magnum lucrum, vel de incurrendo grave damnum in rebus propriis, Barbosa *ad cap. ult de appellat. num.* 9. ubi *num.* 11. quod ex minis, quando sunt illatæ à persona potente, & solita minas exequi, aliàs secus: & *num.* 13. ex comminatione excommunicationis, intelligendo per eundem, *in cap. ad audientiam* 4. *de his quæ vi.* Et excommunicationis timor cadit in constantem virum, si excommunicatio sit injusta, & de facili appellando superior adiri non possit, Mascard. *de probat. concl.* 1051. *num.* 50 Flamin. *de resignat. lib.* 13. *quæst.* 1. *num.* 229. & *num.* 134. *cum sequentibus*, Barbosa *in dicto cap. ad audientiam. num.* 3.

Metus cadens in constantem virum inducitur ex carceratione, *l. qui in carcerem, ff. quod metus causa, l. nec timorem* 8. *ff. eod. tit.* cum traditis per Sanchez *de matrim. lib.* 4. *disput* 5. *num.* 9. De procuratione metu facta, vide Rebuff. *de pacific. possessor. num.* 230. Et de aliis casibus pertinentibus ad metum gravem & cadentem in constantem virum vide Bonacin. *de natura, & proprietatibus matrimonii quæst.* 3. *puncto* 8. *num.* 6. Ubi etiam docet quod relinquendum est arbitrio prudentis viri judicare, quinam sit metus cadens in constantem virum, & qui non cadens, & vide Farin. *de delict. p.* 1. *lib.* 1. *tit.* 2. *quæst.* 15. *num.* 55. Ubi ait, quod dicitur metus cadens in constantem virum, amittendo partem bonorum.

Metus censetur excluſus per geminationem actus *l.* 2. *Cod. de eo quod metus causa*, Menoch. *cons.* 1. *num.* 297. & *de præsumpt. lib.* 3. *præsumpt.* 126. *ad finem.*

Metus censetur durare durante causa ejusdem, quamvis in exterioribus ostendatur plena & omnimoda libertas; ex Bart. *in l.* 2. *numero* 7. ubi Bald *numero* 8. *Cod. de his quæ vi*, Dec. *cons.* 219. *numero* 7. *lib.* 2. Roland. *cons.* 95. *numero* 32. *vol.* 1. Menoch. *dicto lib.* 3. *præsumpt.* 4. *numero* 22. Mascard. *de probat. concl.* 1055 *numero* 36. Gom. *tom.* 2. *var. cap.* 14. *num.* 27. Garcia *de nobil. gloss.* 17. *num.* 47. Gam. *decis.* 346. *num.* 4. quod procedit, quamvis magnum temporis intervallum intercedat, ex Baldo Dec. Gom. & Gam. *citatis locis*, Guter. *cons.* 16. *num.* 15.

Metus reverentialis an excuset? Vide Menoch. *de præsumpt. lib.* 3. *quæst.* 127. *num.* 14. & *de arbitr. lib.* 2 *casu* 136. *num.* 9. & *cons.* 1. *num.* 493. Cald. *in l. si curatorem*, verbo *læsis*, *numero* 40. *Cod. de in integrum restitut. min. & de renovat. quæst.* 16. *num* 59. Flamin. *de resignat. lib.* 13. *quæst.* 1. *num.* 166. *cum sequentibus*, Guter. *cons.* 16. *num.* 16. *cum sequentibus*, Burg. *cons* 5. *num.* 11. Valasc. *consult.* 136. *num.* 21. Surd. *dec.* 194. *num.* 29. Sanch. *de matrim. lib.* 4. *disp.* 6. *num.* 7. Farin. *de delict. p.* 1. *lib.* 1. *tit.* 2. *quæst.* 14. *num.* 48. & *p.* 4. *decis.* 42. *in addit.* verbo *Reverentia*, & de precibus importunis, vide eundem *dicta p.* 4. *decis.* 40. Addit. ult. & nisi minæ, aut verbera illi adjungantur, non cadit in virum constantem. Barbosa *ad cap. ex literis* 11. *de desponsat. impuberum*, *num.* 2. Et in maritis non excusat metus reverentialis, nisi nimia crudelitas, minæ, aut verba injuriosa concurrant, Molin. *de primog. lib* 3. *cap.* 3. *num.* 9. ubi *n.* 10. quod metus minor requiritur in muliere, quàm in viro: & *num.* 11. quod metus reverentialis simul cum enormissima læsione sufficiens est ad primogenii recisionem.

Verbo MILITARE; MILITARIS, MILITES, MILITIA.

MILITUM antiquorum privilegia competunt militibus nostri temporis, Bernard. Græv. *in pract. Cam. Imper. lib.* 2. *concl.* 118. Et de militibus nostri temporis, vide Bobadil. *lib.* 4. *Polit. cap.* 1. *n.* 14. Privilegio *de homenagem*, non potiuntur centuriones, vulgò *Capitaëns*? signiferi, vulgò *Alferez* & Sargenti constituti in Ordinationibus militaribus à Rege per loca dispositi, qui licèt equitum privilegio fruantur, non tamen equitum confirmatorum, ita Valasc. *tom.* 1. *allegat.* 13. *à num.* 264. quod notatur ad intellectum Ordinat. *lib.* 5. *tit.* 120. *in princip.*

quæ non comprehendit Equites *de cota darmas*, ex-Valasc. *d. allegat.* 13. *num.* 239. Qui dicantur Equites confirmati, & quæ observare debeant, vide apud Ordinat. *lib.* 2. *tit.* 60.

Milites qua ætate excusentur ire ad bellum? Vide Greg. *l.* 3. *tit.* 19. *part.* 2. verbo *sententia*, Roman. *sing.* 123. Rebuff. *tom.* 2. *ad leges Galliæ, tit. de Registris, f.* 514. *num.* 14. Cabed *decis.* 29. *num.* 3. *p.* 2. ubi quod minor 18. annorum, & ætas 70. annorum excusat. Et quid si de proximo quis uxorem duxit, an excusetur illo anno Vide *Dent. cap.* 24. & in hoc Regno semper fuit consuetudo, quod in primo anno matrimonii non cogeretur sponsus ire ad bellum, & ita dixit condiça vus Mendez de Vasconcellos Regi Dom. Joanni I. bonæ memoriæ, ut refertur *in ejus Cronica, cap.* 100. *ad finem.*

Militare in qua ætate quis possit compelli? Vide Numer. *cap.* 40. & 42. Gloss. *in l.* 2. *Cod. de his qui non impletis stipendiis, lib.* 10. Liv. *decade* 3. *lib.* 1. & 3. Joan de Pineda *super Jo. cap.* 7. *vers.* 2. *pag.* 201. Tiraq. *ad l.* 6. *connub. num.* 8. Thom Valasc. *tom.* 1. *allegat.* 7. *n.* 27. *cum seqq.* Just. Lypsi. *de militia Romana, lib.* 1. *dial.* 2. *pag.* 16. *cum seqq.* Balthas. Ayala *de jure & offi io belli, lib.* 3 *cap.* 4. *num.* 14. Gregor. Lopez, Roman. Rebuff. & Cabed. *dicti locis.*

Militia nobilitat, Tiraquel. *de nobilit. cap.* 8. *num.* 2 *cum seqq.* Guter. *pract. lib* 3 *quæst.* 17. *num.* 147. quamvis, quod militia non sit dignitas, est text. *in l. fin. Cod. de paganis*, ibi: *Dignitatis, vel militiæ*, Tiraq. *dicto cap.* 8 *num.* 8.

Milites verè sunt Duces & Comites, Menoch. *cons.* 1. *num.* 152.

Militiæ Ordinum militarium sunt licitæ, Menchac. *illustr. cap.* 105. *num.* 47.

Militarium Ordinum hujus Regni Magistri, & Administratores perpetui habent jurisdictionem ordinariam in omnibus causis, & personis ipsorum Ordinum Reynoso *in suis observat. pract. observ.* 54.

Milites Ordinum militarium, Christi Domini, Divi Benedicti, S Stephani, & S. Lazari, D. Jacobi, Calatravæ, & Alcantaræ, atque alii, an sint verè Religiosi? Vide pro utraque parte Doctores citatos per Barb. *de officio & potest. Episcopi, allegat.* 12. *n.* 46. quibus adde Flamin. *de resignat. tom.* 1. *lib.* 6. *q.* 1. *n.* 118 *cum seq.* Flor. *var. q.* 21. *num.* 205. Sayr. *Clavis Regia lib.* 6. *cap.* 9. *n.* 10. Thom. Valasc. *tom.* 1. *alleg.* 29. *n.* 110. alleg. Valasc. *consult.* 148. *num.* 5. Phœb. *decis* 85. *n.* 1. *p.* 1. Cardos. *in praxi judic. & advocat.* verbo *Regulares, num.* 3. Reynoso *observat.* 1. Cæsar. *p.* 3. *select. de Eccles. Hierarchia, disp.* 14. § 6 *à num.* 3. Et Equites Sancti Joannis Hierosolymitani sunt verè Religiosi, Flamin. *d. quæst.* 2. *num.* 120. Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancellar. glos.* 8. *num.* 37. *cum duobus seqq.* Phœb. *p.* 2. *decis.* 171. *num.* 18. ubi *num.* 19. quod filii eorum sunt incestuosi.

Milites Ordinum militarium habent beneficium regulare, & præceptoriæ, vulgò *Commendæ Ordinum Militarium*, sunt verè beneficia Ecclesiastica, Azor. *instit. moral. p.* 2. *lib.* 3. *cap.* 26. *quæst.* 9 *col* 298 Garc. *de benefic. p.* 1. *cap.* 1. *num.* 1. *cum seq.* Cabed *decis.* 64. *num.* 11. *p.* 2. cum aliis citatis per Cæsar. *dicto* §. 6. *num.* 1. ubi *num.* 2. alios citat pro contraria parte negativa, nempe quod præceptoriæ non sint beneficia Ecclesiastica.

Milites Ordinum militarium gaudent fori privilegio, etiamsi professi non sint, Barbosa *dicta allegat.* 12 *num.* 45. ubi etiam addit, quod in hoc Regno Milites Ordinis Domini nostri Jesu Christi, potiuntur privilegio exemptionis, si habuerint præceptoriam militarem, vulgò *Commenda*, aut aliquam tenentiam, seu panem civilem, cum habitu illius Ordinis, vulgò *tersa*. Idem disponit Ordinat. *lib.* 2. *tit.* 12. §. 2. & tradit Gabr. Pereira *p.* 2. *de manu Regia, cap.* 58. *in princ. ao menos de quinze mitre.* Valasc. *consult.* 131. *num.* 5. *tom.* 2.

Milites commendatarii excusantur à gabellis, portagiis, sicla, & aliis tributis, Phœb. *p.* 1. *decis.* 85. *n.* 3. *junctо num.* 10. & 21. Reynoso *observat.* 2. ubi *observat.* 3. ait, quod marito mortuo privilegia, quæ eis competunt ratione nobilitatis, extenduntur ad illorum uxores viduas, secus est in privilegiis, quæ competunt ratione officii, & dignitatis illi annexæ: & *observat.* 4. quod filii eorum ante matrimonium susceepti sunt spurii, non naturales.

Milites Christi possunt facere testamentum, Molin. *de primog. lib.* 2. *cap.* 9. *num.* 69. alter Molin. *de justit. disput.* 141. Azor. *instit. moral. p.* 1. *lib.* 13. *cap.* 5. *col.* 1285. *quæst.* 1. Valasc *consult.* 108 *num.* 7 Fr. Emman. Roderic. *tom.* 3. *quæst. regular. quæst.* 29. *art.* 7. & *quæst.* 69. *art.* 7. contra Navar. *de redditibus, quæst.* 3. *monito* 13. Et quomodo possint disponere in testamento circa filios? Vide Phœb. *p.* 1. *decis.* 68. *num.* 13. ubi asserit judicatum patre testante, quod testamentum minùs solemne non est inter illegitimos adimplendum: ubi addit, quod nobilis habens ascendentes solam tertiam potest relinquere naturalibus, ex Ordinat. *lib.* 4. *tit.* 92. §. *fin.*

Verbo MINOR.

MINOR ætas probatur ex datione tutoris, & curatoris, Hyppolit. *cons.* 19. *n.* 15. & 16. Alciat. *reg.* 2. *præsumpt.* 14. *num* 8. Menoch. *de præsumpt. l.* 2. *præs.* 50. *num.* 40. & *lib.* 6. *præs.* 45. *num.* 44 Mascard. *de probat. concl.* 666 *num.* 34. *cum seqq.* & *concl.* 674. & *concl.* 826. *num.* 7. & *concl.* 1045. *num.* 19. & *concl.* 1059. *n.* 33. Cota *in memorab.* verbo *decretum* 1. Surd. *decis.* 133. *num.* 14. Gam. *decis.* 350. *n* 1. Cald. *in l. si curatorem*, verbo *cum non absimi is, num.* 4. *vers. ad hæc*, & verbo *minoribus, n.* 34. Joseph. Ludovis. *decis. Perus. l. n.* 16.

Minori conceditur restitutio probando se læsum facilitate sua, vel dolo adversarii, *l. minor autem magistratus*, §. *fin autem*, *ff. de minor.* Menoch *cons.* 100. *n.* 289. & *lib.* 3. *præsumpt.* 182. *num.* 14 Mascard. *concl.* 1058. *num* 25. Cald. *in d. l. si curatorem*, verbo *sua facilitate, Cod. de in integrum restit. minor.* Alci at. *de præsumpt. reg.* 2. *præsumpt.* 42. *n* 6.

Minor an restituatur adversùs recognitionem? Vide Avend. *de exequend mandat. p.* 2. *cap.* 30. *n.* 7.

Minor 25. annis mercator non restituitur adversùs contractus quos fecit, Strach. *de mercat. p.* 3. *num.* 26. & 27. Menoch. *consil.* 1. *num.* 350. Cald. *in l. si curatorem*, verbo *lasis, num.* 35. *Cod. de in integrum restit. min.*

Minor non est restituendus cum damno tertii, Flamin. *de resignat. lib.* 11. *quæst.* 4. *n.* 74.

Minori conceditur restitutio adversùs tertium possessorem, in quem res fuit alienata, *l. minor* 39. *in princip. ff. de evict. vult. ad finem, Cod. de repudiat. hæreditat. in causa* 14 § *ult. ff. de minor.* Flamin. *de resignat. lib.* 3. *quæst.* 7. *num.* 51.

Minor 25. annis restituitur in renovatione emphyteusis non postulata intra annum, Cabed. *decis.* 205. *num.* 8 *p.* 1

Minor restituitur ad appellationem omissam, Menoch. *de præsumpt. lib.* 3. *præsumpt.* 82. *num.* 8. *cum seqq.* Mascard. *de probat. concl.* 960. *num.* 17. *cum sequentibus & concl.* 1058. *à num.* 17. & *concl.* 1273 *num.* 6. Cald. *in d. l. si curatorem*, verbo *vel adversarii dolo*, *num.* 18. *Cod. de in integrum restitut. min.* Guter. *lib.* 3. *pract. q.* 37 *num.* 17. Flamin. *de resignat. tom.* 2. *lib.* 11. *quæst.* 4. *n.* 56. Flor *var. quæst.* 5. *num.* 6. Et tempus 30 dierum datum ad respondendum, an emphyteusim retinere malit, currit

currit minori domino directo, Cald. *de resolut. emphyt. cap.* 14. *num.* 21. *cum seq.*

Minor in restitutione debet probare, se esse intra quadriennium concessam ad restitutionem *cap. constitutus, de integrum restitut.* Menoch. *cons.* 100. *num.* 289. Mascard. *de probat. concl.* 1058. *num.* 132. Cald. *in d. l. si curatorem*, verbo *infrà*, *num.* 19. *Cod. de in integrum restitut. min.*

Minor quando puniatur in delictis? Vide Barb. *in collect. ad cap.* 1. *delict. puerorum*, *n.* 4. & 5. ubi quod minores mitiùs puniuntur, & ratione minoris ætatis pœna est minuenda, & adversus confessionem delicti factam in judicio minor restituitur.

Minor læsus in renunciatione beneficii non potest remedio restitutionis uti, quandocunque in renuntiatione læsus non est, gloss magna *in c. ex parte. de restit. spoliat.* Menoch. *de interdict remed.* 10. *recup. possess. n.* 104 Cald. *in d. l. si curatorem*, verbo *læsi*, *n.* 38. & 39. Put. *p.* 1. *decis.* 437. & *p.* 3. *decis.* 9. Peregrin. *de privileg. fisci*, *lib.* 5. *tit.* 2. *n.* 46. Flamin. *de resign. tom.* 1. *l.* 3. *q.* 7. *n.* 10. *cum seq.* Azor. *instit. moral. p.* 2. *l.* 7. *c.* 20. *col.* 881. Garc. *de benefic. p.* 11. *c.* 3. *n.* 60. Et an in beneficialibus detur restitutio? Vide Farin. *decis.* 598. *in novis.* Et quod minor 14. annorum potest renuntiare beneficio, asserit Flamin. *d. q.* 7. *n.* 58 Item minor 25. annorum in beneficialibus, quamvis reputetur pro majore, juxta text. *in cap. fin. de judic. l. sexto*, Flamin. *d. q.* 7. *n.* 3. conceditur illi restitutio, Cov. *var. lib.* 1. *cap.* 5. *num.* 8. pluribus citatis Cald. *in d. l. si curatorem*, verbo *implorare*, *n* 38. qui *n* 41. concludit, quod minor in beneficialibus restituitur ad appellandum, quamvis contrarium sequatur Cardoso *in praxi judicum*, & *advocat.* verbo *minor*, *num.* 48.

Minores de Observantia, & Capucini sunt incapaces hæreditariæ successionis, Barbosa *in collect. ad Concil. Trident. sess.* 25. *de Regular. cap.* 3. *n.* 2.

Verbo MISSA.

MISSA licèt dici non possit, nisi in Altari consecrato, *cap. Altaria, de consecrat. dist.* 3. Fr. Emman. Roderic. *quæst. Regular. tom.* 1. *quæst.* 18. *art.* 1. nec in altari portatili, attenta dispositione Sacri Concilii Trident. *sess.* 22 *sub decreto de observandis & evitandis in sacrific. Missa*, tamen tempore pestis propter periculum infectionis, quæ evenire potest, si una conveniant sani & ægroti, potest Missa celebrari extra Ecclesiam in cœmeterio, argum. eorum quæ notant Guter. *Canon. quæst. cap.* 30. *n.* 24. Navar. *cons.* 1. *sub tit. de constitut. num.* 76 Roderic. *d. tom.* 1. *quæst.* 43. *art.* 4. 5. & 6. & *tom.* 3. *q.* 32. *art.* 12. *in fine*, Azor. *instit. moral. p.* 1. *lib.* 10. *cap.* 26. *col.* 1024. Henriq. *in sum. lib.* 9. *cap.* 27. *pag.* 833 præsertim ubi non ita facilis ad Prælatum datur accessus pro licentia petenda: facit doctrina Innocentii *in cap. venerabilem, ad finem, de elect.* quam refert & sequitur Cota *in memorab.* verbo *par. p.* 657 & quæ Avil. *ad cap.* 1. *Prætor. fol.* 46. *n.* 22 & ita observatum vidi in territorio Vimaran. grassante peste anno Domini 1599. quæ incepit mense Maii ejusdem anni, & duravit mense Septembri.

Missæ sacrificium ut celebratur Dominicis, & festivis diebus, tenetur Parochus dare candelas & cereos, & non parochani, quia cum parochiani his diebus teneantur audire missam, *ap. ut dominicis, de parochiis*, exornan t plures relati per Cened. *ad Decretal. collect.* 104 & concordat constitutio Archiepiscopat. Brachar. *tit.* 9. *constit.* 2. etiam parochus tenentur audire sacrum, ex Soto relato per Guter. *Canon. quæst. cap.* 30. *num.* 3. & cùm Missa non possit dici sine lumine, imo sine duabus candelis, vel cereis, ut resolvunt P. Comitol. *respons. moral. lib.* 1. *quæst.* 49. *num.* 1. & citati per Cened. *ad Decretal. collect.* 44. *num.* 2. manifestè convincitur, quod parochus tenetur dare candelas. Et si parochiani aliquando devotionis causa aliquos cereos, vel candelas ponunt, quando Missa celebratur, non potest parochus eos cogere, ut ponant in futurum, argum. Bart. doctrinæ *in l. cùm de in rem verso*, *num.* 9. *ff. de usuris*, de qua Gam. *l.* 45. *Tauri*, *num.* 172. Menoch. *de arbitr. casu* 160. *num.* 17. Mascard. *de probat. concl.* 991. *num.* 2. Nec potest competere parocho interdictum, *unde vi* cum sit præstatio personalis, ex gloss. *in l. Regulariter*, *ff. de petit. hæreditat.* Gom. *ubi proximè*, Menoch. *de interdict. remed.* 1. *recuper. possess. num.* 87. Obstat tamen supradictis, quod dicta doctrina Bart. non procedit quando datur favor causæ piæ, Abb. *in cap. suam*, *num.* 8. *de simonia*, Covar. *lib.* 1. *var. cap.* 17. *num.* 3. Hyppolit. *sing.* 191. Surd. *de alim. tit.* 1. *quæst.* 60. *num.* 9. Et sufficiunt decem anni, secundùm Abb. *ut suprà*, *num.* 9. Cov. *d. num.* 1. Gregor. Lopez *ad l.* 15. verbo *de su officio*, *ad fin. tit.* 17. *part.* 1. Dec. *cons.* 214. *num.* 2. *ad finem.* In Conimbricensi Episcopatu est constitutio, quæ præcipit habere lumen accensum diu noctuque ante Sanctissimum Sacramentum, probatur *tit.* 5. *de Sacramento de Eucharistia*, *constit.* 6. & quod ad populum ac parochum pertinet facere hos sumptus: refert Barbosa *de parochis*, *cap.* 20. *num.* 29. *cum sequentibus*, & *ad cap. sanè* 10. *num.* 6. *de celebrat. Missarum*

Missa quando celebratur in diebus de præcepto, an teneatur parochus eam applicare pro præcepto? Respondetur quod si sit considerandum jus positivum, & institutio beneficii, non tenetur parochus applicare sacrificium pro populo singulis diebus; nam diversa sunt obligatio ad celebandum & obligatio ad applicandum, cùm aliquis obligari possit ad celebrationem, quamvis non obligetur ad applicationem, cum instituatur beneficium curatum ad animas doctrina, & sacramentorum administratione pascendas, & non debentur proventus pastorales præcisè, ut celebrent ad intentionem populi, sed ratione potiùs officii pastoralis, nisi aliud consuetudo præscribat, cui standum est: ita Nav. *in man. cap.* 25. *num.* 92. Vasquez *p.* 3. *disp.* 234. *art.* 6. *cap.* 6 Possevin. *de officio Curati*, *cap.* 2. *n.* 4. Fraxinel. *de obligat. Sacerdot. sect.* 3. *prænot.* 2. §. 2. Aloys. Ricc. *decis. Cur. Archiepiscopat. Neapolit. p.* 4. *decis.* 201 P. Suar. *tom.* 3. *disput.* 86. *sect.* 1. *vers. de beneficiis igitur*, Valer. Reginald. *in praxi fori pœnitent. lib* 23. *num.* 238. & citati per Bonacin. *de Sacrament. Eucharistiæ*, *disput.* 4. *quæst. ult. puncto* 7. *in* 2. *propos. num.* 5. Attamen juxta decreta & disposita per Sacrum Concil Trident. *sess.* 23. *cap.* 1. *de reformat. in principio*, videtur quod parochus tenetur Missæ sacrum suis ovibus applicare juxta boni, & prudentis viri arbitrium, ex Bonacina *ubi proximè*, de quo vide *Constitut. Bracharens. constit.* 4. *tit.* 14. hanc partem fovet Sacra Concilii Trident. Congregatio *in decreto de celebrat. Missarum, de mandato felicis recordat. S. D. Vrbani Papæ octavi emanato* ita Gavant. *in comment. ad rubricas Missalis. tom.* 1. *p.* 3. *tit.* 12. *num.* 5. Verba hujus decreti ita sonant, videlicet: *Ad quartum respondetur, Sacerdotes quibus diebus tenentur Missas celebrare ratione beneficii, seu Capellæ, legati, aut salarii, si eleemosyna pro aliis etiam Missis celebrandis susceperint, non posse eadem Missa utrique obligationi satisfacere.*

Missam celebrans ante matutini officii celebrationem, non peccat mortaliter, Bonacina *de Missæ sacrificio*, *disput.* 4. *quæst. ult. puncto* 9. *num.* 7. & *de horis Canon. disp.* 1. *quæst.* 3. *puncto* 4. *in secunda propo-*

ſit, *num.* 11. Vincent. Filliuc. *tom.* 1. *moral. quæſt. tract.* 5. *de Euchariſtia quatenus eſt ſacrificium, cap.* 5. *à n.* 139. Barboſa *de offic. & poteſt. Epiſcopi. alleg.* 24. *n.* 15.

Miſſa quando poſſit celebrari per ſubſtitutum ab illo, qui tenetur celebrare? Vide Steph. Grat. *diſcept. forenſ. cap.* 800. *num.* 4. *cum ſeqq.*

Miſſæ præcepto ſatisfacit qui Græcam Miſſam audit, Sa *in Aphoriſmis confeſſariorum*, verbo *Miſſa auditio, pag.* 461.

Miſſæ ſacrificium remittit peccata venialia, Barboſa *in collect. ad Concil. Trid. ſeſſ.* 22. *de Sacrificio Miſſæ, cap. primo, num.* 30.

Miſſæ ſacrificium exhibet levamen, & ſubſidium aliquod certum pœnarum iis qui ſunt in purgatorio, Barboſa *d. ſeſſ.* 22. *c.* 2. *num.* 7. ubi *num.* 8. quod Miſſas, vel officium defunctorum poteſt quis humanis ſibi celebrari facere: & *num.* 9. quod fideles majora beneficia ſibi comparant, ſi Miſſas curent ſibi celebrari dum vivunt, de quo etiam Cened. *pract. quæſt.* 28. *in fine*, ubi addit quod non dicantur orationes, quæ monſtrant aliquem jam mortuum, ut v. g. *Inclina Domine.*

Miſſam de Requiem melius eſt, quàm de feſto celebrare in diebus duplicibus, qui non ſunt de præcepto, ut obſervent ſanctificati juxta inſtitutionem capellæ, aut voluntatem defuncti, ut reſolvunt Par. Fr. Authon à Nativitate *tract. de purgatorio, lib. ſexto, cap.* 4. & Anton. Ferdinandus de Moure *p.* 1. *do compendio da doutrina moral, cap.* 5. *de divino ſacrificio da Miſſa, §.* 19 *pag.* 77.

Miſſarum ſuffragia non poſſunt impleri extra locum deſignatum à teſtatore, Phœb. *deciſ.* 47. *& deciſ.* 100. *p.* 1. *& deciſione* 154. *n.* 13. *p.* 2.

Miſſæ pitancia utrum taxari poſſit, & Sacerdos qui aliquam pecuniæ quantitatem accepit pro dicendis Miſſis, ſi eas celebrari facit minori pitancia, poſſit licitè ſibi retinere reſiduum ejus, quod ipſi datum fuit? Vide Cened. *pract. quæſt.* 27. Barboſa *in collect. ad Conc. Trid. ſeſſ.* 22. *de Sacrific. Miſſæ, in princ. n.* 8.

Miſſarum onus impoſitum rei legatæ, ut perpetuò ex illius redditibus celebrentur Miſſæ, an efficiat majoratum, vel rem inalienabilem, & quid ſi cum illo onere Miſſarum adjiciat expreſſa prohibitio alienationis, vide Reynoſo *obſerv.* 68. & 69.

Miſſarum reductio ad minorem numerum facienda eſt in Synodo. Concil. Trident. *ſeſſ.* 25. *de reformat. cap.* 4. Barboſa *de offic. & poteſt. Epiſcopi, p.* 2. *alleg.* 29. *& in collect ad Concil. Trid. ſeſſ.* 25. *de reformat. cap.* 4. Bonacina *de Miſſa ſacrificio, diſp.* 4. *quæſt. ult. punct.* 7. §. 2. *num.* 9. ubi refert Doctores etiam ad illud, quod poteſt Epiſcopus abſque Synodi conſenſu commutare, & moderari numerum Miſſarum, quibus adde Themudo *deciſ.* 323. *part.* 3.

Verbo Molendinum, Molendinarius.

MOLENDINA æquiparantur navibus, & tanquam mobilia non veniunt appellatione poſſeſſionum, & terrarum, ex Stephan. Gratian. *diſceptat. forenſ. cap.* 564. *num.* 1.

Molendina poſſunt alienari per tutorem, ſeu Prælatum ſine ſolennitatibus, Menoch. *remed.* 1. *recuper. poſſeſſ. n* 44. Cald. *in l. ſi curatorem*, verbo *contractum, num.* 14. *Cod. de in integrum reſtitut. min.* Guter. *lib.* 3. *pract. quæſt.* 91. *num.* 4. Surd *de alim. tit.* 8. *privil.* 45. *n.* 4. Stephan. Gratian. *diſceptat. forenſ. cap.* 564. *à num.* 18 Item Guter. *de tutel. p.* 2. *cap.* 5. *n.* 61.

Molendina duo, quibus ſervit una cluſa, ambo tenentur contribuere in refectione, Gregor. Lopez *l.* 15. verbo *cada uno*, 32. *part.* 3.

Molendinum qui promiſit reficere, intelligitur de prima vice, Tiraquel. *in l. boves, §. hoc ſermone, n.* 100. *de verbor. ſignificat.*

Molendinum ex quo ſolvebatur penſio, ſi ſit per incendium aut terræ motum, aut publici fluminis alluvionem deſtructum, ut arca ſolum permaneat, tunc emphyteuta non tenebitur reædificare, ſicut nec antiquam penſionem ſolvere, ex citatis per Barboſ. *in remiſſ. ad ordinat. lib.* 4. *tit* 39. *in princ. num.* 18. Secus eſt ſi pro parte res pereat, quia non excuſabitur à ſolutione totius penſionis, Mendez *in praxi, lib.* 3. *cap.* 21. *num.* 56. *in fine*, Stephan. Gratian *diſcept. forenſ. cap.* 557. *num.* 16. *cum ſeqq.* & vide Valaſc. *de jure emphyt. quæſt.* 26. *num.* 8.

Molendinarius, qui tenetur alicui molere granum ſuum non tenetur gratis, ſi poſtea aucta ſit familia. Bobadilla *in Polit. lib.* 3. *cap.* 4. *n.* 28. Joan Maria Nov. *inter deciſiones Aloyſii Riccii, poſt deciſ.* 250. *Cur. Archiepiſcop. Neapolit. num.* 3 *p.* 2.

Molendinum quis poteſt facere in parte ſuperiori, quando ex hoc nullum ſequitur præjudicium molendini, quod in inferiori antea erat conſtructum, *l. hoc jure, §. ex flumine, ff. de aqua quotid. & æſtiva*, Afflict. *deciſ.* 388. *n.* 11. & 12. Gom. *l.* 46. *Tauri, n.* 13 Menoc *conſ.* 43. *n.* 10. *& de præſumpt. l. b.* 6. *quæſt.* 29. *num* 15. quæ procedunt etiamſi ille, qui habet molendinum in parte inferiori, illud prætendat præjudicium, quod propter molendinum novum non ibunt tot ad ejus molendinum, hoc enim intereſſe, quod pendet ex voluntate cuntium, non conſideratur à jure, Alexand. *conſilio* 184. *n.* 1. *lib.* 2 Dec. *conſ.* 244. *num.* 4 Gom. *l.* 46. *Tauri, n.* 12. *col.* 3. Stephan. Grat. *diſcept. forenſ. cap.* 489. *num.* 1. *cum ſeq.* Seſſe *Aragon. deciſ.* 187. *num.* 108.

Verbo Monachus.

MONACHORUM appellatione veniunt moniales, Dec. *in l. fœmina, num* 13. *ff de regul. juris*, Menoch. *de arbitr. caſu* 421. *num. ult.* Rebuff. *in praxi, tit. de Regia ad Prælat. nomin. facienda, §. monaſteriis, pag.* 568. Flamin. *de reſignat. l.* 2. *quæſt. ult.* 71. *cum ſequentibus, & lib.* 3. *quæſt.* 12. *num.* 12. Flor. *var. quæſt. lib.* 1. *quæſt.* 10. *num.* 25. Et Abbatiſſa in adminiſtratione æquiparatur Abbati, Flamin. *de reſignat. lib.* 12. *quæſt.* 4 *num.* 30

Monachus non poteſt eligi in Abbatem, ſeu Priorem monaſterii ſui, ſi non fuerit profeſſus, & attigerit vigeſimumquintum annum, *cap. gullus religioſus de elect. lib. ſexto*, cum aliis per Cardoſum *in praxi judicum & advocat.* verbo *Regulares, n.* 30. ubi *n.* 41. quod non poteſt eſſe executor teſtamenti, niſi habeat licentiam ſui Prælati, ex text. *in cap. religioſus*, ubi *gloſſ.* 2. *de teſtamentis, lib. ſexto*, cum aliis.

Monachus tranſlatus de uno ordine ad alium, bona quæ habet, debent pertinere durante ejus vita ad ſecundum monaſterium, Abb. *in cap. fin. n* 3. *de Regul.* Navar. *in cap. non dicatis*, 12. *quæſt.* 2. *n.* 35. *& in c. ſtatuimus*, 19. *quæſt.* 3. *n.* 22. & 24. *& comment.* 4. *de Reg. n.* 24. *verſ.* 11. & Surd. *de alim. tit.* 9. *q.* 27. *n.* 7. Cov. *in cap.* 1. *de teſtam. n.* 21. Fr. Emman. Roderic. *tom.* 2. *quæſt. Regular. q.* 79. *art.* 2. *& tom.* 3. *quæſt.* 5. *art.* 5. *& quæſt.* 52 *art.* 27. Azor. *inſtitut. moral. p.* 1. *lib.* 12. *cap.* 5. *col.* 1225. & vide Cald. *de nominat. quæſt.* 12. *n.* 62. Tiraquel. *de retract. lig. §.* 1. *gloſſ.* 9. *n.* 105. Greg. *l.* 2. *tit.* 15. *part.* 2. Fr. Emman. Roderic. *tom.* 1. *quæſt. Regular. q.* 30. *art* 10. Phœb. *deciſ.* 63. *p.* 1. Reynoſo *obſervat.* 12. Idem in acquiſitis à Monacho poſtea ejecto, Azor. *dicto lib.* 6. *tit.* 12. *cap.* 16. *col.* 1229 Cabed. *deciſ.* 163. *n.* 1. Rebuff. *in concord. tit. de Regia ad Prælat. nominat. §. ult. n.* 580. Et quid in tranſlato è monaſterio ad beneficium;

Vide Navar. *commento 2. de Regular. num. 6.* Et monasterium secundum tenetur Monacho sic translato alimenta ministrare, Surd. *d. q. 27. à n. 1.*

Monachus Fratrum Minorum in successione non facit partem, nec numeratur, nec est impedimẽto sequentibus ad succedendum, Bald. *in l unica, in princip. n. 11. Cod. de caducis tol.* alii relati per Surd. *de alim. tit. 3. quæst. 1. num. 44.* trahunt etiam Bernard. græv. *in pract. Cam. Imper. lib. 2. concl. 122. considerat. 2* Mart. *de jurisdict. p. 4. cent. 1. casu 99. n. 7.* Stephan. Gratian *disceptat. forens. cap. 676. n. 4. cum sequentibus.* Aloys. Ricc. *in collect. decis. p. 5. collect. 1997.* Et qui decedit cum filio de ordine Mendicantium, videtur decedere sine liberis, Prob. ad Monachum *in cap. ult. de pact. lib. 6. num. 5.* Bart. *in l. ult. num. 2. Cod. quando & quibus quarta pars lib. 10.* Sesse *Aragon. dec. 44. n. 16.* Stephan. Gratian *disceptat. forens. cap. 523. num. 26.* Et incapax habetur pro non scripto, Sanch. *ad præcepta Decalogi, lib. 2. ap. 15. num. 32* Stephan. Gratian. *forens. cap 102. num. 8. cum seq.* Cald. *de nominat. q. 12. num. 49.* Et defertur hæreditas venientibus ab intestato, Farin *de delict. p. 1. lib. 1. tit. 3 quæst. 25. num. 139.* Phœb. *dec. 63. p. 1.* Sesse *Aragon. dec. 44. n. 6. cum sequentibus, tom. 1.*

Monachus an possit exire è monasterio, ut patri vel sororibus indigentibus succurrat? Vide Surd. *de alim. tit. 8. privil. 68. a. 2.* Azor. *instit moral. p. 1. lib. 12. cap. 1. col. 1164. & p. 1. lib. 2 cap. 3. col. 132. & cap. 40. col. 250.* Sayr. *in clavi Regia, lib. 7. cap. 6. n. 13. cum sequentibus,* Henriq. *p. 2. sum. lib. 11. cap. 19. num. 2.* Fr. Emman. Roderic. *tom 2. quæst. Regular. q. 57 art. 3. & 4. & tom. 3 quæst. 13. art. 5. & quæst. 53 art. 5.* Et non tenetur quis ingredi religionem, ut parentibus succurrat, Azor. *dicta col. 132.* Et si pater extrema laboret necessitate, impedit ne filius ingrediatur religionem, Surd. *dicto privileg. 68. num. 4.* & peccat ingrediendo religionem, cùm habeat patrem pauperem, cui possit subvenire, Surd. *de alim. tit. 1. quæst. 29. num. 12.* Sayr. *dicto cap. 6.* P. Comitol. *respons. moral. lib. 2 quæst. 16.* Et non licet deserere parentes ingrediendo religionem, Sanch. *in præcepta Decalogi, lib. 4. cap. 20 num. 3.* ubi *a num. 14.* quod tenetur egredi, quantumvis repugnante Superiore, si necessitas sit extrema.

Monachi qui tenentur dicere Missas, ut possint consequi legatum, quid debeant probare? Vide Stephan. Gratian. *disceptat. forens. cap. 350. num. ult.* Ubi probatio, quod missæ fuerint celebratæ, an spectet ad Monachos, ut possint consequi legatum, & quanto tempore illud præscribatur.

Monachus potest habere emphyteusim, donec vivit in monasterio, Clar. *§. emphyteusis, q. 33.* & *in l. si curatorem,* verbo *implorare, n. 32. C. de in integrum restitut. min. & de r vocat. q. 19 n. 14. cum seq.* Valasc. *consult. 101. num. 6. cum sequentibus,* Cened. *ad Decretal. collect. 144. num. 87.* Avend. *ad l. 40. Tauri, glos. 4. num. 15.* Fr. Emman. Roderic. *tom. 1. quæst. Regular. q. 38. art. 2. & 3. & tom. 2. quæst. 78. art. 9.* Navar. *comment. 2. de Regular. n 55.* Flor. ad Gam. *decis. 6.* Azor. *instit. moral. p. 1. lib. 12. cap. 8. col. 1196.*

Monachus dum vivit naturaliter, ususfructus bonorum, quæ antea possidebat, deferuntur monasterio, Phœb. *p. 1. dec. 13. num. 8.* ubi *num. 9.* quod monasterium dicitur persona potentior, & de prohibitis à jure circa successionem emphyteusis, & *n. 20.* quod Monachi per gloriam vivere censentur.

Monachi pro suo monasterio reputantur testes idonei. Farin. *in praxi crimin. p. 2. tit. 6. de opposit. contra personas testium, q. 60 n. 463.* ubi *n. 465.* ampliat in omnibus fratribus conventualibus, & Regularibus & *n. 466. 467. & 468.* in fratribus Minoribus & prædicatoribus & quodpossunt esse testes in testamento, in quo eorum monasterio aliquid relinquit.

Monachus magis æquiparatur filio, quàm servo, Navar. *tract. de Regular. commento 2. num. 4. & 5 & num. 30. & num. 42. verso, & num. 44.* Clar. *§. testamentum q. 30.* Cald. *de nominat. q. 6. n. 1.* Et quidquid acquirit, monasterio acquirit. Frat. Emman. Roderic. *tom. 3. quæst. Regular. q. 29. art. 5.* Stephan. Gratian. *disceptat. forens. cap. 552. n. 23.* Ubi quod si denegentur ei alimenta per Abbatem, privatur tunc monasterium bonis per Monachum acquisitis.

Monacho possunt pater vel mater, aut ascendentes succedere, Fr. Emman Roderic. *tom. 2. quæst. Regular. q. 128. art. 2.* Valasc. *consult. 24. ad fin.* Ceval. *commun. contra commun. q. 806. n. 36. cum sequentibus,* nam filiatio monasterii dicitur ficta, & à legibus introducta, & filiatio patris dicitur naturalis, & causa naturalis præfertur accidentali, Bart. *in l. qui habet, n. 2. ff. de rei vel.* Menoch. *cons. 1. n. 16.*

Monachus si ante ingressum monasterii fecit testamentum, bona non pertinent ad monasterium, sed ad hæredem institutum, Menchac. *illustr. cap. 102.* Navar. *consult 12. de testam. & comment. 2. de Regular. num. 49. cum sequentibus,* Avend. *ad l. 17. Tauri, num. 4. gloss. 6.* Spin. *in speculo testam. ad gloss. rub p. 6. num. 3.* Fr. Emman. Roderic. *tom. 3. quæst. Regular. quæst. 16. art. 1.* Azor. *instit. moral. p. 1. lib. 2. cap. 6. col. 1188.* quamvis, contrarium, quod bona pertineant ad monasterium, asserat Clar. *§. testamentum, quæst 28. num. 4.* Azor. *dicta p. 1. lib. 12. cap. 2. col. 1169.* & Stephan. Gratian. *disceptat. forens. cap. 568. num. 18.* Marta *de jurisdict. p. 4. cent. 1. casu 23. num. 17 cum seq.* Et post ingressum potest revocare testamentum, Valasc. *de partit. cap. 16. num. 14.* Secus autem post professionem, idem Valasc. *dicto num. 14. 17. & 18.* Navar. *dicto commento 2. num. 53.* Roderic. *dicta q. 16. art. 3. & q. 69. art. 3.* Et non est expectanda mors naturalis Monachi, Azor. *dicto lib. 12. cap. 8. col. 1197.* Xuar. *allegat. 20. num. 16.* Sed hæ opiniones poterunt concordari, nempe quod si quis habens jam propositum ingrediendi religionem, testamentum faciat, tunc bona pertinent ad hæredem, sed si tempore, quo facit testamentum, nihil cogitavit de ingressu, postea ingrediendo videtur voluisse recedere à testamento, & consequenter bona ad monasterium pertinent, Cald. *de nominat. quæst. 6. num. 16.* Perez *tit. 2. lib. 5. Ordinam. t. 67.* Molin. *de primogen. lib. 2. c. 9. num. 44. cum sequentibus,* Roderic. *dicta q. 16. art 2. & q. 69. art. 11.*

Monachus professus testamentum facere non potest, ex Gam. *dec 308. alias 309. num. 2.* Potest tamen ante professionem intra duos menses disponere de bonis suis, juxta Concilium Trident. *sess. 25. de Regular. cap. 16.* & Reynoso *observat. 49.*

Monachus factus Episcopus, quidquid acquirit, Ecclesiæ acquirit. Gabr Pereira *decis. 75. num. 2.* Et non habet bonorum, seu fructuum dominium & proprietatem, Garc. *de benefic. p. 7. c. 19. n. 89* Fr. Emman. Roderic. *tom. 2. quæst. Regular. quæst. 58. art. 3.* Molin. *de primogen. lib. 2. cap. 10. n. 28.* de quo vide Barbosam *in remiss. ad Concil. Trident. sess. 25. de Regular. cap. 2. n. 4.* & ideo testari non potest, idem *de offic. & potest. Episcopi, p. 3. allegat. 114. n. 18.*

Monachis Episcopis concedi potest privilegio Apostolico, ut testentur, Gonzal. *ad reg. 8. Cancel. glos. 11. n. 97.* Gabr. Pereira *dec. 95. n. 7.* Azor. *instit. moral. p. 1. lib. 12. cap. 9. col. 1203.* Navar. *de redditibus Ecclesiast. quæst. 3. monito 11. n. 2.* Fr. Emman. Roderic. *tom. 3. quæst. Regular. quæst. 69. art. 2. & 6.* Molin. *de primogen. lib. 2. cap 9. n. 67.* quem vide *cap. 10. num. 30.* Si semel testamentum fecerit, potest iterum testari, Guter. *pract. lib. 3. q 48. n. 7.* Navar. *dicta q. 3. monito 9.* Sanch. *de matrim. lib. 8. disp. 1. num. 17. & 18.* Aloys. Ricc. *decis. Cur. Archiepiscopat. Neapolit.*

P. 1. dec. 95. n. 3. Et licentia concessa ad testandum non exspirat etiam re integra morte concedentis, Sanch. dicto lib. 8. disp. 28. n. 82. Barbosa in l. divortio, quod in anno, n. 20. ff. soluto matrim. Roderic. dicta q. 69. art. 6. Gonzal. gloss. 1. in princip. n. 35. Et debet præcedere testamentum, idem gloss. 47. n. 48. ubi limitat nisi aliud in illa exprimatur. Et aliqua de Monachis vide per eundem Ricc. in collect. decis. p. 5. collect. 1624.

Verbo MONASTERIUM.

MONASTERIA nova non possunt construi absque Ordinarii loci expressa licentia, cap. unic. de religios. dom. lib. 6. cap. fin. eod. tit. Aloys. Ricc. detis. Cur. Archiepiscopat. Neapolit. p. 2. dec. 75. numero 1. ubi num. 1. refert Bullam Clementis VIII. in qua statuitur, quod Ordinarii non possunt licentiam impartiri, ut erigantur conventus cujuscunque Ordinis Mendicantium, nisi vocatis Prioribus aliorum Conventuum in eisdem civitatibus existentium & causa cognita constiterit dictos novos Conventus erigendos commodè sustentari posse sine aliorum detrimento, de quo etiam in collect. dec. p. 5. collect. 1896 vers. & primò, Stephan. Gratian. discept. forens. cap. 517. num 17. & idem Riccius decis. 140. dicta p. 2. asserit quod hæc Bulla non comprehendit hospitia.

Monasteria Sancti Augustini, Sancti Dominici, S. Francisci, Carmelitarum, & Canonicorum Regularium Congregationis Sanctæ Crucis Conimbricen. habent privilegium trahendi suos adversarios ad Curiam, & eodem privilegio gaudet Sanctus Ordo Societatis Jesu, qui etiam est de Mendicantibus, ita docet Valasc. tom. 1. allegat. 66. Ubi in principio asserit quod idem privilegium conceditur Monasteriis Monialium, & num. 5. limitat in Monialibus Ordinis Cistercienis, siti in oppido de Arouqua, quia illius jurisdictionem habent.

Monasterio donata ob ingressum, possunt repeti, professione non sequuta, Menoch. consult. 396. & de præsumpt. lib. 9. præsumpt. 84. Aloys. Ricc. decis. Cur. Archiepiscopat. Neapolit. p. 2. decis. 77. Azor. institut. moral. p. 1. lib. 12. cap. 3. col. 1170. Stephan. Gratian. discept. forens. cap. 96. n. 24. Marta de jurisdict. p. 4. cent. 1. casu 95. num. 8. cum sequentibus: & vide casum per Fr. Emman. Roderic. tom. 2. quæst. Regular. q. 47. art. 12. & quæst. 77. art. 8. & quæst. 80. art. 2. Surd. decis. 303. num. 8. Pater amittit usumfructum quem habet in bonis adventitiis filii profitentis, Azor. moral. p. 2. lib. 2. cap. 22. col. 194. & 195. Et quando filius ingreditur religionem, non privatur pater usufructu bonorum, Roderic. dicta quæst. 80. art. 2. Azor. moral. p. 1. lib. 12. cap. 8. col. 1196. cum seq. Valasc. tom. 1. allegat. 29. n. 108. ubi plures citat, & n. 110. quod verificatur in militibus Sancti Joannis Hierosolymitani, qui veri sunt Religiosi, & num. 111. quod non verificabitur in filiis profitentibus alium Ordinem militiæ Christi, S. Jacobi, & Sancti Benedicti de Avis.

Monasterium capax successionis non excludit substitutum vocatum sub ea conditione, si institutus sine liberis decesserit, Guter. Canon. cap. 32. per totum.

Monasterium exclusum aut incapax in communi non impedit filium naturalem à successione majoratus, secus est, si monasterium esset capax, quia tunc excluderet filium naturalem, ut resolvit Flor. de Mena lib. 1. var. q. 16. art. 2. n. 9.

Monasterium an possit acquirere bona majoratus in vita Monachi proximioris? Videtur quod non, quia bona ista possideri non possunt intra annum, cùm suâ naturâ non possint alienari. Potest tamen succedere durante vita Monachi consanguinei proximioris, vel Monialis ubi majoratus nullam habet jurisdictionem, aut dignitatem annexam; & postea venire ad sequentem vocatum. Vide Avend. l. 40. Tauri gloss. 4 n. 6. cum sequentibus, ubi n. 12. de Canonico Regulari, Flor. ad Gam. decis. 6. vers. quinta conclusio, & vers. sexta conclusio. Molin. de justit. tom. 3. disputat. 623. Azor. moral. p. 1. lib. 12. cap. 8. quæst. 5. ad finem, Matienz. l. 1. tit. 7. gloss. 1. num. 16. 17. & 18. lib. 5. novæ recopilat. Cabed decis. 733. p. 1. Fr. Emman. Roderic. tom. 2. quæst. Regular. q. 78. art. 12. & 13. Molin. de primogen. lib. 1. cap. 1. a numero 63. Flor. de Mena lib. 1. var. quæst. 16. art. 2. numero 3. & 4. Ubi asserit quod in majoratu, in quo agitur de conservatione agnationis, & ut portet nomen & arma, non succedet monasterium: de quo etiam Roderic. dicto tom. 2. quæst. 71. art. 13. & de militibus D. Joannis Hierosolymitani, vide eundem dicta q. 1. art. 72.

Verbo MONETA.

MONETÆ valor juxta quod tempus considerandus sit, contractusne, an solutionis? Vide citatos per Barbos. ad cap. quinto 18. n. 6. de jure jur. quibus adde Pinel. in rub. Cod. de rescind. vendit p. 1. cap. 3. num. 21. & 22. Surd. consult. 454. Bernard. Græv. in pract. Cam. Imper. lib. 2. concl. 73. in coronide. Stephan. Gratian. discept. forens. cap. 94. n. 65. cum sequentibus, Aloys. Ricc. in collect. dec. p. 1. collect. 1722. Et moneta debet solvi in loco contractus, Gratian. forens. cap. 11. num. 9. Et si dicat contractus quod solvatur moneta in tali specie, nempe ducatorum in auro, conventio partium servanda est, ut in terminis Ordinationum bonorum coronæ, quæ appellantur Regimento da fazenda, cap. 232. tradunt Menoch. consult. 49. num. 12. cum sequentibus, Cov. in tract. de veter. numism. collat. cap. 7. §. unico, n. 2. Guter. pract. lib. 2. quæst. 179 num. 2. Cald. de resolut. emphyt. c. 13. num. 17. P. Comitol. respons. moral. lib. 3. q. 44. n. 7. Grat. dicto loco.

Moneta debet solvi usualis, & in loco frequentata, Barbos. ad cap. fin. de maledicis, num. 10. ubi num. 11. quod debitor tenetur recipere suum debitum, vel condemnationem in suum favorem factam in moneta quantumcunque minutissima: & num. 12. quod aureos auri qui tenetur solvere, non potest solvere nisi aurum: & num. 13. quod monetam sciens esse mutandam, si solvat, mutuet, vel det illam ante legem an teneatur ad restitutionem, remissivè.

Monetas formare, illásque cudere, approbare, & reprobare, est de Regalibus, Barbosa in addit. ad. col. lect. lib. 2. Decretalium, p. 58. col. 1.

Monetæ valorem an Rex possit augere? Vide Boër dec. 237. n. 7. Et quando possit augeri? Vide Cabed. decis. 45. p. 1. Farin. p. 5. de crimine læsæ majestatis, quæst. 115. inspect. 1. n. 63. Et quando Rex sine populo possit mutare monetam? Vide Cov. dicto cap. 7. n. 6. Et damna quæ Reipublicæ & populis causantur ex alteratione monetæ, refert Eduard. Nonius do Leaon in Chronica Regum Portugaliæ, in vita Regis Don Ferdinandi, folio 198. verso. Et an Princeps teneatur facere monetam justi ponderis? Vide Farin. dicta inspect. 1. n. 56. cum sequentibus.

Verbo MORIBUNDUS, MORIENS, MORS, MORTUUS.

MORS probatur per famam, Gregor *lib.* 12. *tit.* 14. *p.* 3. verbo *e dizimos*. Flamin. *de resignat. to.* 2. *ib.* 12. *q* 6. *n.* 19. Surd. *consult.* 530. *n.* 34. *cum seq. cumibus*, Farin. *de delict. p.* 1. *tit.* 5. *quæst.* 47. *num.* 97. *cum sequentibus*, & *p.* 4. *decis.* 38. Quis debeat probare, & quomodo probetur? Vide Aloys. Ricc. *in collect. decis. p.* 5. *collect.* 1685. Et probatur si veste lugubri induti sunt, & justa persolverunt, Stephan. Gratian. *Discept. forens. cap.* 757. *n.* 1. Et per librum Curatorum parochiæ, Barbosa *de offic. & potest. Episcopi*, *allegat.* 32. *n.* 175. *cum seq. & in c. quoniam frequenter, ut lite non cont. n.* 22. Et si quis ascendit navem, quæ naufragium fecit Farin. *dicta decis.* 38. *n.* 1. & ibi additis. Et ad propositum notabis, quod licet aliquid exigere pro exequiis mortuorum, ubi datur consuetudo, Barbosa *in collect. ad cap. suam* 29. *& cap. ad Apostolicam* 24. *de simoniâ*.

Mortis articulus quando dicatur? Vide per citatos à Barbosa *in cap. quod de his* 26. *de sentent. excom. num.* 3.

Mortuus præsumitur qui non reperitur, Stephan. Gratian. *discept. forens. cap.* 78. *n.* 6.

Moribundum qui vexaverit pro debito amittit jus suum, Gratian. *forens. cap.* 18. *n* 56.

Moriens peregrinus dum est in via, sepelitur in Cathedrali, Barbos. *de parochis, cap.* 26. *n.* 35.

Moriens nunquam præsumitur immemor salutis æternæ, ex citatis per Barbos. *in libello de principiis & locis communi utriusque juris*, quibus adde Seraphin. *de privileg. juram. privil.* 44. *num* 7. & 8. Alciat. *præsumpt.* 4. *num.* 1. ubi *num.* 2. & 3. quod quilibet præsumitur innocens à peccato, & alienus à dolo & culpa, & sine vitio. Limita procedere in præjudicium tertii, Menoch. *consult.* 39. *num* 68. *cum sequentibus*. Et mortui dictum habet vim juramenti, Menoch. *consult.* 23. *num.* 9. Et moriens creditur justus, idem *de arbitr. casu* 89. *num.* 30. Flamin. *de resignat. lib.* 12. *q.* 1. *n.* 7 Surd. *dec.* 55. *n.* 11. Farin. *de delict. p.* 1. *lib.* 1. *tit.* 5. *q.* 2. *n.* 28.

Mortis appellatione an veniat mors civilis, sicut naturalis? Et an mors civilis æquiparetur naturali? Vide latissimè per citatos à Barbosa *in dicto lib. de principiis, & locis communi utriusque juris, lit. A, n.* 191.

Mortui plusquam civiliter videntur damnati ad remos in perpetuum, cùm succedant in locum damnatorum in metallum, Cald. *de nomin. quæst.* 25. *n.* 23. Vincent. de Franch. *decis.* 140. *num.* 8. Peregrin. *de jure fisci, lib* 5. *tit.* 1. *num.* 69. Farin. *de delict. p.* 1 *l.* 1. *tit.* 3. *quæst.* 19. *num.* 14. Idem etiam judicium est faciendum de damnatis ad perpetuos carceres propter crimen hæresis, *cap. pen.* §. *ult. de hæretic.* Menoch. *de arbitr. lib.* 1. *quæst.* 80. *n.* 44. Cald. *dicta q.* 5. *n.* 22. Farin. *in praxi crimin. p.* 3. *quæst.* 99. *num.* 46. & damnatus ad mortem naturalem servus pœnæ efficitur, si in vinculis detineatur, Cald. *dicta quæst.* 5. *n* 21. *cum seq. & num.* 46. Surd. *cons.* 394. *num.* 22. Clar. §. *testamentum, q.* 19. *vers. aliquando verò*, Peregrin. *de jure fisci, lib* 3. *tit.* 2. *n.* 9. Cabed. *dec.* 57. *num.* 10 *p.* 2. Gam. *dec.* 362. *n.* 4.

Verbo MULIER.

MULIERIBUS an & quando liceat unguentis & coloribus se fucare, & an eis sine peccato vendi possint, & de fuco fœminarum vide per citatos à Barbosa *ad cap. fucare, de consecrat. dist.* 5. *numero* 1. quibus adde Cened. *ad decretum collect.* 31. & Bobad *in Polit. lib.* 2. *cap.* 17. *n.* 148. Orozco *no thesauro da lingua Espanhola, lit. A*, verbo *Afeite*. Et de ornatu mulierum ac vestimentis, vide relatos per Barbos. *ubi proximè, n.* 2 Quid in Monialibus? Vide Pinel. *in monarchia, lib.* 5. *c.* 19.

Mulier meretrix an permitti debat? Vide Cened. *ad Decretal. collect.* 140. *num.* 2. Mex. *in tract. taxæ panis, concl.* 1. 127. Navar. *de redditibus Ecclesiast. q.* 1. *monito* 54. *n.* 2. Et meretrici datum non potest repeti, cam. *decis.* 223.

Mulier an possit concipere ex animali, aguntPetri Sanch *no triangulo dos virtudes, no tit. da charidade, art.* 18. Par. Martin. del Rio *disquisit magicar. lib.* 2. *q.* 14. *col.* 82. Pined. *lib.* 4. *monarchiæ, c.* 31. §. 1. Joaon. Barros *na* 3. *decade, lib.* 3. *cap.* 4.

Mulier an phleborotomari possit cum periculo embrionis? Vide Azor. *instit. moral. p.* 2. *lib.* 2. *cap.* 26. *col.* 209 Et quomodo proles, Græcè *Embryon*, intus in utero alatur? Vide Orozco *no thesauro da lingua Espanhola, lit. E, fol.* 343. Et quomodo dignosci possit an aliqua fœmina sit virgo? Vide Sanch. *de matrim. lib.* 7. *disp.* 113. *n.* 10.

Mulieres quando excusentur à custodia? Vide Gregor. *lib.* 3. *tit.* 19. *part.* 2. verbo *las mugeres*.

Mulier an possit donare causâ mortis, & testari? Vide Spin. *in speculo testam. ad gloss. rub. p.* 5. *num.* 6. *cum sequentibus*. Et an obligentur naturaliter ex contractu? Vide Menchac. *usufrequent. cap.* 10. Et an possit distrahere? Vide eundem *c* 11. *n.* 8.

Mulier quoad consilii fragilitatem æquiparatur minori, Surd. *decis.* 62. *n.* 38. ubi *n.* 39. quod est fragile consilium.

Mulierum genus avarissimum, *l* 13. *tit.* 11. *part.* 4. Surd. *decis.* 194. *num.* 17. & *decis.* 210. *n.* 31 Mascard. *de probat. concl.* 554. *num.* 4. Tiraquel. *ad l.* 9. *connub. num.* 43.

LITERA N.

Verbo NEGATIVA.

NEGATIVAM qui allegat, illam probare debet Surd. *decis.* 316. *num.* 14. Menoch. *præsumpt.* 1. *n.* 5.

Negativa ubi est fundamentum sive agendi, sive excipiendi, probanda est. Surd. *de alim. tit.* 1. *quæst.* 48. *num.* 56. Flamin. *de resignat. lib.* 10. *quæst.* 5 *num.* 16.

Negativa probatur per productionem scripturæ, Flamin. *de resignat. lib.* 11. *quæst.* 14. *num.* 55. Surd. *decis.* 300. *num.* 11. Menoch. *cons.* 21. *n.* 23. Mascard. *de probat. conclus.* 968. & *concl.* 1190. & *conclus.* 1238. *numero* 18. Cald. *de empt. cap.* 34. *num.* 42. Farin. *de delict. p.* 2. *lib.* 3. *tit.* 7. *quæst.* 65. *numero* 218. *cum sequentibus*. Et probatur per actus incompatibiles, & per actus, quibus positis probatur negativa, vel tacitè resultat, Flamin. *dicta quæst.* 14. *num* 58 & 59 Et probatur per confessionem partis, Flamin. *dicta*

quæst. 14

quæst.14 num.70. Et probatur eo ipso quod contrarium non probetur, idem *lib.10. quæst. 5. numero 13.* Et probari non potest directè, probatur tamen si resolvatur in affirmativam, vel si habet affirmativam implicitam, Barbosa *in cap. accedens, de purgat. canon. num.3.* Et quando negativa per affirmativam implicitam potest probari, utpote si velit probare quod resignatio fuit facta per metum, Flamin. *dicto tract. lib.8. quæst.2. numero 27* Et testes testificantes super negativa debent reddere rationem suorum dictorum, Rebuf. *de reprobat. testium, numero 452* Farin. *de delict. p.2. lib.3. tit.7. quæst.65. num. 230.* Et negativa propriâ naturâ est difficillimæ, & sanè impossibilis probationis, idem Barbosa *in cap. super hoc, de renuntiat. n.7. & 8.*

Negativa quando non sit probanda? Vide per Rebuf. *de except. n.160. cum seqq.*

Negativa magis negat, quàm affirmativa affirmet, ex Surd. *decis.243. num.6.* ubi *n.7. & 8.* alia de negativa.

Negativæ duæ affirmant, Stephan. Gratian. *discept. forens. cap 542. n.21.*

Negativa præposita verbo, *potest*, excludit omnem potentiam, Surd. *cons.364. n.14.*

Negativæ coarctatæ aliqua vide per Stephan. Gratian. *discept. forens. cap.525. n.30. cum sequentibus, & cap.562. n.61. cum sequentibus.*

Verbo Neophytus.

NEOPHYTUS dicitur, qui in ætate adulta baptizatus est, & novus est in baptismate, & non dicuntur neophyti in fide, nisi vel catechumeni, vel qui post catechismum recenter sunt baptizati quod solùm habet locum in adultis, refert Soar. *de censur. disp.44. sect.3. n.5.*

Neophytus non dicitur qui ab ipsa nativitate Christi nomen accepit, licèt deducat genus à Judæorum gente, & filii conversorum qui in infantia fuere baptizati, possunt ordinari, cum non reputentur neophyti, vel qui à tempore decem annorum ad fidem sunt conversi, ut docet Dom. Roderic à Cunha *in comment. ad p. 1. Decreti, dist. 48. in princip.* idem etiam resolvit Sanch. *ad præcepta Decalogi, lib.2. cap.28. numero 16.* de quo etiam Barbosa *ad cap. constitutus 29. de purgat. canon.* Sayr. *de censur. lib.6. n.11. & 12, cap. 13.* Salzed. *in pract. crimin. canon. cap.22. numero 1 juncto numero 8.* Ubi asserit quod neophyti nec à sacris Ordinibus, nec ab Ecclesiasticis beneficiis, sæcularibusque officiis excluduntur, si à nativitatis tempore fidem Christi coluerunt, etiamsi à Judæis, & Saracenis originem habeant, & vide Nav. *in man cap. 27. numero 206.* Ubi addit quod qui sunt Christiani à 10. 20. 30. & 40. annis, non ligantur constitutione seu prohibitione *cap. eam te, de rescriptis*, nec reputandi sunt Neophyti, de quo etiam est videndus Bonacin. *de irregularit. disp.7. q.2. proposit.3. num.5.*

Neophytorum plura, & de trahentibus originem ab eis, & circa statuta prohibentia ne illi admittantur ad Ecclesiastica beneficia, vide Barbosam *de offic. & potest. Episcopi, p.1. tit.2. de Episcopali munere, gloss.27. per totam*, Ricciul. *de Neophytis, cap 4. cum seq.* Ignat de Villar. *in Sylva respons. lib.1. respons. 12. num.31. cum sequentibus.* Et neophyti an prohibeantur assumi in Canonicos? Vide eundem Barbos. *de Canonicis, cap.13. à num.27.* Flamin. *de resignat. lib. 4. q.4. à n.20.*

Verbo Nobilis, Nobilitare, Nobilitas.

NOBILITAS est dignitas à parentibus derivata Bald. *in l. fin. n.4 Cod. de servis fugit.* Palat. *in repetit. rub §.32. num.2.* Et de nobilitate vide Chassan. *in catalago gloriæ mundi, p.8. considerat. 1. cum sequentibus.*

Nobilium appellatione veniunt Doctores, Barbosa *tract. de appellat. verbor. utriusque juris significatione*, verbo *nobilis 164. n.6.* & per literas acquiritur nobilitas, licèt desit propria, Gardiola *da nobreza de, Espanha, cap.9.* & literatæ personæ æquiparantur nobilibus & sublimibus, Barbosa *ad cap. de multa 28. n. 21. de præbend.* & ab eo citatis adde Tiraquel. *de nobilit. cap.5. a.5.*

Nobilitas quando inceperit, & an à Regibus dari possit? vide late Varg. *notat. da nobreza, per totum.*

Nobilitare pertinet ad solum Regem, Cabed *p.1. decis.73. num.1.* & Princeps potest nobilitate quem vult, cuter. *lib.3. pract. q.14. num.58.* Varg. *discurso 7. da nobreza, num. 6. & 7.* & quem Princeps, honorat, etiamsi sit indignus, debet ab aliis honorari, *l. domesticis Cod de domesticis, lib.12.* refert Marc. Anton. Genuens. *in practicab. Ecclesiast. q. 617.* Et generosi viri, vulgò *fidalgo*, plura privilegia vide per Varg. *discurso 12. do dito trat. da nobreza, num.10. cum sequentibus*, & nobilitas aviæ sufficit ut nepos vel neptis possit impunè recipere titulum de Dom, Phœb. *decis. 6. n.6.*

Nobiles debent sedere secundùm antiquitatem, *l.23. tit.1. lib.2. novæ recopilat.* & ibi Azeved. *p.201.* Garc. *de nobili. gloss.35. n.59.* & nobiles debent in sedendo distingui à plebeis, Chassan. *in catal. gloriæ mundi, p.7. considerat.41.*

Nobiles graviùs puniendi, quàm plebeii, *l. omnes delictum, §. augetur, ff. de re milit. c. homo*, & ibi glo.40. *dist.* & vide Mex. *in tract taxæ panis, concl 6. num.22.* Cota *in memorabilib.* verbo *Papa, pag. 654.* Spin. *de testam. gloss.16. princip. n.72. cum sequentibus*, Aloys. Ricc. *decis. Cur. Archiepiscopat. Neapolit p.2. dec.196 n.20.* Cened. *ad Decretal. collect.64.* Tiraquel. *de nobilit. cap.20. n.135. cum sequentibus, & num. 160.* & nobili non est minuenda pœna, Farin. *de delict. p.4. cons.33. n.67.* excusantur tamen à præconio in audientia, si sint condemnati in exilio, Phœb *p.1. decis.18.* & quod mitiùs puniantur, tradit Chassan. *in dicto catal. gloriæ mundi, p.8. considerat.33.*

Nobiles immunes sunt à muneribus publicis, *l. honorem. ff. de muner. & honor. l. præcipimus, l. senatorem, l. quoniam, Cod. de dignit. lib.12. l.3. §. 1. ff. eod. tit. de mun. & honor.* Tiraquel. *de nobilit. cap. 20. numero 168.*

Nobilis pro debito non est detinendus in carceribus, Molin. *de justit. tract.2. disp. 571. numero 10.* Menchac. *illustr. cap.797. num.7.* Phœb. *decis.3. p.1.* Azeved. *ad l. ult. n.7. 56. cum sequentibus, tit.21. lib.4. novæ recopilat.* parlador. *lib.2 rer. quotid. cap.ult. p.5 §.6. n.9.* Secus est si renuntiet huic privilegio, idem parlad. *dicto §.6. num.11.* Garc. *de nobilit. gloss.6. n.18* Ceval. *commun. contra com. q.688.* Barbosa *in l alia, § eleganter, num.13 ff. soluto matrim.* Molin. *ubi proximè, num.16.*

Nobilibus pœna triremium infligi non potest. Aloys. Ricc. *in prax. rerum fori Ecclesiast. decis.528. n.5. & decis. Cur. Archiepiscopat. Neapolit. p.2. decis.93. n.5. & decis. 232. n.1.* idem procedit in filiis Doctorum ut ibidem *dec.279. n.2. dicta p.2.*

Nobiles habent pro se præsumptionem integri-

tatis

tatis & bonitatis, ne videantur delinquere *l.2. in fine. Cod.de debitor.civit.lib.11.* Menoch. *conſ.* 15. *num* 6. *& conſ.*22.*n.*7.*& conſ.*39.*num.*13.*cum ſequentibus, & conſ.*101. *num.* 40. *& de præſumpt. lib.* 5. *præſumt.* 4. *numero* 6. Cot. *in memorab.* verbo *nobilitas, p.* 603. Maſcard.*de probat.concl.* 1248.*n.*97. *cum ſequentibus,* Farin. *conſ.*99.*num.* 73. Bobadil. *in Polit.lib.*1.*cap.*4. *n.*5. Cabed. *p.*2.*deciſ.*73.*num.*5. ubi etiam quod cauſatur ex communi opinione. Et apud Romanos nobiles appellabantur boni, referente Bernardo Moreno de Varga *no dicto lib.intitulado da nobreza, no prologo, lit. A.* Et nobilibus major caſtitas præſumitur, Cald.*de nominat.q.*19.*n.*34.

Nobilitas antiqua præfertur modernæ, Varg. *no dito trat.da nobreza,no prologo,lit. B.* Aloyſ. Ricc. *deciſ. Cur. Archiepiſcop. Neapolit. p.* 1. *deciſ.* 13.*n.*6. & 7.

Nobilis eligi non poteſt ad officium procuratoris Cancellariæ, quando conſuetudine introductum fuit ne hujuſmodi perſonæ ad hoc munus eligantur, Cabed.*arreſto* 89.*p.*1. Et qui electi ſunt à Rege, non poſſunt ſe excuſare, niſi coram Senatoribus Sacri Palatii, idem Cabed *dec.*38.*n.*3 *p.*1.

Nobilitas quo pacto probetur? Vide Cabed.*p.*2. *deciſ.*73.*à num.*11. Farin. *in praxi crimin.p.*1.*quæſt.*17. *num.*101. Et quis dicatur nobilis, vel de genere nobili? Vide Sanch. *de matrim. lib.*8.*diſp.*19.*num.* 6. Bobadil. *in Polit. lib.*1. *cap.*4. *n.*3. *&* 4. Et nobilior eſt qui conſanguineus Regis eſt, garc. *de nobilit.gloſſ.*48. §.5. *num.*1 Et qui eſt proximior Regi in conſanguinitate, præfertur alii, qui non habet æqualem conſanguinitatem, Staphil. *de literis gratiæ, tit.de prærogat. expectat. n.*38. *fol* 100 Gam. *deciſ.*1.*n.*8. Cabed. *dicta p.*2. *arreſto* 73. Garc.*ubi proximè*, & vide Azev. *ad Cu iam Piſanam,lib.*2. *cap.*2.*n.*1. *&* 7.

Nobilibus debetur reverentia, de quo vide plura per Varg. *diſcurſo* 10.*n.*3. *lit. B.*

Nobili dicenti ſe habere mandatum creditur abſque alia probatione, *cap. nobilibus,*17.*diſt.* Tiraquel *de nobilit.cap.*20.*n.*39.

Nobilis non poteſt aliquid petere pro labore, quem impendit in colligendis fructibus Tiraquel.*de nobilit.cap.*37, *n.*49. *& de primogenit.q.*89. Maſcard. *de probat.concl.*979. *num.* 7. faciunt quæ Gam. *deciſ.*216.*n.*1.

Nobilium habitus eſt equitandi, refert Pat. Joan. de Pineda *tom.*2. *in Job.c.*30.*verſ.*22.*p.*485.

Nobilitas pecuniâ acquiri poteſt, juxta illud quod Tribunus dixit *Act. Apoſt. cap* 22. Ego multa ſumma civitatem hanc conſequutus ſum, ubi civitatem, honorem, ſeu nobilitatem civium Romanorum legere debemus, non immunitatem, ſeu civilitatem, referente Bernardo Moreno de Vargas *no l.intitulado da nobreza,diſcurſo* 7.*n.*7. *in gloſſ.lit.C.*

Nobilitas familiarum, & honeſtas ob inopiam perire ſolet, & divitiis conſervatur, Stephan.gratian. *diſceptat.forenſ.cap.*540.*n.*69. Rota *dec.*682. *num.* 5. apud Farin.*p.*2.*recent.* Et nobilitas ſine divitiis ſordeſcit, Menoch. *conſ.*116. *num.*3. *& conſ.*126.*a.n.*28. Burg. *conſ.*31 *num.*44. *& conſ.*9.*num.* 6. Guillelm. *in cap. Raynuntius,* verbo *duas habens filias, n.*131.*cum ſequentibus, de teſtam.* Flamin. *de reſignat.lib.*13.*q.*1. *num* 150. *cum ſequentibus,* Tiraquel.*de nobilit. c.*25. Aloyſ. Ricc. *deciſ. Cur. Archiepiſcopat. Neapolit. p.*1. *deciſ.*216.*num.*9. Varg. *no dito trat.da nobreza, diſcurſo* 9. *num.*5. nam divitiæ nobilitant, Tiraquel; *de nobilit.cap.*3.*n.*3. ubi *n.*22. quod divitiæ & nobilitas æquiparantur.

Nobilis utens officio vili amittit nobilitatem, ejuſque privilegium, ſecus eſt in Hiſpania, Varg.*no dito tratado da nobreza, diſcurſo* 11.*num.*3. *in gloſſ. lit. M.*

Nobilis nemo præſumitur, ſed plebejus, *l.fin. Cod. ut nemo privatus,* Tiraquel. *de nobilit.cap.*10.*num* 13. Perez *ad lib.*4. *legum Ordinam. p* 790. garc. *de nobilit.gloſſ.*11. *n.*51. *& gloſſ.*12 *n.*5. Menoch. *conſ.*321. *numero* 13. *& de præſumpt.lib.*6.*præſ.*60 Maſcard.*de probat.concl.*1090. Guter. *lib.*3. *pract. q.* 13. *num.* 4. Thom. Valaſc. *tom.*1, *allegat.*6. *n.*31. Varg. *no trat. da nobreza, diſcurſo* 7. *num.*8. Cabed. *p.*2.*deciſ.* 73. *num.*10. ubi *n.*11. quod nobilitas poteſt probari per conſanguineos: & quo pacto debeant deponere teſtes, qui teſtificantur de nobilitate? Vide Rebuf.*in tract.nominat.q.*12.*num.*28. Et probatur per famam, ut per Maſcard. *de probat.concl.*1090.*num* 11. Caputaq. *deciſ.*6. *p.*2. Farin. *de delict.p.*1. *tit.* 6. *q.* 47. *num.*101. Seſſe *Aragon. dec.*2.*n.*7. *cum ſequentibus,* Varg. *dicto tract. diſcurſo* 6. *num.*2. Cabed. *dicta deciſ.*73. *num.*15. ubi *num.*19. quod probatur per teſtes de auditu.

Nobilitas & puritas ſanguinis probatur, quando oſtenditur deſcendentes ab eodem genere & origine habuiſſe officia, ad quæ non niſi nobiles, & puri ſanguinis admittuntur, Barboſa *de canonic. & dignit. c.*73.*n.*39. ubi *n.*36. quod puritas ſanguinis probatur per teſtes deponentes de publica voce & fama & communi hominum exiſtimatione.

Nobilem qui ſe facit, cum non ſit, qua pœna teneatur? Vide Farin. *de delict.p.*4. *conſ.*73. *n.*8 Bart. *in l.*1.*Cod.de dignitat. lib.*12. *n.*64. Ubi quòd incidit in pœnam falſi, vel læſæ Majeſtatis, per text. *in l.*3. §.*ult. ff.ad l.Jul. majeſt.* quo cavetur eum teneri crimine læſæ majeſtatis, qui privatus poteſtate magigratus, quid ſciens dolo malo geſſerit, *& l.*1. *&* 2. *in fine,ff.ad l.Cornel.de falſis,* & eſt text.notabilis *inl. eos.* §.*qui ſe pro milite geſſit,ff.eod.tit.* ubi Modeſtinus inquit, qui ſe pro milite geſſit, & illicitis inſignibus uſus eſt, vel falſo diplomate vias commeavit, pro admiſſi qualitate graviſſimè puniendus eſt: quem text. notat Bart. *ibi,* contra eum, qui ſe appellat Doctorem, cùm non ſit. Farin. *dicto conſ.*73. *n* 5. Perez *ad l.*3.*tit.*6.*lib.*8. *Ord nam.p.*191. Flor. *variar.quæſt.*23 *n.*79. Aloyſ.Ricc.*deciſ.Cur. Archiepiſcop.Neapol.p.*1. *dec.*107.*n.*2.

Nobilitas filii poteſt patri ignobili prodeſſe, ut judicatum tradit Phœb. *arreſto* 76.*& dec.*155.*p.*2.& refert Varg. *no tratado da nobreza, diſcurſo* 10.*n.*7. Et parentum merita tranſeunt ad filios, Cald.*conſ.*49 *num.*19. Unde habens filium Epiſcopum gaudet ob filii dignitatem prærogativa nobilitatis, ut non reputetur plebejus, Gam *deciſ.*112. ubi Flor. Farin. *in praxi crimin.p.*1.*lib* 1.*tit.*5.*q.*41.*n.*60. Aloyſ. Ricc. *in praxi fori Eccleſiaſt.deciſ.*545. *ubi proximè.* Stephan. Gratian: *diſcept.forenſ.cap.*590.*n.*15.*cum ſeqq.* Barb. *de offic. & poteſt. Epiſcopi,p.*2. *allegat.*1. *n.*21. *&* 22. Item agricultura non derogat nobilitati, quam quis habet à majoribus ſuis, Varg.*no dito trat. diſcurſo* 15 *n.*2. *ad finem.* An ſi pater ignobilis ſit potiatur filius nobilitate avi qui nobilis fuit? negativè reſolvit Ricc. *deciſ.Curiæ Archiepiſcopat. Neapolit.p.* 1. *deciſ.*216. *n.*3.*cum ſequentibus.*

Nobilitatem nõ amittunt filii nati ex patre nobili, licèt mater ſit ignobilis, *l.*1.*tit.*11.*part.*7. Otalor. *de nobilit. p.*2. *tertiæ partis princip. cap.*7. *num.* 28. Garc.*de nobilit.gloſſ.*7.*num.*19.*verſ.ſed adde.* Et ſi pater ſit ignobilis, & mater nobilis, filius ſequitur qualitatem patris, Tiraquel.*de nobilit.cap.*18.*num* 20.*&* 21. Guter.*lib.*3.*pract.quæſt.*14 *num.*99. Et nobilitas conſideratur ex parte matris, Cabed. *p.*2.*deciſ.* 73. *n.*2. Gardiol. *da nobreza de Eſpanha, cap.*8. ubi quod prodeſt nobilitas matris, quamvis deficiat patris: idé etiam tradit Pichard. *de nobilitate communicativa, diſp.*2.*n.*14.

Nobilitas uxoris amittitur, ſi nubat viro ignobili,

Palat.

Palat. *in repetit. rub.* §. 32. *num.* 2. & 4. Et quando vir plebeius ducit in uxorem nobilem sanguine, non gaudet illius immunitate, nec privilegio, Phœb. *p.* 1. *dec* 17. *n. ult.* Non tamen si fœmina sit Regina, vel alterius dignitatis, & nubat plebejo, Varg. *no trat. da nobreza, discurso* 3. *num.* 13. Et nobilitati mariti participat uxor, ut refert Guardiola *no trat. da nobreza de Espanha, cap.* 4.

Nobilis potest renunciare privilegiis nobilitatis. Ceval. *commun. contra commun. concl.* 688. Bernard. Græv, *in pract. Cam. Imper. lib.* 1. *concl.* 26. *num.* 10. Barbosa *in l. alia*, §. *eleganter, num.* 13. *ff. soluto matrim.* Molin. *de justitia, tract.* 2. *disp.* 571. *numero* 16. Aloys. Ricc. *decis. Cur. Archiepiscopat. Neapolit. p.* 2. *dec.* 211 *n.* 4. Cur. Philipp. *p.* 2. §. 17. *n.* 14. Varg. *no trat. da nobreza, discurso* 12. *num.* 11. & 12. Garc. *de nobilit. gloss.* 6. *n.* 18. Parlador. *lib.* 2. *rer. quotid. cap. fin. p.* 5. §. 6. *n.* 11. Cald. *fa cens. lib.* 1. *q.* 15. *n.* 18. Azeved. *l.* 4. *tit.* 2. *n.* 14. *l.* 6 *nova recopilat.* contrarium refert judicatum Phœb. *p.* 1. *dec.* 48.

Verbo NOMEN.

NOMINA honesta ab omnibus magni æstimantur, & habere pulchrum nomen, est maxima res, Stephan. Gratian. *disceptat. forens. cap.* 798. *num.* 14. *cum sequentibus*, ubi *n.* 19. *usque ad n.* 25. tradit rationem quare non sumus vocati Jesuarii, sicut Christiani.

Nomen, vel cognomen gentilitium alienæ familiæ prohibetur quis accipere in Ordinat. *lib.* 5. *tit.* 92. *l. ult.* de quo vide Bart. *in tract. de insignis & armis, num.* 5. Guillelm. *in cap. Raynuntius, in princip. num.* 57. *cum seq.* & verbo *& uxorem, dec.* 5. *num.* 435. *de testam.* Chassan. *in catal. gloria mundi, p.* 1. *consider.* 46. Azeved. *ad l.* 8. *tit.* 1. *lib.* 4. *nova recopilat.* Mcnoch. *consult.* 30. *n.* 1. & ait Sueton. *in Claudio, c.* 25. peregrinæ conditionis homines vetuit usurpare Romana nomina duntaxat gentilitia. Et qui dicit se ab aliqua tribu gentilitia originem ducere, probare debet, Ceval. *commun. contra commun. q.* 900. *num.* 115. *cum sequentibus*, cum aliis citatis per Barbos. *in remiss. ad Ordinat. dicto lib. tit.* 92. §. *ult. num.* 3. ubi etiam addit quomodo probetur: & talis quis præsumitur qualis nominatur, Menoch. *de præsumpt. lib.* 9. *præsumpt* 30. *n.* 10.

Nominis error quando vitiet? Vide Rot. Rom. per Farin. *dec.* 156. *n.* 4. *cum sequentibus.* Et à nomine determinantur, Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancel. gloss.* 10. *num.* 18.

Nominis proprii expressio an recipiat extensionem; Vide Stephan. Gratian. *disceptat. forens. c.* 637. *num.* 24.

Nominis turpis effectus aliquos, vide per Menoch. *de præsumpt. præs.* 89. *n.* 131. Salzed. *in pract. crim. canon. cap.* 7.

Nomen arguit quem esse talem, vel talem rem esse quæ sic nominatur, Aym. Crav. *consil.* 73. *num.* 14. Cald. *de empt. cap.* 7. *n.* 25. Menoch. *de præsumpt. lib. sexto, q.* 30. *n.* 10. & *consult.* 147. *n.* 2.

Verbo NOMINARE, NOMINATIO, NOMINATUS.

NOMINATIO emphyteutica inducitur, si quis donet, vel leget rem emphyteuticatam, Cald. *de nominat. q.* 1. *n.* 8.

Nominans potest in integrum restitui contra nominationem, Cald. *in l. si curatorem*, verbo *læsis, n.* 75. *Cod. de in integrum restitut. min.*

Nominatus primò censetur magis dilectus, *l. Lucius, ff. de hæred. instit.* cum aliis, de quibus per Menoch. *de præsumpt. lib.* 4. *præsumpt.* 16. Mascard. *de probationib. conclusione* 67. Mantic. *de conject. ultim. volunt. lib.* 7. *tit.* 7. *n.* 3. Peregrin. *de fideicommiss. art.* 7. *num.* 67.

Nominatio ad emphyteusim non potest imponi gravamen, Cald. *de nominat. q.* 18. *num.* 13. & *de renovat. q.* 16. *num.* 23. & *cons.* 8. *num.* 38. & *consult.* 32. *numero* 2. & 3. Valasc. *consult.* 27. *num.* 8. Phœb. *dec.* 157. *p.* 2. Quod notabile adjuvatur ex celebri doctrina Bart. *in l. mortis causa, ff. de donat causa mortis.* Ubi inquit quod nominatus non videtur acceptare emphyteusim à nominante, sed à primo concedente: & nominans ad emphyteusim nihil donat, ex Valasc. *consult.* 132 *num.* 37. Cald. *de potest. elig. cap.* 16. *num.* 3. & 19. Phœb. *dec.* 124. *n.* 9. *p.* 2. unde succedit ratio, & reg. text. *in l. unum ex familia*, §. 1 *ff. de legat.* 2. Si tamen pars non consentiat, valet gravamen, *l. sicut*, §. *venditionis, ff. quibus modis pignus*, facit text. *in l. non videtur, ff. si quid in fraudem patroni*, & *in cap.* 3 §. *præterea, quibus modis feud. amit. l. si voluntate, Cod. ad Vellejan.* expressè tradit Jas. *cons.* 13 *n.* 2. *ad finem*, & *n.* 4. *vol.* 1. & *in l. si fundum per fideicommissum, num.* 79. *ff. de legat.* 1. Cald. *consult.* 31. *numero* 6. & *de nominat. quæst.* 2. *num.* 9. & *de potest. elig. cap.* 16. *num.* 23. Quid si nominans dicat, quod si nominatus recusaverit adimplere gravamen, ex tunc nominat alium, dicit Cald. *de potest elig. cap.* 17. *n.* 15. valere, sed hæc opinio mihi non placet, quia per eam fieret fraus contra intentionem domini directi, à quo nominatus censetur habere: & nominatio, ac electio est actus legitimus, qui non recipit conditionem. Et potest quis eligi ad emphyteusim cum onere præstandi alii fructus invita ipsius electi de bonis eligentis; idem Cald. *de resolut. emphyt. cap.* 10. *num.* 21. & *dicto cap.* 16. *à num.* 15. & *num.* 28. & *cap.* 17. *numero* 9. Gam. *decis.* 70. *num.* 2. Potest etiam emphyteuta jubere, ut ex fructibus emphyteusis aliquid erogetur singulis annis in opus pium, & hæres adeundo hæreditatem tenebitur hoc adimplere, Stephan. Gratian. *disceptat. forens. cap.* 43. *num.* 17.

Nominare potest maritus aliquem in emphyteusim, reservato sibi fructu absque consensu uxoris, Cald. *de nominat. quæst.* 18 *n.* 10. Valasc. *de partit. cap.* 26. *n.* 18. Et potest maritus acquirere emphyteusim sine consensu uxoris, Gam. *dec.* 178. *n.* 7. & *dec* 257. *à n.* 2.

Nominare potest pater filium in emphyteusim, reservato sibi usufructu & legitima, & tenebitur pater filii nominati solvere uxori medietatem pretii, seu melioramenta ipsius emphyteusis, si ipsa nominationi non consensit, secus si consenserit, Valasc. *de partit. cap.* 26. *n.* 18.

Nominatio emphyteutica in testamento facta sortitur naturam testamenti, & ab eo dependet, adeo quod infirmato testamento, nominatio quoque infirmetur, Cald. *de nominat. cap.* 16. *n.* 44. Et concessio pro filiis comprehendit filias: idem Cald. *dicto tract. cap.* 15. *n.* 17.

Nominans ad emphyteusim in vita non potest variare, Cald. *de renovat. q.* 18. *numero* 35. & *de potest. elig. cap.* 4. *numero* 39. *cum sequentibus*, Valasc. *consult.* 102. *num.* 13. & *numero* 18. & 29. Et nominaadi potestas, quando simpliciter, non per relationem ad tempus mortis fuit concessa, nominatio revocari non potest, idem Cald. *dicto n.* 39. ubi etiam quod nominandi facultate alternativè concessa, semel facta electio revocari non potest: & *n.* 42. quod qui habet nominandi potestatem cùm morietur, potest vivus nominare.

Nominatio

Nominatio in vita facta revocabilis morte confirmatur, Cald. *de potest. elig. cap.*13. *numero* 16. ubi *numero* 17. quod morte civili confirmatur nominatio revocabilis, & Monachus potest nominare ad emphyteusim, & deportatus potest nominare, ideo deportatione non confirmatur nominatio: fallit in servo pœnæ, quia confirmatur nominatio: & *numero* 18. & 19. quod variare pluries potest emphyteuta.

Nominatio causa dotis facit donationem irrevocabilem, *l. si ego*, §. *si res*, *ff. de jure dotium*, Guido *decis.* 145. Dec. *consult.* 414. Avend. *ad l.* 44 *Tauri*, *gloss.* 16. Flor. *var. q.* 22. *n.* 18. *cum sequentibus*, Cald. *de potest. elig. c.* 4. *n.* 35.

Nominatio emphyteutica valet, etiamsi hæreditas non adeatur, Phœb. *dec.* 124 *p.* 2. Et deficiente substituto adhuc viget nominatio, Cald. *de potest. eligendi, c.* 17. *num.* 15.

Nominatione emphyteutica domini consensus necessarius non est, quando in concessione libera nominandi, seu eligendi facultas emphyteutæ tributa est, Cald. *de extinct. emphyt. cap.* 21 *n.* 9.

Verbo NOTARIUS.

NOTARIVS omittens solemnitates à jure requisitas in testamento, tenetur ad interesse, Cald. *consult.* 19. *num.* 49. & *de empt. cap.* 1. *num.* 18. Et idem in Notario omittente scribere aliquid, vel referre in acta, Cald. *dicto cons.* 19. *num.* 47. & 48. Tiraquel. *de retract. lig.* 6. 36 *gloss.* 2. *num.* 45. Et instrumentum si non sit confectum cum legitimis solemnitatibus, fidem non facit, idem Tiraquel. *ubi proxime*, *n.* 46.

Notarius videtur posuisse de voluntate testatoris quidquid legitur in testamento, Surd. *de alim. tit.* 2. *q.* 15. *n.* 10.

Notarius rogatus intelligitur cum clausulis consuetis, Cald. *de empt. cap.* 35. *num.* 24. Flamin. *consult.* 59. *num.* 14. & ibi additio Stephan. Gratian. *discept. forens. cap.* 548. *n.* 38. *cum sequentibus*, Molin. *de primogen. lib.* 4. *cap.* 2. *n.* 51. Flor. *var. lib.* 1. *q.* 11. *n.* 6. Et si non apponat; intelligitur rogatus apponere clausulas consuetas, idem Cald. *n.* 7. Valasc. *de partit. c.* 6. *n.* 45. Surd. *dec.* 265. *n.* 63. ubi de hypotheca & clausula constituti.

Notario asserenti aliquem fuisse sanæ mentis tempore testamenti creditur, Mascard. *de probat. concl.* 78. *num.* 45. & *concl.* 30. *num.* 13. & *concl.* 1096. *num.* 27. Menoch. *cons.* 374. *num.* 45. Burg. *consult.* 11. *numero* 17. Guillelm. *in cap. Raynuntius.* verbo *in extremis*, *numero* 7. *de testam.* Farin. *p.* 4. *decis.* 45. *in addit.* & §. 7. *in fragm. lit. F*, *num.* 275. *cum sequentibus.* Quid si dicat aliquem juravisse sponte, sine metu, an ei sit credendum? Vide Flamin. *de resignat. lib.* 13. *quæst.* 5. *n.* 54. ubi quod purgatur metus, Centolin. *in addit. ad Farin. de delict. p.* 4. *decis.* 45. *lit. B*, Cald. *consult.* 19. *n.* 59.

Notario uno absente potest actus fieri cum alio, ex Angel. *in addit. ad Bart. in l. si vacante*, *numero secundo*, *Cod. de bonis vacant. libro decimo*, Cald. *de empt. cap.* 35. *numero* 7. & facit text. *in l. ubi absunt* 19 *ff. de tutor. & curator. datis ab his.* Unde si Tabellio, vel Notarius qui jam incepit scribere in uno processu, absit, vel sit impeditus, poterit alius Notarius deputari per judicem, ex Bald. *in l.* 1. *ante finem*, *Cod. de spectul.* & ibi ejus additio, Cald. *dicto cap.* 35. *num.* 6. facit text. *in l.* 1. §. *sanè*, *ff. de offic. Proconsulis.*

Notarium qui se dicit, probare debet, Cald. *de empt. cap.* 35. *n.* 13. *cum sequentibus.*

Notarii authoritas habet vim duorum testium, Bart. *in l.* 1. §. *si quis neget*, *numero* 12. *ff. quemadmodum testam. aper.* sequitur Carol. Ruin. *cons.* 36. *n.* 1. *lib.* 4. Mascard, *de probat. concl.* 1095. *num.* 3. Joseph. Ludovis. *decis. Perus.* 115. Barbosa *ad cap. quoniam contra* 11. *de prob. n.* 10. Et pro notario præsumitur Cald. *de empt. cap.* 34. *num.* 24. & *cons.* 24. *n.* 2. Et notificatum, non dicitur alicui, nisi à tabellione, vel officiali sit notificatum, Bald. *in l.* 1. *n.* 6. *Cod. de tempor appellat.* Bart. *in l. quod te*, *num.* 15. *ff. si cert. pet.* Hyppolit. *in l. si quis ne quæstio. n.* 62. *ff. de quæst.* Et ut aliquis dicatur sufficienter requisitus, requiritur quod per officialem exprimantur specificè omnia, ad quæ, & pro quibus citatur, Marant. *p.* 9. *tit. de citat. n.* 70. ubi etiam quod aliàs nihil operatur.

Notarii ignorantes ponunt multorum animas in magno discrimine, & in eis non præsumitur ignorantia, sed peritia suæ artis, Menoch. *cons.* 37. *num.* 110. *cum sequentibus*, & *num.* 139 & *cons.* 62. *num.* 1. Surd. *cons.* 572. *n.* 1. Salzed. *in pract. c.* 2. Bobadil. *in Polit. lib.* 5. *cap.* 2. *n.* 45. Azeved. *ad l.* 2. *n.* 4. *tit.* 25. *lib.* 4. *novæ recopilat.* Ubi plura de istis notariis scitu digna: & magna est ut plurimùm notariorum imperitia, Menoch. *cons.* 328. *n.* 26.

Notarius an possit corrigere errorem suum. Vide Valasc. *consult.* 181. *n.* 13. ubi remissivè. Et an in eis potiùs præsumatur error, quàm falsitas? Vide Cald. *de empt. cap.* 19. *n.* 18 Ubi quod præsumitur dolus in testamentorum solemnitate, & in aliis instrumentis in dubio non præsumitur dolus.

Notarii officium non est nobile, Tiraquel. *de nobilit. c.* 30. *à n.* 8. Chassan. *in catal. gloriæ mundi*, *p.* 11. *consideral.* 19. Guter. *pract. q.* 137. *n.* 3. 15. & 16. Menoch. *cons.* 18. *n.* 17. & 18. Farin. *cons.* 94. *n.* 5. Cened. *ad decretal. collect.* 147. *n.* 1. Contrarium resolvit idem Menoch. *cons.* 152. *vol.* 6.

Notario creditur in iis, quæ pertinent ad ejus officium, utpote quod fuerit rogatus, Surd. *cons.* 7. *numero* 47.

Notarii ponunt clausulas generales, & quid operentur? Vide Anton. Gom. *tom.* 2. *var. cap.* 4. *num.* 22. Menoch. *de interdict. remed.* 1. *recuper. possess. numero* 291. & *de arbitr. casu* 144. *numero* 4. *cum sequentibus*, & *cons.* 87. *n.* 6 Quid si ponantur in executivis Vide Menoch. *cons.* 61 *num.* 32. & *cons.* 84. *num.* 45. & *cons.* 160 *n.* 38. Et potiùs videntur appositæ ex stylo ac tabellionum consuetudine, quàm ex pura voluntate, Flamin. *de resignat. lib.* 13. *q.* 5. *n.* 56. Et clausulæ appositæ, *sine partium consensu*, non debent eis nocere, Cald. *cons.* 19. *n.* 16 & vide Valasc. *consult.* 174 *num.* 9 Tiraquel *in l. si unquam*, *in princ. p. n.* 126. *Cod. de revocandis donat.*

Notarii de stylo multas clausulas ponunt, quas partes nesciunt, Cota *in memorab.* verbo *notarius*, *p.* 614. Non tamen potetunt ponere juramentum, Surd. *decis.* 159. *n.* 2. Et clausula consueta poni à notariis, censetur apposita, Tiraq. *de retract. tit.* 2. §. 3. *gloss.* 1 *n.* 7. Et videntur rogati ponere omnes clausulas consuetas, Surd. *dec.* 223. *n.* 6. & *n.* 9. Farin. *de delict. p.* 4. *cons.* 97. *n.* 20.

Notarius privatus officio conficiens instrumenta, non punitur pœnâ mortis, sicut puniendus esset ille qui nunquam fuisset notarius quia juvatur primordio veritatis, Cota *in memorab.* verbo *notarius*, *pag.* 610.

Notarii suspensi gesta sunt valida quando duo insimul concurrunt, scilicet auctoritas superioris, qui eum creavit, & communis error, vel opinio existimantium eum officialem esse, ex text. *in l. Barbarius ff. de offic. præsidis*, nec sufficit unum sine alio, ex Panorm. & aliis *in cap. nihil*, *de elect.* Gom. *in reg. de publicand. resignat. quæst.* 3. *fol.* 961. & vide Bart. *in l. actuarios*,

actuarios, numero 2. Cod. de numer. & actuar. lib. 12. Mascard. *de probat. concl. 648. n. 49.* Et valent acta à tolerato pro notario, cùm non sit notarius, Guter. *de tutel. p. 3. cap. 8. n. 5.*

Verbo NOTORIUM.

NOTORIUM inducitur, & probatur per acta judicii & notorium est quod nullâ potest tergiversatione celari, Barbosa *in cap. cùm olim, 24. n. 2. & 4. de verbor. significat.* Et in notoriis non requiritur citatio, gloss. pen. *in fine, in cap. cùm olim 22. de re jud.* Rebuf. *in tract. nominat. q. 17. num. 3.* Barbosa *in cap. quoniam, de filiis presbyter. n. 4.* Mattienz. *ad l. 3 gloss. 10. tit. 10. lib 5. novæ recopilat.* post alios quos adducit, idem probat Valasc. *no lib. da justa acclamaçaon del Rey Don Joaon IV. n. 3. p. §. 1. num. 24. 25. & 26.*

Notorium non indiget probatione, Gloss. *in Clem. appellanti, de appellat.* Surd. *dec 259. num. 14.* Mendez *in pravi Lusit. lib. 3. cap. 3. num. 33.* Stephan. Gratian. *disceptat. forens. cap. 527. num 11 & cap. 596. n. 1. cum sequentibus*, Barbosa *in cap. ad nostram 3. ord. 20. de jurejur. n. 4.* ubi *n. 3.* quod in notoriis ordo judiciarius non est servandus.

Notoriis non admittitur appellatio, *cap. pervenit, de appellat.* & vide Gratian. *forens. cap. 572. num. 44. cum seq.* Licet tamen appellare à sententia declarante factum esse notorium, idem Gratian. *cap. 444. n. 29 cum seq.* & debet priùs constare esse notorium, idem *cap. 572. num. 44. cum seq.* Et multa quæ judex potest facere in notoriis, vide per Barbos. *in l. si de vi, ff. de judic. n. 140. cum sequentibus.* Alia de notorio vide *ad cap. evidentia, de accusat.* ubi Barbos.

Verbo NULLITAS, NULLUM.

NULLITAS non potest è tertio allegari, Surd *dec. 108. numero 2.* ubi *numero 15. & 20.* declarat. De nullitate agi potest, vel apud eundem judicem inferiorem, qui nulliter actum gessit, vel apud ipsius superiorem, *l. 4.* ubi gloss. verbo *eundem, & l. absentem 6. Cod. de accusat. l. 1 Cod. de sentent. & interlocut. l. si præses 6. Cod. quomodo & quando judex,* Bart. *in l. 1. num. 3. ff. de appellat,* communis, ut per Vant. *de nullit. tit. coram quo proponi, à princip. & n. 10* latissimè Menoch. *de arbitr. q. 67. à princip* à quibus vid e limitationes.

Nullitas incompetentiæ semper potest allegari gloss. fin. *in clem. 1. de sequestrat.* Vant. *de nullit. tit. ex defectu jurisdictionis, n. 1.*

Nullitas contractus censetur repetita in sententia Roderic. Xuar. *in tit. de las deudas, ad fin.* Padil. *in l. 1. num. 50. Cod. de juris & facti ignorant.* Guter. *de juram confirm. p. 1. c. 1. n. 35.* Azeved. *ad l. 2. tit. 3. n. 31. lib. 5. novæ recopilat.* facit doctrina Baldi *in cap. cùm causa, de re jud.* quod potest argui sententia de nullitate quando fundatur super aliquo statu nullo, per text. *leg. qui testamento, ff. de excusat. tutor.* Felin *in cap. 2. n. 12. de rescriptis.*

Nullum quod est nullum producit effectum, & paria sunt non esse, vel esse nullum, Barb. *in libello de principiis & locis commun. utriusque juris, lit. N, n. 27. & 38.*

LITERA O.

Verbo OBEDIENTIA.

OBEDIENTIÆ aliqua vide per Rebuf. *de privileg. scholarium, privileg. 75.* Barbosa *ad cap. illud 5. de majorit. & obedient num. 2. & 3.* Et qui jure contendit, non dicitur inobediens, idem Barbosa *in cap. si quando, de rescriptis, n. 3. cum sequentibus*, & ad propositum vide tradita per Fr. Emman. Roderic. *tom. 3. qq. Regul. q. 37. art. 2.* Rebuff. *in concord. p. 512.* Varg. *no tract. da nobreza. discurso 10. n. 3.* Et melior est obedientia, quàm victima, *1. Reg. cap. 15.* alios refert Dom. Roderic. à Cunha *ad cap. 1. n. 3. dist. 93.*

Verbo OBLIGARE.

OBLIGATIO omnis censetur realis, & adhæredes transmissibilis *l. jurisgentium, §. pactorum, ff. de pactis,* Cald. *de potestate eligendi, c. 9. n. 17. vers. ver.*

Obligatio dubia interpretatur contra proferentem, *l. veteribus, ff. de pact. l. Labeo scribit obscuritatem, ff. de contrah. empt.* & adducit plura ad propositum Menoch. *cons. 179. n. 19.*

Obligationis origo semper attenditur, Stephan. Gratian. *disceptat. forens. cap. 544. n. 17.*

Obligationis interpretatio semper fit ad favorem obligati contra stipulatorem, *l. veteribus, ff. de pact. cap. licèt causam, de probat* Stephan. Gratian. *disceptat. forens. cap. 675. n. 26. cum seq.*

Obligatio rei facta cum pacto de capiendo & constitutum precarii facit, ut executio possit fieri contra tertium possessorem, etiam no citatum, Cald. *forens. q. 36. num. ult.*

Obligatio transit ad hæredes, *l. hæredem, ff. de reg. juris, l. ex contractu, ff. de re milit. l. veteris, Cod. de contrah. & commit. stipulat.*

Obligationibus facti succedit obligatio ad interesse, *l. stipulationes non dividuntur, vers. Celsus, ff. de verbor. obligat.* Surd. *dec. 306. n. 6.* Stephan. Gratian. *disceptat forens. cap. 115. n. 22. cum seq.* Aloys. Ricc. *in collect. decis. p. 5. collect. 1839.*

Obligare se nemo potest respondere apud judicem exterum, & Ecclesiasticum, Gabr. Pereira *de manu Regia, p. 2. cap. 35. à numero 1. juncto num. 15. & 16.*

Obligatio in forma Cameræ, quam appellant obligationem banchariam, quos effectus producat? vide apud Flamin. *de resignat. tom. 1. lib. 6. quæst. 2. num. 150. cum seq.* Surd *dec. 44. n. 18. cum seq.* Farin. *dec. 368. num. 1. & dec. 807. num. 5. in noviss.* Ricc. *in collect. decis. p. 5. collect. 452. & collect. 1490* Gratian. *forens. c. 38. n. 7.* Et retardatur per exceptionem non implementi, idem *c. 45. n. 4.* quem vide *c. 7. n. 28* Quid in Doctore obligato? vide Farin. *de delict. p. 1. lib. 1. tit. 4. quæst. 27. num. 85.* An procedatur ad executionem, quacunque obligatione non obstante? Vide Farin *dec. 56. Rotæ Rom. & dec. 57. num 2. & decis. 122.* Et obligatus in forma Cameræ renuntiat alimentis, *ex cap. Odoardus, de solut.* Henriq. *in sum lib. 13. cap. 19. num. 4. lit. A.* Et clericus obligatus in forma Cameræ potest carcerari, Thom. Valasc. *tom. 1. allegat. juris, allegat. 25. num. 10.* Bernard. Græv. *pract.*

pract. Cam. Imper. lib.1. concl.26. numero 21. & de extensione obligationis fidejussoriæ, vide Gratian. *forens.c.68.num.41.* Et extenditur ad pupillum,idem *cap.182.num.6.& 7.* Et de obligatione in forma Cameræ facta à clerico, vide Farin *dicta q.27. num.70* Et obligatio Cameralis non attenditur stante damno intolerabili,nec impedit remissionem, quando ante executionem petitam constat de sterilitate,Gratian. *forensium cap.534.num.40. & 41.* ubi *num.43.* quod executio obligationis Cameralis impeditur ob defectum causæ, & conditionis non purificatæ Et post resignationem beneficii cessat obligatio fidejussoria, Flamin. *de resignat. lib 1. quæst.6.numero 10.cum sequentibus.* Et Auditor Cameræ Apost. procedit contra obligationis in forma Cameræ, & potest causas pendentes coram Ordinariis ad se avocare, Flor. *lib.1.var.quæst.12.num 48.* Et contra obligationem Cameralem non admittitur exceptio requirens altiorem indaginem, Gratian.*dicto tract.cap.129.n.37.* An possit appellari ab hac obligatione? Vide Gratian. *cap.531. numero 50. & cap.665.numero 6.* ubi quod non datur appellatio Et cessantibus fructibus debet cessare obligatio Cameralis,idem *cap.534.numero 42.* quem vide *cap.411.num.11.& c.423.n.46. cum sequentibus.* Et coloni Ecclesiæ obligati in forma Cameræ debent conveniri corem judice Ecclesiastico, Marta *de jurisdict.p.4. cent.1.casu 112.numero 12.* ubi *n.13.* quod debitor principaliter obligat animam per obligationem in forma Cameræ.Et pensio non est solvenda ex benignitate Rotæ,quamvis adsit obligatio Cameralis jurata cum clausula, *habita,vel non habita possessione,*si provisus non potuit habere possessionem beneficii,& solvit per duos aut tres annos, Gratian *dicto tract.cap.454.n.4.5.6.& 7.* Ubi intelligit dummodo non adsit cedula, in qua contineatur obligatio ad tempus,quia pro illo tempore debet solvi.

Verbo OCCIDERE, OCCISOR.

OCCIDERE non potest aliquis seipsum directè, quia non est dominus vitæ,& membrorum suorum, *l.liber homo, ff. ad leg. Aquil* & confirmatur ex Conc.Brachar. in quo decernitur,ut pro illis,qui seipsos occidût,nulla fiat obligatio vel oratio,& ut eorum cadavera non deferantur ad Ecclesiasticam sepulturam, Bonacina *de restitut. in particulari,disp.2 q.ult. sect.1 puncto 5. proposit.1. num.1.* De præcepto de non occidendo, vide Menoch. *de arbitr.casu 284. num.36. & de præsumpt. lib. 5. presumpt.13 num.6.cum seq.* Navar. *cons. 6. de sepultur.* Cened. *ad decretum,collect.29.num.4.* Spin. *de testam. gloss.2.princip.n.20.* Fr Emman.Roderic.*tom.3.quæst. Regular.q 16.art.1.vers.quod confirmatur, & vers.11.* Farin. *de delict. p. 5. q 128.n.43.* ubi etiam agunt de eo qui seipsum occidit,an sit tradendus Ecclesiasticæ sepulturæ? de quo Cov. *lib.2. var.c.1. n.11.* ubi quid de eo qui reperitur mortuus in puteo, & de Clerico percutiente seipsum, an sit excommunicatus, vide Cened. *n.5. ubi proximè.*

Occidere licitum est omnibus, tam laïcis, quàm clericis invasorem suarum facultatum, quoties aliter salvari, vel recuperari non possunt, modò sint magni valoris,quidquid sit de foro externo, Bonacina *dicta quæst.ult.puncto 10.proposit.2.n.1.*

Occidens ob suam defensionem punitur, Gom. *tom.3.var.cap.3 num.26* Menoch.*de arbitr.casu 279. n.6.* Mascard. *de probat.concl. 867. n. 7.* Clar. *pract. lib.5.q.56. n.16.* Et defensio naturalis potest tolli ex causa.Hyppolit.*cons.8.n.28.cum sequentibus,* Pat Martin.del Rio *disquisit. Magicar. lib.5. q. 9. p.449. &* Augustin. Barbosæ Repertor. *q.37. p.434.* Cardoso *in praxi judicum & advocat.* verbo *defensio 1.*

Occidens fratrem non potest ei succedere,Cabed. *dec.81.num.13.p.2* Cald. Pereira *in § soror, num.13. cum seq.instit.de inoffic.testam* Et sicut homicida privatur hæreditate interfecti,ita & ejus filii privantur, Aloys.Ricc.*decis.Cur. Archiepiscopal. Neapolit. p.2. decis.291. n.15. cum sequentibus.*

Occidens uxorem vel alium,non potest illis succedere, vel filio in bonis ab uxore habitis,*l. Lucius, ff de jure fisci.* Clar.*dicto lib.5.§ homicidium, num 22.* Hyppolit.*cons.93.n.8.cum seq.* Greg.*l.13.tit.7.part.6.* verbo,*del heredero.* Cald.*in l.si curatorem,* verbo *sua facilitate,n.16.Cod.de in integrum restitut.min.* Cabed. *dec.81.n.14.cum sequentibus, p.2.* & quod maritus occidens uxorem injustè non potest succedere filiis, tradit Phœb. *dec.143.n.19.p.2.*

Occisor præsumitur astans coram cadavere, quod in ejus conspectu sanguinem effudit, si adsint alia indicia, Franc. de Pueyo *inter decis.* Sesse *dec. 111. à numero 1* ubi *num. 15.* mirandum refert accidisse *anno 1607.* in platea vallis de Broto, ubi cadaver exhumatum omnibus patebat, & positus ante illud Joannes Franciscus de Vergua unus ex delinquentibus, illico exivit sanguis ex vulneribus dicti cadaveris,quousque dictus reus fuit à dicti occisi conspectu eductus,& statim adductus fuit ad conspectum dicti occisi Monserratus de Vergua alter accusatus, qui cùm se culpatum videret tanto scelere, cœpit obsecrare Deum & cœlum, ut in testimonium suæ veritatis permitteret miraculum ibi fieri: quo dicto illico cadaver elevavit brachium dexterum,& digito signavit vulnera ex quibus sanguis illicò exivit, & continuò elevando idem brachium eodem digito signavit in dictum accusatum, quo facto brachium cadaveris reversum fuit ad eundem locum, ubi ante miraculum jacebat. De cruore occisorum injustè, quod sæpissimè in occisorem impetuosam ejaculationem irruat,aliove simili modo eum prodat, referunt innumeræ penè historiæ ex Boër *quæst.166.n.1.* & narrat ita Venetiis contigisse Fr. Hieronym. de Yepes *in hist. infantis à Judæis occisi,p.3.c.4.§ otrosi fol.558.vers.* Emman.de Valle *de incantat. & exsalm. opusc.1.sect.1.c.1.n.31.*

Verbo OFFICIALIS; ET OFFICIUM.

OFFICIALI creditur in spectantibus ad ejus officium, Ruin. *cons.56. lib.7* Et peritis in arte, quos vulgò appellamus magistros operarum,est credendum,Surd. *dec.146.num.21.& cons.126.n.17:* Stephan.Gratian. *discept. forens.cap.572.n.49.cum seq.& cap 600. num.27.* ubi *num.23 cum sequentibus,* quod illis potius standum,quàm testibus, & testificantur de credulitate. Farin.*de delict p.5.quæst.127. num.113.*

Officiales architecturæ in rebus ad suam artem spectantibus non possunt uti remedio læsionis Ordinat. *lib.4.tit.13.§.8. & l.3.tit.11. lib.5. nova recopilat.* Pinel. *in l.2. Cod.de rescind.vendit.p.3. cap. ultim. num.18. in fine,* Perez *l.2. tit.23. lib.2.Ordinam.p.43.* Guter. *lib.2.pract.q.144.* Avend. *de exquend. mandat.p.2. c.13.n.3.* Bobadil.*in Polit.lib.3.cap.5.n.43. cum seq.*

Officiali injuriosam executionem facienti licet resistere, Sylvan. *cons.43.ad fin.* & convocare ad hoc amicos,Menoch. *cons.28.n.12.*

Officialis qui petit se restitui ad possessionem officii,debet ostendere titulum,Menoch. *de interdict.remed 1. recuper.possess num.193. & remed.15. n. 469.* Mascard. *de probat.concl. 1522. num.1.ad fin.* Berous

quæst.4.num.4. Et ille qui petit se restitui ad jurisdictionem, non ostenso titulo à Rege habito, non admittitur, Cabed. *dec.9. num.3 cum sequentibus,& dec* 15. *num.4 p.2.* Et valet argumentum de beneficiis ad officia, ex Barbosa *de principiis & locis com. utriusque juris, lit A.num.*108.& sicut in beneficiis ad restitutionem consequendam necesse est colorare titulum,gloss.recepta in Clem.1. *de sequestrat.possess. & fruct.* ita & in officiis.

Officialis non condemnatur, nisi præsumptionibus multùm evidentibus,Menoch. *de præsumpt.lib.*1. *q* 83.*num.*2.

Officialis deputatus ad unum banchum non potest scribere in alio, juxta doctrinam Bart.*in l.duos, n.*2. *Cod. de susceptor.præpos. & arcar.lib.*10.Felin.*in cap. P.& G.* 40. *de officio delegati,n.*52 & non potest se intromittere in officio alterius, *l.in provinciis,*ubi Bart *Cod.de numerar.& actuar.lib.*12.

Officialis qui deponit pecunias penes depositarium qui non est solvendo, tenetur tanquam illius fidejussor,argum. text. & ibi nor. *in l.*1. *&* 2. *C. de periculo nominat.lib.*11. notat Cujac.*lib.*9. *observat. c.*35. Palat. *in repetit.cap.notab.*3 *n.*26 Et priùs debet executio fieri in principali, §. *fin. Instit.de satisdat. tut.l.fin.ff. de magistr.conven.*

Officialis non tenetur solvere debitum prædecessoris, Bart.*in l. providendum,num.*1.*Cod.de decurion. lib.*10.

Officium divinum dicuntur horæ canonicæ,Bonacina *de horis Canonic. disp.*1. *in prima propositi.n.*4. Barbosa *ad cap. dolentes* 9.*de celebrat. Missarum,n* 13 Et officium in choro non est inchoandum statim signo dato, sed elapsa tertia parte horæ post signum datum: idem Barbosa *de Canonic. & dignit.cap.*34. *num.*8. ubi *n.*4.*&* 5. quod qui non recitant in choro officia defunctorum& beatæ Mariæ,ac psalmos pœnitentiales, & graduales diebus assignatis in rubricis Breviarii,non peccant.

Officium judicis datur quando suggerit æquitas, *l.planè,& l.fin.ff.de petit. hæredit.* Et habet matrem æquitatem, *l. Quintus*, §. *Pomponius,ff.de alim.& cibar. legat.* Surd. *de alim. tit.*5. *quæst.*1. *numero* 53. *&* 54.

Officiis majoribus qui inservierunt, non possunt cogi inservire minoribus,*l.*2. *Cod. quemadmodum civilia munera judic.lib.*10. *l.humilioribus*, *Cod.de suscept.præposit.& arcar. cod. lib.* Avend. *de exequend. mandat.p.*1.*c.*19.*n.*18.

Officiis publicis non debent eligi ebriosi,& ebrius delirat,Chassan.*in consuetud.Burgund.rub.*1.§.8.verbo *Massiers & sergens fol.*66.*verso.*

Officia duo qui tenuit,utriusque debet habere salarium,Bald. *in l.qui binos,Cod.de advocat.diversi judic.*Felin. *in cap.cùm olim,num.* 1. *de re jud.* Avil. *ad c.*1. *Prator.fol.*30. Azeved. *ad Curiam Pisan. lib.* 2. *cap.*22.*n.*9. Azor, *institut.moral.p.*2.*lib.*7.*c.*7.*col.*833. Næv. *ad l.*3.*ff.de adopt.num.*2. *& in l.*3. *num.*4. *Cod. de dignit.lib.*12. Aloys.Ricc. *in collect.decis.p.* 5. *collect.*1007.

Officium emptum filio ex pecuniis paternis,utrum sit ei in legitimam imputandum? Vide Barbosa *in votis decisivis canon.lib.*1. *voto* 6. *dub* 3. *num.*22.*cum sequentibus,*ubi sequitur partem negativam,ex Gom *l.*29. *Tauri,n.*21. *in principio*, & addit quod pretium illius, seu æstimatio conferri debet, & imputari in legitimam, Gom. *ubi proximè*, Gam. *dec.*29.*num.*3. Guter. *pract.lib.*2. *q.*64. *num.* 5. quod secus est in officiis Rom.Curiæ, quæ possunt mediante resignatione in manibus Papæ aliis vendi, quod in legitimam imputentur, ex Gam.*ubi proximè.*

Officium emptum à marito communicari non potest inter eum & uxorem,Phœb.*dec.*115.*p.*2.

Officia & bona Regiæ Coronæ potest Rex promittere antequam vacent,Phœb. *decisione secunda, tom* 1.

Officia concessa à Rege an exspirent morte concedentis? Vide Reynoso *observat.*8.Phœb.*dec.* 111. *p.*2

Officium coqui, vel obstetricis Reginæ habet dignitatem, *l.*15. *&* 20. *tit.*14.*part.*6. Cot.*in memorab.* verbo *coquus*,Cabed. *dec.*73.*n.*4.*p.*2.

Officialium Sancti officii privilegium vide apud Phœb.*arresto* 99.*p.*2.

Verbo ONUS.

ONUS reale transit in possessorem fundi,Cened. *ad Decretal.collect.*86. *num*,3. Gam. *decis.* 145. Morl.*in empor. juris,tit.de locato & conducto.p.*1.*n.*37 Cald. *cons.*40. *n.*2. *& forens.lib.*1. *q.*21. *n.*18. & de emphyteuta, vide Cald. *de extinct. emphyt.c.*3.*n.*18. *& n.* 23. & de laudemio debito, vide Vincent. de Franch. *dec* 430.

Oneris sola impositio non afficit rem indivisibilem Reynoso *observat.*69.

Onus adjectum rei facit ut res transeat cum illo, *l.is cui opus*, ubi latè Jas.*n.*6 *ff.de novi operis nuntiat. l.alienatio*, *ff. de contrah.empt. l.via constituti*, §.*si fundus,ff.de servit. rustic.prad.cap.si quis latius,*& ibi gloss 16.*q.*5.Menoch.*cons.*2.*n.*31.*& cons.*63.*n.*15.*& cons.*80.*n.*79. Tiraquel.*de retract.lig.*§.1.*gloss.*9.*n.*112. Cabed. *dec.*52 *n.*1.*p.*2. Barbosa *in l.post dotem,n* 51. *ff.soluto matrim.*Cald.*de extinct.emphyt.c.*3.*num.*33.*& forens.lib.*2.*q.*36.*n.*23. Barbosa *in cap.quantò*,18.*n.*6. *de usu.* Stephan. Gratian. *disceptat. forens.c.*611.*n.* 2. *& c.*113. *a num.*16. Surd. *decis.*266. *num.* 10. *& de alim.tit.*1 *q* 26. *num.*1. Gabr.Pereira *dec.*63. *num.* 2. *& dec.*66 *&* 92. Phœb. *dec.*58. *num.*12. Mendez *in praxi lib.*3.*c.*21.*n.*56. cum aliis citatis per Barb. *de principiis, & locis commun.utriusque juris, lit. R,numero* 17. Intellige etiam in hypotheca expressa, Seraph. *de privileg.juram. privil.*95. *numero* 3.Intellige deinde quando onus est reale, non verò quando est personale,Barbosa *dicton.*17.Quid in onere personalis quando ille,qui alienavit,non est solvendo? Vide Menoch. *cons.*63.*n.*21.*cum sequentibus*,ubi quod datur actio in subsidium,& vide Valasc. *de partit.c.*18. *numero* 43. ubi quod legitima debet restitui cum fructibus à tempore mortis. Et quid si actio personalis contracta sit habito respectu ad rem,quæ transivit in tertium? Vide Surd. *de alim.tit.*8.*privil.* 48. *numero* 3. *&* 51. *privil. num.*2. Cald. *de empt.cap.*17. *num. ult.* ubi quod actio personalis non competit contra tertium possessorem, etiamsi contracta sit obligatio contemplatione rei. Et divisio fundi non potest præjudicare creditori in suo jure reali, *l. si consensi* 7. §.*fin.ff.quibus mod pign.l.is qui fundum,ff. de usufructu legato*, Surd. *dec.*32. *num.*7.Cald.*de extinct.emphyt.c.*1. *num.*35. Cur.Phlip.*p.*2.§.10 *n.*4.*ad finem.*

Onus restitutionis in testamentis non dicitur repetitum ab uno substituto in alterum, *l.sub conditione ff.de hæred instituend.l.si quis hæres,ff.de acquirenda hæreait.*Menoch. *cons.*315.*n.*4.*&* 5.

Verbo ORDINARIUS.

ORDINARII nomine intelligitur Vicarius Generalis Archiepiscopatus, ex Concil. Trident. *se* .24. *cap.*20. *de reformat.*ubi Barbosa *num.*6.*& de appellat.verbor. utriusque juris significat.*verbo *Ordinarii*, *num.*5.*&* de *potest. Episcopi,p.*3. *allegat.* 81. *num.*1

n.1.cum sequentibus. Coram Ordinario intra sex menses præsentari debet personaliter præsentatus à patrono in beneficio, aliàs præsentatio evenescit, glossi verbo *præsentari*, *in Clem.ult. de sepultur.* Cened *ad decretum, collect.15.n.4.*

Ordinarius per delegationem sibi factam à superiore efficitur delegatus, Menoch. *de præsumpt.lib.2. q.17.num.24.* Azeved. *ad l.19.n.3.tit.6.lib.3.novæ recopilat.p.242.* Stephan. Cratian. *disceptat. forens. c.55. n.11.cum sequentibus*, Aloys. Ricc. *decis. Cur. Archiepiscopat. Neapolit. p.1.dec.205.* Cur. philip. *p.1.§.4. n.4.*

Ordinarius absolvere non potest excommunicatum à delegato Summi pontificis, *cap. Pastoralis 11. § præterea, de offic. Ordinarii*, Molin. *de justit. tom. 6. tract.5. disput. 26. num. 1.* Quia delegatus major est Ordinario quoad illam causam, in qua est delegatus, *cap. sanè 11. de offic. delegati*, ubi plures citat Barbosa, *cap. 2. eod. tit. cùm contingat, de rescriptis*, Gratian. *for ens. .111. num.67.* Gabr. Pereyra *dec.91.num.35.* Item Ordinarius tenetur intra duos menses confirmare præsentatum, Spin. *de testam. gloss.4. principali. num 95.*

Ordinarius remanet suspensus conferendo beneficium reservatum, Flamin. *de resignat. lib.11. quæst 7. n.39.* Et pœnæ gravissimæ Collatoribus Ordinariis, qui beneficia reservata contulerint, infliguntur per constitutionem Pii IV. quam adducit Gonzal. §. 7. *proœm. num. ult.*

Ordinarius non solùm poterit non obedire, sed amplius contra delegatum inordinatè procedentem procedere, ut docet Themudo *dec.53.n.5.* & Barbosa. *de offic. & de potest. Episcopi, alleg. 106.n.27.p.3.*

Verbo ORDO, ORDINARE.

ORDO sessionis dignitatis excellentiam indicat, ex Mascardo *de probat. in proœm. quæst. 6 num.8.*

Ordo verborum designat ordinem intellectus, ex Surd *de alim. tit.5.q.4.n.17.*

Ordo scripturæ attendi debet quando aliter specialiter dispositum non invenitur, ex text. *in c. si quis justo*, §.1. *de elect. lib.6* cum aliis per Cardos. *in praxi judicum, & ad vocat.* verbo *Ordo*, *num. 5.* quibus adde Steph. Gratian *disceptat forens c.586. num. 30. cum sequentibus*, & designat ordinem charitatis ac dilectionis, Cald Pereira *cons.9.num.45.* & ordinem, voluntatis, Phœb. *dec.38.p.1.*

Ordo juris non servatus in judiciis reddit processum, & sententiam nullam, *cap. ad petitionem, de accusat. cap. exhibita, de judic.* Cardoso dicto verbo. *Ordo num.3.* Bald. *cons. 275. lib.5.* Menoch. *cons 301. n.39. & cons. 355 num. 6.* Alia de ordine vide per Guter. *pract. lib.1.q. 131. n.4.* Cota *in memorab.* verbo *Ordo. p.630.*

Ordinis Sacramentum non confirmato dari prohibet Concilium, procedit tamen de necessitate præcepti, non de necessitate Sacramenti, Barb. *de offic. & potest. Episcopi alleg.2.n.14.* ubi *n.15.* quod Ordinis Sacramentum recipiens, non præmissa Confirmatione, extra negligentiam, & citra contemptum, non peccat mortaliter, nec aliquam incurrit irregularitatem.

Ordines quatuor minores sunt verè Sacramentum, Cæsar *in select. hierarchia Ecclesiast. q.4 proœm. §.1. à num 5.* Prima tonsura non est Ordo Ecclesiasticus, sed clericalis, idem *q 2. proœm. n.7. & dicto §.1. in fine*, asserit quod non est Sacramentum.

Ordinis characterem minimè recipit non baptizatus, Barbosa *ad cap. ult. de presbyt. non baptizato.*

Ordinatus interstitiis temporum non servatis nullam contrahit censuram, vel irregularitatem? & licet Ordines suscipere interstitiis non servatis, de licentia Episcopi, refert Aloys. Ricc. *in collect. decis. p.3. col. lect.576.* & consuetudine conferendi Ordines minores cum subdiaconatu sine irregularitate, vide Sayr. *de censur. lib.7. cap.10. n.26. uncto n.22. cum seq.*

Ordinibus sacris insignitus tenetur in confessione circunstantiam Ordinibus sacri detegere, non solùm cùm actuale peccatum carnis patravit, sed etiam cùm consensum præstitit, Barbosa *de offic. & potest. Episcopi allegat.15.n.6.*

Ordinis sacri actum exercens in peccato mortali peccat mortaliter, Emmanuël. Sà *in Aphorism. Confessariorum*, verbo *Ordo*, *n.31.* ubi etiam idem tradit de Subdiacono, vel Diacono solemniter ministrantibus, & quod prædicans in mortali mortiferè peccat, de quo etiam Victorel. *in addit. ad Navar. c.25.p.1.7.*

Ordines suscipiens ligatus censurâ, non propriè irregularitatem, sed suspensionem incurrit, Suar. *de censur. tom.5. disp.42. sect. 3. n.2.* & *n.5.* quod si quis furtivè Ordines suscipiat, ideò ficto titulo, vel sine veris dimissoriis literis, incurrit suspensionem, non propriam irregularitatem, & *in c. cùm illorum 32. de sentent. excomm.* probatur quo excommunicatus majori excommunicatione recipiens Ordines, à susceptis Ordinibus in perpetuum deponitur. Quod excommunicatus in majori aliquem Ordinem etiam minorem suscipiens efficiatur irregularis, & solus papa dispenset in publica irregularitate, tradunt Tolet. *in sum. p.57.* Moure *p.2 da compendio da doctrina moral. c.10.§.15.* & vide Lesdem. *p.1. sum. c.6. del Sacramento de la Ordin, p.391. col.1.*

Ordinatus post delictum commissum, vel monachus factus gaudet fori privilegio, Barbosa *lib. 1. de jure Eccles. c.39. de privilegiis clericorum*, §.2. *de privilegio fori*, *n.87.* & *88.* ubi *n.89.* quod non liberatur à foro sæculari, ubi post delictum commissum fraudulenter, & dolosè fuit Ordinatus, & quod in hoc casu potest solum in bonis puniri à judice sæculari: & *num.90* quod clericus qui inferendo testimonio coram sæculari judice deliquit, non potest ab eo judicari, nec puniri: & *num.97.* quod clericus delictum falsæ monetæ, vel ipsius tonsionis committens prævia degradatione, Curiæ sæculari puniendus traditur, juxta constitutionem Urbani VIII. & *num. 99* quod laïcus condemnatus in exilium à judice sæculari, si fiat clericus, & rumpat exilium, non potest puniri à judice laïco sed ab Ecclesiastico.

Ordinari non possunt, nec ad Ecclesiasticos Ordines promoveri illiterati, Salzed. *in pract. crimin. Canonica, c.p.27.* Flamin. *de resignat. lib.4.q.4.à num.4.* Idoneus quis judicetur, vide Barbosa *de officio parochi, c.2.à n.109. cum seqq. & in col. ad Concil. Trident. sess.24. de reformat. cap. 18. à num. 140. cum seqq.* & idoneus quis præsumitur ad beneficia, idem Barbosa *ad cap. fin. de præsumpt. num. 2*, ubi intelligit de idoneitate intrinseca, scilicet nobilitatis, puritatis, & similium, non verò scientiæ, & literaturæ, quæ cùm sit quid extrinsecum & accidentale homini, inesse alicui non præsumitur. Idoneitas quomodo sit probanda? Vide Flamin. *de resignat. lib. 10.q. 3. à n.54.* ubi quod debet fieri probatio de moribus, scientia, & ætate.

Ordinandorum patria est investiganda, ut exinde sciatur quibus ipsi sint imbuti moribus, Barbosa. *in cap. constitutus 9. de purgat. Canon. num.2.* Ubi etiam asserit, quod in Concil. Trid. *sess.25. de reformat. c.7.* præcipitur Episcopis, ut genus promovendorum ad Ordines inquirant, an scilicet sit filius ancillæ, vel servus, qui promoveri desiderat, vel filius, aut nepos hæreticorum, fautorum, defensorum, receptorum, quos jus à suscipiendis Ordinibus excludit usque ad

secundum gradum via masculina, vel usque ad primum via fœminina: & *num.*3. quod verba Concilii Trident. *dicto loco*, ibi, *Ordinandorum genus*, propriè significant idem, quod legitimus, vel liber, non autem referuntur ad descendentes ex genere Hebræorum, & quod nullibi reperitur prohibitum, quod conversi ex Judæis, ad Ordines non promoveantur, vel quod Episcopi de genere illorum inquirant, & *num.*4. quod *c. constituit*, 17. *q.*4. desumptum ex Concil. Tol. 4. *can.* 65. dum decernit Judæos, aut eos, qui ex Judæis originè ducunt, ineptos esse ad officia publica, intelligitur qui ex Judæis sunt, de illis nuper ad Fidem ex Judaismo conversis, non autem de illis qui ex infantiæ tempore baptizati ex Judæis originem trahunt ut per Soar. *tom.*5. *disp* 43. *sect.*3. *n.*9. quem refert & sequitur Sanch. *in tract. Decalogi, lib.*2. *cap.*28. *n.*15. ubi *num.*16. advertit, quod possunt testes jurare, esse illum Christianum veterem, nec ab hæreticis Mauris, aut Judæis descendere, quando non est neophytus ex Judæis, vel Mauris, sed ab infantia baptizatus, & quando non est filius, aut nepos, per viam masculinam, aut filius per viam maternam hæretici defensoris, receptoris, vel fautoris hæreticorum, & quando non est speciale statutum legitimum petens aliam qualitatem ultra petitas jure communi, ideo Extravagantes, & Constitutiones Summorum Pontificum prohibentes ne descendentes ex Mauris, Judæis, aut hæreticis usque ad quartam generationem admittantur ad aliquam dignitatem, certumve genus beneficiorum, esse intelligendas, ex juris æquitate non habere locum in descendentibus ex illis, qui sponte propria, nulloque metu coacti sunt conversi, cum Nav. & Avil. ubi addit se recepisse à quibusdam viris doctis, & in praxi peritis prædictas constitutiones super hac re editas non esse usu receptas, & cum eodem Sanch. & Roderic. ait Extravag. Pauli IV. confirmatam à Gregorio XIII. postea restrictam fuisse à Sixto V. usque ad secundam generationem paternam, & primam maternam: & idem Sanch. *dicto lib.*2. *cap.*27. *n.*3. ait quod dictæ Extravagantes ex juris æquitate non habent locum in descendentibus ex illis, qui sponte propria, nulloque metu coacti sunt conversi, & ad propositum vide Bejam *responsa casuum conscientiæ p.* 4. *casu* 34. *vers.*4. *ad Prælatum, & vers. addo etiam.*

Ordinis suscepti probatio dicitur fieri ex literis sigillatis, Salzed. *in pract. cap.*62. *n.*15. Valasc. *tom.*1 *allegat.*22. Garc. *de benefic. q.*7. *c.*1. *n.*138. *cum seq.* & vide Put. *dec.*407. *p.*2. Flamin. *de resignat. lib* 4. *q* 2. *n.*69. *& lib.*10. *q* 3. *n.*30. *& lib.*13. *q.*5. *n.*112. Flor. *var. q.*23. *num.*7. *cum seqq.* Et clericatus probatur per Bullas, seu ostensionem superiorum Ordinum, ex Aloys. Ricc. *decis. Cur. Archiepiscopat. Neapolit p.* 2. *dec:*114.

Verbo ORIGINALE.

ORIGINALE quis tenetur exhibere in redarguendo exemplum de falso. Azeved. *ad l.*3. *tit.*5. *lib.*4. *novæ recopilat. n.*19. ubi *n.*20. quod si copia instrumenti præsentari in processu dimissa redarguitur de falso, tunc sufficit transumptum per partem recuperatum edi, nam & illud originale dicitur, & si originale hoc penes partem existens, & in processu præsentatum, redarguatur de falso, tunc originale in protocollo notarii remanens edendum est.

Originali stabitur, si inter exemplum & originale sit aliqua repugnantia. Mascard. *de probat. concl.*40. *num.*13. *& concl.*644. *num.*15. *& concl.*740. *n.* 32. *& concl* 1243. Cald. *de empt. c.*4. *n.*4. *cum sequentibus, & c.*35. *num.*1. *cum sequentibus.* Et vitiato originali non datur fides exemplo non vitiato, Menoch. *de interdict. remed.*4. *adipisc. possess. num.*701. Et quid si originale non sit integrum? Vide eundem *cons.*548. *n.*4 Quid si tabellio non vult ostendere originale? Vide Perez *l.*2. *tit.*5. *lib.*2. *Ordinam. p.*258. Valdes. ad Soar. *p.*89.

Verbo ORIGO.

ORIGO & initium est inspiciendum, *l. filius fam. ibi origo enim, C. ad Macedon. l. si procurator, ibi, uniuscujusque contractus initium, ff. mandati. l. nam orig. ff. quod vi aut clam, l. qui id quod, in princip. vers. causam enim & originem, ff. de donat. cap.*1. §. *ex eadem, de lege Conradi*, Barbosa *in l. post dotem, num.*75. *ff. soluto matrim.* Avend. junior. *ad l.*44. *gloss* 15. *num.*5 ubi alia plura jura citat, & ferè in specie probatur *in l. unic. §. si verò vel socer, Cod. de imponenda lucrat. descript. lib.*10. ibi, licèt casus eventum: ubi si donatio à principio existit onerosa, non mutat naturam, nec variatur, etiamsi post factum lucrum revertatur, & not. Palat. *in repetit. cap.* §. 22. *n.*7.

Originis propriæ ratione forum quis sortitur, *l.*2. *Cod. de municip. lib.*10. *l.*1. *& l. assumptio, ff. ad municip.* Salzed. *in pract. crimin. Canon.* verbo *hujus diœcesis originarii, & in cap. cum nullus, de tempor. Ordin. lib.*6. ubi Barbosa, probatur quod Episcopus loci originis dicitur proprius, ut quis possit ab illo Ordines recipere. Quis dicatur oriundus? Vide Garc. *de benefic. p.*7. *c.*9 *num.*25. *cum sequentibus.* An forensis possit collectari propter bona quæ habet in aliquo territorio? Vide Aloys. Ricc. *in collect. decis. p.*5. *collect.*1876. Alia de foro vide per Cardoso *in praxi judicum & advocat.* verbo *forus*, & quilibet præsumitur civis illius loci in quo reperitur, vel in quo fuit educatus, Menoch. *de præsumpt. lib.*6. *præsumpt.*30.

LITERA P.

Verbo PACTUM.

PACTO quidquid potest acquiri, potest & præscriptione, *l. alienationis verbum, ff. de verbor. signif.* & ibi Alciat. & Rebuf. Surd. *decis.*3 *numero* 23. *& decis.* 236. *numero* 9. Valasc. *consult.* 132. *numero* 32. Gam. *Lusit. decis.*379. *incip. Inter fratrem, numero* 5. Nam præscriptio habet vim pacti, Surd. *decis.*24. *à num.*1. Gam. *dec. s.*276. *num.*2.

Pactum de non petendo quid operetur? Vide Menoch. *cons.*371. *num.*28. ubi quod remedium rescissionis impedit.

Pacta conventa in contractu emphyteutico sunt observanda ad unguem, *l.*2. ubi Doct. *Cod. de jure emphyt.* cum aliis, ut per Cardos. *in praxi judicum, & advocat.* verbo *pactum*, *numero* 19. quibus adde Cald. *de nominat. q.*7. *n.*7. *&* 8. Gam. *dec.*168. *num.*3.

Pactum inducitur ſolum præſentiam cum taciturnitate, Menoch. *de præſumpt. lib.3.præſumpt.42.à num.4.& num* 13. Sanch. *de matrim.p.1.diſp.6.n.* 11. Cald. *de renovat.quæſt.16.n.54.*

Pactum quod ob retardatam principalis ſortis ſolutionem fructum à creditore percipiantur ex re pignorata, validum eſt, & fructus cedunt loco poſſeſſoris, ubi uſuræ ſunt licitæ Cald. *de empt.cap.28.num. 45.cum ſequentibus.*

Pactum de ſtando juramento partis, tam ſuper damno emergenti, quàm ſuper lucro ceſſante & expenſis, an valeat? Vide Jaſ. *in jusjurandum quod ex conventione*, ubi Alberic. & Bald. *ff.de jurejur.* Bart. *in l.fin.num.3.ff. de prætor.ſtipulat.* Maſcard. *de probat. concl.934 num.*35.ubi aſſerit, quod valet conventio: & *num.*36.ſublimitat ſi juramemtum ſit æquum,quia ſi fuerit iniquum, non ſtatur ei, ſed reducitur ad arbitrium boni viri: & *num* 37. declarat niſi factus ſit perjurus, faciunt quæ Stracha *de mercat.tit. de contract.mercat.num.6*

Pactum cum aliquo factum, quando ad ejus hæredem tranſeat? Vide Surd *deciſ.*315.*num.*3 Ubi quod carcerari poteſt hæres pro debito, pro quo poterat carcerari defunctus, vide Gam. *deciſ.* 371. Ubi vide an effectus clauſulæ, per quam debitor ſibi ipſi audientiam denegat ad excipiendum ante realem numerationem debiti, tranſeat ad heredem.

Pactum de retrovendendo ex quibus arguatur & probetur? Vide Maſcard. *de probat.concl.*1142.*per totam, vol.*3.

Pactum de retro, quo tempore præſcribatur? Vide Gregor. *l.* 42 verbo *quando, tit.* 5. Menchac. *de ſucceſſ. creat. lib.*1.§.10.*num.*39. Barboſ. *in collect.ad cap.ad noſtram, de empt.* Ubi aliqua adducit de pacto de retro.

Pactum de retro minuit valorem rei, Barboſa *in collect.ad cap.cùm Joannes* 10.*n.*5.*de fide inſtrum.*

Pactum ſeu promiſſio de donando, non continet donationem, Menoch. *conſ.* 1. *num.* 229. & 234. & *conſ.*92. & *conſ.* 147. *num.*10. & *conſ.* 178.*num.* 1.& 18. Cald. *de renovat. quæſt.* 18. *num.* 44. & *de reſol. emphyt.cap.* 16.*num.*48. & *de empt.cap.*8.*n.* 6. Avend. *ad l.*44.*Tauri, gloſſ.*5.*num.*7.Valaſc.*conſult.*15 .*num.* 6.& 7.

Pacto remitti non poteſt ingratitudo futura, Surd. *de alim. tit.* 8. *privil.* 66. *num.* 8 & ingratitudo non poteſt juramento præſtito de non revocando donationem, remitti Gregor. *ad l* 67.*tit.*18.*part.*3. verbo *deſconociente*, Menoch. *conſ.* 155. *num.* 25. Guter. *de juram.confirmat.p.*1.*cap.*10.*num.*16. Brunor. à Sole *in locis commun.* verbo *pactum* 4. De ingratitudine vide Flamin. *de reſignat lib.*6.*quæſt.*5.*num.*49.*cum ſequentibus*, Aloyſ.Ricc. *in collect. deciſ. p.*1.*collect.*197. Fr. Hector.Pinto *p.*2.*dos Dialogos, cap.*11. *da verdadeira amizade* Alciat. *emblem.*64. Orozco *lib.*2.*emblem* 14: Barboſa *in remiſſ.ad Ordinat. l* 4.*tit.*63.*in princip.num.* 3.4. & 5.& filium *in collect.ad cap.fin.de donat.num.*3. *cum ſequentibus,uſque ad num.*17.

Verbo PALLIUM.

PALLII plura vide per Dom. Roderic. à Cunha *in comment.ad p.*1.*Decreti, diſt.*100. *per totam.* Et quomodo fiat? Vide Fr. Hier. Roman. *p.* 1. *lib.*3. *de Repub.Chriſtian.cap.*7.*in fine*, & Orozco *no teſouro da lingoa Eſpanhola*, verbo *Palio, fol.*574.*verſo* Et ſub pallio quod *baldachinum* appellant, debent recipi Reges, Legati, Proreges, & Archiepiſcopi in ingreſſu alicujus civitatis ſibi ſubditæ, & uti debent throno cooperto, quod appellant *docel*, ut per Mart. *de juriſdict. p.*2.*cap.*55. *num.* 13. *cum ſequentibus*; & vide Vincent.de Franch. *dec.*253.& tradita *in rub.de auctorit.& uſu pallii.*

Pallio ſemper & ubique utitur Papa in Miſſarum ſolemnitatibus, quoniam aſſumptus eſt in plenitudinem Eccleſiaſticæ poteſtatis, *cap. ad honorem*, ubi Doct. *de auctorit.& uſu palli.*

Verbo PAPA, PAPATUS.

PAPA potuit à Conſtantino recipere temporalem adminiſtrationem Imperii Occidentalis, *cap. videntes*, 12.*q.*1.*cap.Conſtantinus, diſt.*47. quæ donatio non poteſt per ſucceſſores revocari, quia ſemel Deo dicatum revocari non poteſt, *cap. de rebus* 12. *quæſt.*2.*cap.ligna, de conſecrat.diſt.*1.Læl.Zech. *de Repub.Eccleſiaſt.tit.de ſtatu Romani Pont.n.* 20. De auctoritate Summi Pontificis ſuper Principes Chriſtianos, vide Fr. Hier Roman *p.* 1.*lib.* 2. *de Republica Chriſtian.cap.*12. & Fr. Emman. Roderic. *tom.* 2.*Regular.quæſt.*62.*art.*7.

Papa habet utrumque gladium, & poteſtatem regalem ac ſacerdotalem, quod fuit figuratum per dominum Melchiſedech, qui fuit ſimul Rex & Sacerdos, *Geneſ.*21.*cap.denique*, 21.*diſt.*Zech. *de Repub.Eccleſiaſt.tit de clericis, verſ.unde cùm um privilegium eſt.*

Papa nullum in terris habet ſuperiorem, præter Deum, Flamin. *de reſignat.lib* 7.*quæſt* 5.*num.*1.& 2. Et ſummus Pontifex Romanus eſt Vicarius Domini noſtri JESU-CHRISTI, & caput totius Eccleſiæ, & ſucceſſor Petri, & Romana ac Apoſtolica Eccleſia eſt caput & cardo aliarum, à qua omnes aliæ Eccleſiæ orbis, diſponente Deo reguntur, Marta *de juriſdict.p.*1.*cap.* 19.*n.*9. Et nomen Papæ eſt nomen ſanctitatis, Gonzal. *ad reg.*8.*Cancel.gloſ.*55.*num.*34.ubi *n.*35 quod Papa appellatur Sanctiſſimus, quia talis præſumitur, & *num.*36. *cum ſequentibus*, quod Papa debet eſſe Apoſtolicæ ſanctitatis, quia gerit vices Dei: & *n.* 8. quod oſculum & adoratio datur Papæ in pede, & de hac materia vide Azor. *inſtitut.moral. p.*2.*lib.*4.*cap.*4.*col.*424.&c. 19.*col* 77. De variis titulis, quibus nominatur ſummus Pontifex, vide Barb. *de jure Eccleſiaſt. de poteſt. & auctorit. Romani Pont. lib.*1.*cap.*2.*num.*6.*cum ſequentibus, uſque ad num.*20. qui *in collect.Doct.ad p.*1.*Decreti, diſt.*98.*ad cap.Conſtantinus, num.*8 adducit elegans elogium ad feliciſſimam electionem S.D.N. Urbani VIII. Papa eſt Dominus & Ordinarius cunctorum, Epiſcopus univerſalis Eccleſiæ, ſucceſſor Petri Principis Apoſtolorum, & in beneficialibus liberam ac pleniſſimam habet poteſtatem, Flamin. *de reſignat.tom.*2.*l.*8. *quæſt.*7. *n.*4.*cum ſequentibus*, ubi *n.*41. *cum ſequentibus*, quod appellatur beatiſſimus, Pater ſanctiſſimus, & *n.* 100. quod eſt Epiſcopus Epiſcoporum, & *num.* 101. quod eſt ſervus ſervorum. Et eſt Epiſcopus univerſalis Eccleſiæ, idem Flamin. *lib.*11.*quæſt.*13.*num.*132. Rebuff. *in concord.p.*512. Cæſar. Baron. *tom.*8.*annal. Eccleſiaſt anno Chriſti* 595.*p.*64. & 68. Et eſt Epiſcopus totius orbis, Gonzal. *ad reg.*8. *Cancel.*§.2.*proœm. n.*46. Et eſt Ordinis Ordinariorum, *cap. Cuncta per mundum*, 9. *quæſt.*3. Garc. *de benefic.p.*5.*cap.*1.*n.* 8. idem Gonzal. *d.*§.2. *proœm.à num.*44. ubi §.1.*n.*8. quod habet pro propria Diœceſi totum orbem.

Papa promovendo inhabilem cenſetur cum eo diſpenſare, Flamin. *de reſignat.lib.*4.*quæſt.*3.*n* 64.

Papa poteſt expedire omnia, etiam gravia, ſine Cardinalibus. Flamin. *de reſignat.lib.*3.*quæſt.*18.*n.*124. & *l.*7.*quæſt.*5 *num.*14.& *l.*8.*quæſt.*11.*n.*14.& Rebuff. *in concordat. p.* 519. *ad finem*, & *ſeq.* Azor. *inſtitut. moral.p.*2.*lib.*4.*cap.*1.*col.*403.& *cap.*3.*col.* 420. Et eſt ſupra Concilium univerſale, Mart. *de juriſdict. p.*3. *cap.*17.

Papa non potest errare in iis quæ sunt fidei, Azor. *instit. moral. p 2.lib.5.cap.4.col. 539.* Illesc. *in Chron Pontific. in vita Liberii Papæ,p.1.fol.63.*idem in Concilio generali, ut per Martam *de jurisdict. p. 1. cap. 38.num.10.*

Papa non potest declarare præcepta divina, Menchac. *illust.cap.5.num 19.* Et non potest dispensare in præceptis jure divino, Sayr. *in clavi Regia, lib, 3. cap.10 n.8.*Mart.*d.p.2 c.37. n.14.* Nec in legibus fundatis ratione naturali, Tiraq. *tract.cessante causa,limit.1.num.77* Potest tam dispensare in jure positivo, Garc. *de benefic.p.4.cap.1. n. 5. cum sequentibus.* Ubi quod est super omne jus positivum, & idem resolvit Mart. *d.cap. 37.num.3.*

Papa non est absolutè dominus rerum Ecclesiæ, sed dispensator.Menoch.*cons.112.num 6.*

Papa & Imperator possunt ad libitum disponere de his, quæ sunt juris Pontificii, Mart. *de jurisdict. p.4.cent.2.casu 195.num.5.*

Papa solus potest Sanctos canonizare, Barbosa *de offic.& potest. Episcop .p.3.allegat.50.num.43.p.14. & allegat.97.num.5.pag. 638* Et non potest errare in Canonizatione Sanctorum, Cened. *ad Decretal.collect.52.num.6.* Cæsar. Baron. *tom.1. annal Ecclesiast. anno Christi.55.cap.15 p.488.* & Director Inquisitorum *p.2.cap. 17.ad finem,* p. 303. Est decretum Urbani octavi factum *die 3. Martii* 1625. & confirmatum *die 5. Julii* 1634. quo prohibentur scribi miracula, revelationes, aut beneficia à Deo consecuta propter merita personarum, quæ moriuntur cum opinione vitæ sanctæ.

Papa non potest sibi eligere successorem in vita, Azor.*instit.moral p.2. lib. 4.cap. 5.col. 425.* Paul. Comitol.*responsmoral.lib.1 q.98.* Fr.Alphons. Mendoz. *in quæst.quodlibet.quæst.4 p.301.* cum aliis citatis per Barbos.*de jure Ecclesiast.universt,lib.1.cap.1.de Summo Pontifice, à num.30.*

Papa solus potest irritate professionem, & matrimonium. Sanch. *de matrim. lib.7.disp.37.num.31.* Et potest dispensare in matrimonio rato,non verò consummato, Garc.*de benefic.p.7.cap.10.à num.83.*

Papa solus potest dispensare in quinque votis, nempe de intranda religione, de perpetua castitate servanda,de peregrinatione ad terram Sanctam, de visitando limina Apostolorum Petri & Pauli, & de peregrinatione ad D. Jacobum Compostellæ,Barbosa *de offic.& potest. Episcopi, p 2. allegat 50. num. 144.* Et ad Extravag. *Etsi Dominici, 5. de pœnit. & remiss. num.2.* Moure. *in compendio doctrinæ moral.p.1.cap.8. in fine.*

Papa potest dispensare in voto solemni per professionem emisso, ex justa, & gravi causa,ut per exempla discurrit Sayr.*in clavi Regia,l.6.c.11.à 17.*

Papa dispensare potest,ut promoti ad Sacros Ordines matrimonia contrahant,Barbosa *de offic. & potest.Episc.allegat.25.à num.22* ubi etiam quod potest dispensare cum Religioso, vel moniali super voto castititatis,ut matrimonia contrahant.

Papa solus potest defunctorum voluntates commutare, Barbosa *de offic. & potest. Episcopi, p. 2. allegat.83.num.1. & ad Clem.ult. de religios. domibus, num. 13.* Mart. *de jurisdict. p. 4.cent. 1 casu. 74. à num.1.*

Papa si manum apposuit in aliqua commissione signanda, per talem signaturam voluit totum negotium ad se advocare, & inferiorum manus ligare, ut per Gonzal.*ad reg.8 Cancel. gloss.52.num. 31.* Camil. Borrel. *in sum. omnium decis. tit. 4. num. 11.* refert etiam Barbosa *in collect. ad c. ut nostrum 56 de appellat. num. 6.* Manus appositio quando adest, non est necessaria alia inhibitio, nec decretum, Gonzal. *d. gloss. 52. num. 6. & 7. juncto num. 9.* limitationes, ac declarationes circa avocationem resultantem ex appositione manus pontificalis in commissionibus causarum, vide apud Rotam *decis. 83. per totam, parte secunda divers.* Lancelot. *de attentat. part. 2.cap. 10.à num. 22. usque ad finem,* & Hieron. Gabr. *cons. 182. num. 11. cum pluribus sequentibus, lib. secundo,* ubi plenè agit quando inferior possit se intromittere ad cognoscendum de validitate confirmationum, & aliorum rescriptorum ac literarum Apostolicarum: & optimè distinguit.

Papa solus reservata conferre potest, *cap.2.de præbend.in l.6.* Gabr. Pereira *de manu Regia,p 2.cap.62. num.11.*Ubi etiam quod per reservationem ligantur manus Ordinarii, & provisus ab Ordinario eo casu fit intrusus.

Papæ sententia habet vim legis, *cap.in causis 19. de re jud.* ibi, quæ Summi Pontificis judicio decidunter: juncto ibi, cùm in similibus casibus cæteri teneantur similiter judicare: tradit Tiraquel. *de jure primogen.quæst.40.num.167.*

Papæ aliquid asserenti credendum est,gloss. *in c.1.* verbo *statuit, de renunciat.lib.6.& in cap. ad Apostolicæ,* verbo *promiserunt, de re jud eod.lib.* text. & ibi Doctor communiter *in Clem. unica, de probat. & in cap.cùm à nobis 28.de testibus, & in cap.si Papa, de privileg. lib. 6* ubi Barbosa Aym. *antiquit. temporum p.1.vers. 1.circa primam, ex num. 6.* Gabr. *lib. commun. opin. tit. de proba . concl. 2.* Mascard. *eod. tit.concl.1143.* Farin. *in praxi crimin. p.2.lib. 2.tit.6. de oppositcontra personas testium, quæst. 63.num. 79. cum sequentibus.* Et narrativæ Papæ de facto alieno est standum, donec probetur contrarium, Rut. *p. 3. decis. 110.* Mascard *concl. 139. num. 9.* Et narrativa papæ de facto alieno probat, si scribat motu proprio, Garc. *de benefic. p. 9. cap. 2. num. 362.* Et ubi agitur de tertii præjudicio, papæ non creditur, Flamin *de resignat.lib.3.quæst. 16.num.56.* Et papæ verbis narrativis est credendum, quando super illis fundatur gratia, Galet. *in margarita casuum conscientiæ.* verbo *Papa* Et papæ verba factum secum gestum narrantis plenam fidem faciunt,*d. Clem. unic.de probat.*Mascard.*concl. 139. & concl. 621. num. 2.* Farin. *d.quæst. 63. num 92.cum sequentibus,* Cardin. Tusch. *tom.6.Lit.P,concl.62 ex num.2.* cum aliis per Barbosam *in praxi eligendi pensiones, quæst. 1.num.8. & in collect.ad dictum cap cùm à nobis, de testibus, num.4.* Et sacrilegium est de potestate papæ dubitare, ex Gonzal. *ad reg. 8. Cancel. gloss. 9. §. 2. num. 70.* ubi *num.71.*quod licitum est disputare de defectu intentionis & voluntatis Summi pontificis, & vide eundem *ibidem,num.72.& 73.*

Papæ appellationes ad se interpositas omisso medio solet admittere, ex resolutis cum ab eo citatis per Barbosam *in collect.ad cap.Antiqua 23.de privileg.num.25.& 26.*

Papa habet plenissimam potestatem & dispositionem in beneficialibus,*cap.proposuit,de concess.præbendæ* ibi, Secundùm plenitudinem potestatis de jure possumus supra jus dispensare, *cap. 2. in princip. de præbend.lib.6* ubi Barbosa *a n.2.Clem. 1.in fine, ut lite pend.* Gonzal *ad reg.8.Cancel.§.1. proœm. à num. 32.* Et beneficia omnia sunt obedientialia, & manualia respectu potestatis papalis, Cota *in memorab.* verbo *benefic. p 73.* Gonzal. § 2. *proœm. num. 47. & 48.& gloss.5.§ 6.n.24.* Et in conferendis beneficiis habet jus prævention is cùm Ordinariis, ut in collatione beneficii devoluti, Cald. *in responso 3. in causa beneficiali pro Alphonso de Penaranda,n. 2.* Garc. *de benefic. p.5. cap.1.à n.8.* Flamin. *de resignat. lib 8 cap. 11.n.7.cum seqq.* Barbosa *ad cap.dudum 14. de præbend.lib.6.n.7.* Et in beneficialibus jus ad rem tollere potest, *cap.fin.*

de

de conceß. præbendæ, lib.6. Rebuff *in reg. de non tollendo jure quæsito, gloss.6 n 37.* Jus autem in re parti quæsitum tollere non solet, *cap. quamvis, de rescriptis in sexto,* Rebuff. *d. gloss. lib. 1. num. 13.* Flamin. *de resignat. quæst. 15. num. 12.*

Papa non potest sine causa beneficiatum suo beneficio privare, ut per citatos à Barbosa *tract. de clausulis usufrequent. clausula de plenitudine potestatis 41. num. 31. cap. olim. 12. num. 4. de sentent. & re jud.* quibus adde Navar. *in cap. si quando, de rescript. except. 20. num. 14.* Pinel. *in rub. de rescind. vendit. p. 1. num. 29. & 30.* Anton. Grabr. *lib. 3. communion. opin. tom. 1. concl. 1. de jure quæsito, num. 9. cum sequentibus, p. 183.* Menchac. *controvers. usufrequent. quæst. 2. num. 18.* Gabr. Pereira *p. 2. de manu Regia, cap. 61. num. 28. & 29.* Et Papa potest cogere Episcopum invitum ad renunciandum Episcopatui ex causa, Flamin. *de resignat. lib. 5. quæst. 3. num. 3.* Et potest ex causa privare Episcopum suo Episcopatu, Menchac. *quæst. frequent. cap. 2.* Et pro contraria parte, quod Papa etiam sine causa possit Clericorum suo beneficio privare, refert alios Doctores Barbosa *d. clausula de plenitudine potestatis, num. 32.* & est opinio communiter recepta inter illos, quod tenetur Papa providere beneficiatum ita privatum alio beneficio æquivalenti, quando sine causa ei beneficium fuit ablatum, ut per Cosm. *in pragmat. tit. de elect. §. licet, fol. 145. verso,* Cotam *in memor.* verbo *beneficia, p. 73.* Menoch. *cons. 103. n 29.* Gabr. *dicta conclus. 1. de jure quæsito, num. 13* Flamin. *d. quæst. 3. num. 176.* Cald. *cons. 8. n. 68.* Cabed. *decis. 18. num. 13. & decis. 36. num. 2. p. 2.*

Papa in beneficialibus non potest procedere parte non citata Pinel *in rub. de rescind. vend. p. 1. n. 29. ad fin.* Peregrin. *de jure fisci, lib. 1. num. 25.* Quid si procedat motu proprio, vel de plenitudine potestatis; Vide Barbosa *tract. de clausul. usufrequent. clausula 41. de plenitudine potestatis, & clausula 79. motu proprio;* Anton Gabr. *tom. 3. commun. opin. tit. de citat. concl. 1. n. 31. cum sequntibus, p. 87.* Navar. *cons. 3. de sponsal. n. 15.* Tiraquel. *tract. res inter alios acta, n. 7.* Staphil. *de litteris gratiæ, tit. de vi & effectu claus. fol. 67. num. 10.* Et quid si procedat ex certa scientia in beneficialibus? Vide Garc. *ubi proximè, n. 25. p. 88.*

Papæ collatio vim habet reservationis, & decreti annullativi, Flamin. *de resignat. lib 8 quæst. 11. num. 10. & 11.*

Papatus dicitur beneficium, Barbosa *in collect. ad cap. 1. de maledicis, num. 3.*

Verbo PAROCHUS, PAROCHIALIS.

PAROCHUS potest audire confessiones suorum subditorum in aliena parochia & diœcesi, & ubique locorum, Barbosa *in col. ad Concil. Trident. sess. 23. de reformat. cap. 15. num. 10. & de offic. & potest. Episcopi, allegat. 25 num. 38.* ubi *à num. 34* quod licentia delegata audiendi confessiones non exspirat mortuo & amoto delegante.

Parochus post dimissum beneficium non remanet approbatus ad audiendas confessiones etiam tempore Jubilæi Barbosa *d. c. 15. num. 21. cum seq. & de parochis, cap. 19. num. 6.*

Parochus qui carnaliter cognovit pœnitentem, non tenetur hanc circunstantiam in confessione explicare, Barbosa *de parochis, cap. 19. n. 5.*

Parochus dum audit confessiones, si sæcularis sit, superpelliceum & stolam deferre tenetur, nisi fuerit Religiosus Societatis Jesu, Barbos *d. c. 19. n. 10.*

Parochi non præcedunt Canonicos etiam Collegiatæ Ecclesiæ, Barbosa *d. tract. de parochis, cap. 9. per totum.*

Parochialis collatio facta sine examine per concursum est nulla, idem Barbosa *in collect. ad Concilium Tridentinum. sess. 24. de reformat. cap 18. à n. 172. & de parochis, cap. 2. num 135.* De prædicatione verbi Dei parochis injuncta, vide eundem *d. tract. de parochis, cap. 14.*

Verbo PASCUA PASCENDUM.

PASCUA quomodo probentur, & quo tempore præscribantur? Vide Aloys. Ricc. *in collect. decis. p. 4. col. 1072.* De pascuis juxta necessitatem cujusque, vide Cald. *de empt. cap. 20. num. 10.* Azeved. *l. 6. n. 2. tit. 7. lib. 7. novæ recopil.* Anton Gabr. *de præsumpt. lib. 5. concl. 5. n. 12.* Sesse *Aragon. decis. 74. num. 18. cum sequentibus, & decis. 156. tom. 1.* Et de visione pascuorum inter agricolas, vide Stephan. Gratian. *disceptat. forens. cap. 160. n. 29. & 30.* Ubi quod fiet divisio pro mensura qualitatis fundi, exemplo pasrum communium, quæ recipiunt similem divisionem & quod judex considerabit paupertatem agricolarum, quibus magis adjudicabit pascua.

Pascendi jus in alieno agro quo tempore præscribatur? Vide Menchac. *illust. cap. 83. num. 41.* Barbosa *de præsc. 2 p. 4. princip. quæst. 3.* Valdes. ad Soar. *p. 2. pag. 91.* Bertachin. verbo *servitus pascendi, fol. 64. verso,* Surd. *decis. 236.* ubi *num. 6.* quod sine prædio non datur servitus pascendi pecoris, Cov. *lib. 1. var. c. 17. num. 10.* ubi quod si servitus est realis, tempus immemoriale reliquitur; & si personalis, sufficit ordinaria, longique temporis quasi possessio, & quod sufficiat tempus decem annorum;, tradit Mascard. *de prob. concl. 424. num. 50. cum sequentibus.* Et conceditur hoc interdictum illi, qui est in quasi possessione juris depascendi, Menoch. *de interdict. remed. 3 retin. possess. num. 137.* Et in juribus incorporalibus & servitutibus interruptio præscriptioni eodem modo perficitur, sicut in corporalibus, Stephan Gratian. *disceptat forens. c. 80. n. 25. cum sequentibus.*

Pascuorum usum impedientibus potest unus solus resistere, licèt alii consentiant, quod terræ assignatæ ad pascua occupentur, *l. fin. ff. communia prædiorum,* Afflict. *in c. 1. §. viæ publicæ, n. 17. quæ sint Regalia, lib. 3. n. 194.* faciunt quæ Tiraq. *de jud. in rebus exiguis, p. 90. vers. 46.* Cepol. *de servit. rustic. prædiorum. cap. 9. tit. de servit. juris pascendi, num. 26. & 28.* Cov. *lib 1. var. c. 17. n. 11. ad fin. & pract. cap. 37. n. 7. vers. 4.* Et super pascuis publicis competit actio cuilibet de populo, *l. agraria, ff. de termino moto.*

Pascua possunt prohiberi ab una universitate, ubi pecora ducuntur, quando non sufficiunt pro suis animalibus, & privare aliam universitatem usu & consuetudine pascendi. Surd. *de alim. tit. 7. quæst. 7 num. 5. & 6. & decis. 236. num. 13. & num. 20. cum seq.* Anton. Gabr. *lib. 5. de præscript. concl. 1. num. 11. p. 1419.* Cov. *lib. 1. var. c. 17. num. 11. vers. his verò,* & vide Rot. Bononien. *decis. 70.*

Pascua potest quis prohibere terræ vacuæ prope domum suam, Hyppolit. *cons. 80. num. 52.* Surd. *decis. 236. num. 13.*

Verbo PATER, PATERNUS.

PATERNA pietas optimum consilium capit pro filio, *l. nec in ea, ff. de adulter.* & nullus amor vincit paternum, *l. isti quidem, §. fin. ff. de eo quod metus causa. fin. C. de curatore furiosi, l. de creationibus, Cod. de Epis. audient. l. 2 §. denuo. ff. de ritu nupt.* cum citatis per Mascard. *de probat. conclus. 70. n. 2.*

Patris sævitia facit ut filius extra domum alimenta petere

petere poſſit ; ita cum Bart. & aliis reſolvit Pinel. *in l.1 Cod.de bonis maternis, p.1.num.54.* aliàs tenebitur alere in domo Surd. *de alim.tit.4.quæſt.14.num.8.cum ſequent bus.* Et ex litis ſævitia oriri ſolet, ut ex Roland.& aliis tradit Pinel *ubi proxime*, Molin. *de primogen.lib.2.caſ.15.num.74.* Idem ſi litigat cum patre Surd. *d.quæſt.14.num.27. & quæſt. 15. num. 28.* ubi *num.29.* agit de ſævitia.

Patris & filii quæſtiones congruentiùs domi inter eos decidi debent, *congruentius, Cod. de patria pote.* Angel. *in princip. l. ſtit. de except.* Vincent. de Franch. *deciſ.162.num.10.*

Pater quando poſſit alienare bona adventitia filii? Vide Cald. *in l.ſi curatorem*, verbo *contractum, num.5. Cod.de in in egrum reſtitut.min.* Flor. qui multos citat in addit. ad Gam *deciſ. 36 num. 3.* Ubi quod debet alienare ex cauſa æris alieni, & non requiritur judicis decretum, licèt cautè contrahentes ſemper requirant. Quid in alienatione facta à patre? ut emat aliud prædium filio utilius ; Vide Pinel. *in l.1. C. de bonis materni, n.3.n.30.* Barboſa *in l 1.ff.ſoluto matrim.d.5. num. 6.* Ubi aſſerit quod fundus dotalis alienari poteſt, ſi per hoc conditio uxoris melior fiat. Et de tranſactione vide Bern. Græv. *ad pract. Cam. Imper.l. 2.concluſ.72.num.4.cum ſequentibus.* Et an poſſit donare ? Vide in coronide.

Pater non eſt adminiſtrator legitimus filiorum, niſi quando litigatur ſuper bonis in quibus pater habet uſumfructum, juxta Bart.doctrinam *de ord.judic. §.pupillus, ad fin.ff.de verbor.obligat.* Marant. *de ord. judic.p.4.diſt.16.num.79.* Gom. *tom. 3.var.cap.1.num. 64.ad finem*, Azeved. *ad l.10.num.6.tit.17.lib.4.novæ recopilat.*

Pater ſine decreto judicis non poteſt facere diviſionem, ex Tiraq. *in l.ſi unquam, in princ.num.31.Cod. de revocandis donat.*

Pater in bonis maternis filiorum, quos in poteſtate habet, & in his, in quibus habet uſumfructum, eſt legitimus adminiſtrator & procurator in re propria, Cardoſ. *in praxi jud.& advoc.* verbo *pater, n.22.& 23.*

Pater non poteſt filium compellere ut ei ſerviat, Guter *de juram.confirm p.1.cap.5.à n.4.*

Pater pro injuria facta filio agere poteſt nomine proprio, gloſſ. verbo *paſſus, in cap.cùm illorum 32. de ſentent.excom.* Farin. *de delict.quæſt.105.à n.255.*

Pater tenetur filium maritare, & illi dotem præſtare ſecundum qualitatem & facultates ipſius, quod officio judicis diſcerni debet, Cardoſ. *in praxi judicum & advocat.* verbo *pater, num. 16.* ubi *num. 17.* quod mater non tenetur filiam maritare, nec illam dotare, niſi fuerit dives, ſi mortuus, aut inops fuerit maritus.

Pater tranſiens ad ſecundas nuptias privatur legato ſibi ab uxore relicto, & applicatur filiis, niſi tacitè, vel expreſſè conſenſerint iſti matrimonio, Stephan. Gratian. *diſceptat.forenſ.cap.519.n.46.cum ſeq.*

Pater pauper ſi contraxit debita pro filiorum alimonia, non datur creditoribus actio contra filios, Sanch. *de matrim. lib.9.diſp. 4.à n.19.* Si filius minor vendat cum patris conſenſu abſque decreto judicis, valet. Cald. *in l.curatorem*, verbo *contractum, n.5. Cod. de in integrum reſtitut.min.* Flor. *in addit.ad Gam.dec. 36.num.3.* Quid in patre tutore filii emancipati alienante ? Vide Menoch. *de arbitr. l.2. caſu 171. num. 54.* ubi quod non poteſt alienare bona filii ſui minoris ſine decreto judicis.

Pater non poteſt diſponere pluſquam de tertia parte ſuorum bonorum, remanentibus duabus partibus liberis filiis ſuis, ut ex Ordinat. *lib. 4.tit. 82.* probat Themudo *deciſ.298.à num.11.p.3.*

Pater diſponens tantùm de tertia, videtur filium inſtituiſſe in reliquis duabus, Valaſc. *de partit. cap.17.num.30.* faciunt *l.5.* & ibi Gregor. *tit.8.patr.6.*

Pater non tenetur pro filio, & ideò ſi filius fuerit condemnatus pro aliquo delicto, non tenebitur pater ſolvere hujuſmodi condemnationem, neque etiam legitima debita ipſi filio poſt mortem patris : quinimò pro delicto filii non poteſt fieri executio in peculio adventitio ipſiuſmet filii neque etiam in ejus proprietate, licèt ſit tota filii, ita Clar. *in pract crim. lib.5 §.fin.quæſt.86.num.3.* ubi *num. 4.* ait, quod quid. quid facit filius occaſione patris, & eo ſciente præſumitur factum de ejus voluntate, & pater tenetur pœna extraordinaria de homicidio commiſſo per filium eo præſente, & non prohibente, & *n.5.* quod valet ſtatutum diſponens, ut unus pro alio, & pater pro filio teneatur ſolvere pœnam pecuniariam, non corporalem. Et pater quando teneatur pro filio, & filius pro patre ? Vide Aloyſ. Ricc. *in collect. deciſ. p.4. collect. 1071.* Cardoſ. *in praxi judicum & advocator.* verbo *pater.num.29.cum ſequentibus.*

Verbo PATRIMONIUM.

PATRIMONIVM Clerici gaudet privilegio Eccleſiæ, ut per Navar. *conſ.12.de cenſibus*, Surd. *acciſ.10.num.5.* Guter. *lib.1.pract quæſt 3.n.17.* Steph. Gratian. *diſceptat.forenſ.cap.159.n.17.cum ſeq.* Aloyſ. Ricc. *dec.Cur. Archiepiſcopat. Neapolit.p.2.deciſ. 229.* Marta *de juriſdict.p.4.cent.1.caſu 49.num.5. & cent.2. caſu 237.n.18.* Barb. *in remiſſ.ad Concil. Trid.ſeſſ 21. de reformat.c.2.n.24.& lib. 1. de jure Eccleſiaſt. c.39. de privileg.clericorum, §.5.n.29.*

Patrimonii bona ad quorum titulum quis fuit ordinatus, alienari non poſſunt ſine licentia Ordinati ad ſolutionem debiti, Concil. Trident. *d.ſeſſ.21.de reformat.cap.2.* Barboſa *de offic.& poteſt.Epiſcopi, alleg. 19.n.75. cum ſequentibus*, & vide ad propoſitum interminis Quarant. *in ſum.Bul.* verbo *Ordo, p.388.* & Dom. Roderic, à Cunha *ad cap. 1.diſt. 70. num. 26.* Nec in illis executio fieri poteſt, juxta reſoluta per Parlador. *lib.2.rer.quotid. cap.fin.p.5 §.3.num.32.* Et hujus caſus non meminit Mendez à Caſtro *in praxi ſæculari, lib.3.c.21.§ 5.*

Verbo PATRONUS.

PATRONVS debet præſentare Clericum in Sacerdotali ordine conſtitutum, quando ab inſtituente fuit appoſita obligatio Miſſarum, Spin. *de teſtam.gloſſ.4.num.68.* Gutierez *conſ.1.num 11.* Sanch. *de matrim.lib.7.diſ.45.num.15*

Patronus ſæcularis poteſt bis præſentare, Cald. *de pot ſt elig. cap. 3. num. 19.* Secus eſt in Eccleſiaſtico, de quo vide Barb. *in cap.eam te 22. & cap. cùm autem 24. de jurepatronat.* Ubi idem Barboſa *n. 2.* ait, quod patronus Eccleſiaſticus non poteſt viariare, & præfertur primò præſentatus. Cardoſ. *in praxi judicum & advocat.* verbo *juſpatronatus, num.21. & n.22* docet quod patronus laicus poteſt variare ante confirmationem Ordinarii, & ſi plures præſentaverit, valet inſtitutio & collatio illius quem Epiſcopus priùs inſtituerit & confirmaverit.

Patronus Eccleſiaſticus præſentans indignum, privatur ipſo jure pro illa vice poteſtate præſentandi, cùm variare non poſſit, & Epiſcopus debet repellere indignum præſentatum à patrono, & providere Eccleſiam de Clerico digno & benemerito patronus verò laicus non ſit privatus ipſo jure præſentans indignum, ſed infra quatuor menſes poteſt alium dignum præſentare, Cardoſ. *ubi proximè, num 26.* Phœb. *p.2.deciſ 109.num.26.* quem vide *à num.10. & n.24.*

cum

cum sequentibus, de quo ad propositum vide etiam Barbosam *ad cap. cùm in constit. 7. §. clerici, n. 33. cum sequentib. de elect.* Et jus ad rem acquiritur per præsentationem, per institutionem verò jus in re, Barb. *ad cap. dilectus 6. num. 4. de offic. legati, & de clausulis usufrequent. clausula 44. n. 4.* Flamin. *de resignat. lib. 2. quæst 23. num. 12.* Farin. *decis. 546. num. 2.* Gonzal. *ad reg. 8. Cancel. gloss. 15. §. 2 num. 1.* Deinde patronus qui est in quasi possessione præsentandi, si ejus præsentatus non admittatur, potest recurrere ad Regium tribunal, & præsentationes sunt fructus juris patronatus, quibus si spoliatur, datur violentia. Gabr. Pereira *de manu Regia, p. 1. cap. 7. n. 25.*

Præsentatio præcedente appellatione dicitur attentata. Garc. *de benefic. p. 9. cap. 4. à n. 16.*

Præsentatio patroni excommunicari non admittitur, garc. *de benefic p. 5. cap. 4. num. 319. cum sequentibus*, & vide Navar. *cons. 7. de jurepatronat.* Et excommunicatus non potest præsentari, Henriq. *p. 2. sum. pag. 1133.* Perez *lib. 8. Ordinam. p. 374.*

Peæsentatus, vel electus à possessore præfertur proviso à proprietario, *cap. querelam, de elect. c. p. olim, & cap. cum Ecclesia Sutrina, de causa possess. cap. consultationibus, cap. ex literis, de jurepatron.* Garc. *d. p. 5. cap. 5. num 4* & vide Reynoso *observat 66.* Alia de materia vide per Barbosam *in d. cap. cùm autem num. 5. & in cap. cùm vos. num. 5. de offic o judicis ordin. & de offic. & potest. Episcopi, p. 3. allegat. 72. n. 195.* Garc. *p. 5. cap. 9. num. 249.*

Verbo PAUPER, PAUPERTAS.

PAVPER quis dicatur ? Vide Gonzal. *ad reg. 8. Cancel. gloss. 2. num. 43.* Et pauperes dicuntur non solùm mendicantes, sed etiam habentes congruam sustentationem, qui tamen attento statu personæ, & dignitate, videntur indigere, Bart, *in l. 1. num. 35. Cod. de sacrosanct. Eccles.* Cordub. *in l. si quis à liberis, §. sed si filius, num. 44. ff. de liber agnoscend.* Tiraquel. *de pia causa, in præfat. p. 10.* Barbosa *in l. maritum, num. 6. ff. soluto matrim.* Mascard. *de probat: conclus. 1154. num. 14.* Spin. *de testam. gloss. 6. num. 18.* Mex. *in tract. taxæ panis, conclus. 1. num. 46.* Bernard. Græv. *in pract. Cam Imper. lib. 1. concl. 42. considerat. 1. num. 2.* Surd *de alim. tit. 7. quæst. 9. num. 27. cum sequentibus, & tit. 9. quæst. 37. num. 2 & decis. 61. num. 3.* Barbosa *de offic. & potest. Episcopi, p 2. allegat. 41. num. 24.* Et elee-moysa priùs nobili pauperi, quàm ignobili tribuenda est, Surd. *de alim. tit. 1. quæst. 93. num. 30.* Barb *ubi proximè.* Et qui habet multas filias pauperes, dicitur pauper, Surd. *d. quæst. 93. n. 33.* Et qui habet fratrem divitem, non dicitur pauper, quia frater tenetur eum alere, Stephan. Gratian. *disceptat. forens. cap. 552. à num. 17.*

Pauper dicitur qui renunciavit bonis, ut admittatur ad collegium pauperum, Sanch. *de matrim. l. 8. disp. 19. num. 26.*

Paupertas in dubio præsumitur, Cov. *var. lib. 2. cap. 6. num. 3.* tanquam qualitas naturæ conveniens, secundùm quam quilibet nascitur nudus & pauper *cap. sicut, 47. dist.*

Paupertas quomodo probetur ? Vide Stephan. Gratian. *disceptat. forens. c. 660.* Gonzal. *ad reg. 8. Cancel. gloss. 2 num. 44.* Flor. *var. quæst. 21. num. 130.* Azeved. *l. 2. tit. 18. num. 45. cum seq. lib. 4. novæ recopilat.* Et pauperem qui se dicit, probare debet, Mex. *in tract. taxæ panis, conclus. 1. num. 44.* Farin. *decis. Rot. Romanum. 1. & decis. 250.*

Paupertas quibus casibus excuset ? Vide Surd. *de alim. tit. 1. quæst. 48. num. 34. cum sequentibus*, Perez *l. 1. tit. 1. lib. 2. Ordinam. p. 46.*

Pauperibus consanguineis potiùs succurrendum est, quàm extraneis *cap. non satis, 86. dist.* Tiraquel. *de pia causa, in præfat. p. 8.* Aloys. Ricc. *decis. Cur. Archiepiscopat. Neapolit. p. 2. decis. 215* ubi *n. 8.* agit de eo qui instituit extraneos, cùm habeat consanguineos pauperes, quod peccet mortaliter. Et quæ dicantur miserabiles personæ, relinquitur arbitrio judicis, Cov. *pract. cap. 6. n. 3. vers. relinquendum*, Menoch. *de arbitr. casu 66.* Mascard. *de probat. concl. 1061.* Valasc. *allegat. 64. n. 35.* Tiraq. *de privileg. pia causa, in præfat. p. 5. cum seq.* Flamin. *de resignat. lib. 5. quæst. 6. n. 139.*

Paupertatis privilegia vide per Rebuff. *de privileg. Scholar. privileg. 90.* Gonzal *d. gloss. 2. n. 35.* Steph. Grat. *disceptat. forens. cap. 7. num. 9.* Et multa de paupertate vide per Hyppolyt. *in l. 1. §. præterea, n. 12. ff. de quæst.* Sigis. Scacc. *de appellat. quæst. 17. limit. 40. num. 11.* Cened. *ad decretum, collect. 27.* Et plura in laudem paupertatis ac ejus favorem, vide apud Paul. Montan. *de tutelis, cap. 36. gloss. 2. num. 4. cum sequentibus*, Gonzal. *d. gloss. 2. à num. 1.* Paupertatis etiam plura mala vide apud Salzed. *in pract. crimin. Canon. cap. 18. n. 3 & cap. 137.* verbo *capitalis, p. 559.* Varg. *no trat. da nobreza, discurso 9. à n. 5.*

Verbo PECUNIA.

PECVNIA connumeratur inter immobilia, vel mobilia pretiosa, etiam destinata ad emptionem prædii, ut per Aloys. Ricc. *decis. Cur. Archiepiscopat. Neapolit. p. 2. decis. 261.* Barbos. *de offic. & potest Episcopi, p. 3 allegat. 84. num. 41.* quem vide *num. 42. 45. & 46.*

Pecunia censetur de his, quæ usu consumuntur, & in ea usufructus non potest separari à dominio & proprietate, Bernard. Græv. *in pract. Cam. Imper. lib. 2. concl. 10. considerat. 3.* Stephan Gratian. *disceptat. forens. cap. 543. num. 8. cum sequentibus*, Barbosa *ad cap. ult. de pignor. num. 10.* Et est de rebus, quæ servando servari non possunt, idem Barbosa *d. allegat. 95. à num. 40.*

Pecunia affectionem non recipit, *l. si fundus, in fine, ff. ad leg. Falcid.* Tiraq. *de retract. lig. §. 1. gloss. 7. n. 110.* Et in summa ac quantitate non cadit affectio, nisi ratione personæ, cui debet solvi, vel loci, in quo est facienda solutio. Steph. Grat. *disceptat forens. c. 70. n. 13.* Et pecunia addità industriâ est fructifera, idem *c. 387. n. 15. & cap. 588. n. 23.*

Pecunia non est apta ad germinandum, & non est merx, sed mensura rerum, *l. 1. ff. de contrah. empt.* Surd. *de alim. tit 1. quæst. 42. num. 131. & tit. 9. quæst. 11. n. 6. & decis 35. num. 17.*

Pecuniam retinere satius est, quam solutum repetere *l. 3. ff de compensat. l. si stipulatus 15. in princ. ff. de fidejussor.* Tiraquel *de retract. lig. §. 29. gloss. 2. n. 3.* Seraphin. *de privil. juram. privileg. 74 n. 81.*

Pecunia judices facilè corrumpit, quia munera frequenter excæcant oculos sapientium, & mutant verba justorum, *Exod. 23. & Eccles. 20.* Unde rationi convenit, ut judex mundas habeat manus Deo, Legi & Regi, & nullum aliud quærat lucrum, ut *in Auth. de mandat. Principum, §. oportet, collat. 3.* refert Aloys. Ricc. *decision. Cur. Archiepis. Neapolit. p. 2. decis. 260. n. 3. & 4.* Et munera excæcant prudentes, & corrumpunt corda justorum, Mascard. *de prob. conclus. 1409. n. 28.* & ad propositum *ad l. unic. Cod. ex delict. defunct. p. 5. n. 16.* Chassan. *in catal. gloriæ mundi, p. 12. considera. 54.* Paul. Fusc. *de visit. lib. 1. cap. 32. n. 2.* Et dives omnem rem habere dicitur, Tiraquel. *de nobilit. cap. 3. num. 5. & cap. 13. n. 164.* divitiæ donum Dei dicitur, idem *in l. si unquam*, verbo *bona, n. 1. in fine, Cod. de revocandis donat.*

Verbo

Verbo POENA, POENALIS.

POENA præſupponit culpam, Barboſa, *de principiis, & locis commun. utriuſque juris, lit. P. n.* 10. quem vide *num. ſequentibus.*

Pœna non irrogatur, niſi expreſſe jure caveatur, idem Barboſa *dicta lit. P. num.* 13. Et non incurritur extra caſus à lege, vel ab homine præfinitos, Menoch. *de arb. tr. lib.* 2. *caſu* 276. *num.* 1. Valaſc. *allegat* 32. *num.* 5.

Pœnis alternativè appoſitis non datur optio Reo, nec debitori, ſed judici. Gloſſ. *in cap. a crapula*, verbo *vel beneficio, de vita & honeſt. clericor.* Gom. *tom.* 3. *variar. cap.* 1. *num.* 39. Menoch. *de arbitr. lib.* 1. *q.* 94. alios refert Cened. *ad Decretal. collect.* 59 *n* 4.

Pœna impoſita contrahendi matrimonium non habet locum in contrahente ſponſalia, gloſſ. verbo *contrahere, in Clem.* 1. *de conſanguinit. & affinit.* quam exornant plures relati per Cov. *de ſponſal. p.* 2. *ap.* 1. *num.* 2. Cald. *in l. ſi curatorem*, verbo *laſis*, *num.* 128. *Cod. de integrum reſtitut. min.* Menoch. *de præſumt. lib.* 6. *præſ.* 96. *n.* 6. & faciunt tradita per eundem *de arbitr. caſu* 151. *num.* 7. ubi quod mater ob ſola ſponſalia tutelâ filii non privatur.

Pœna poteſt duplicari, ubi dantur plures actus, *l. nunquam plura, ff. de privatis delict.* Bobadil. *in Polit. l.* 1. *cap.* 13. *num.* 94.

Pœna in uno caſu appoſita non extenditur ad alium, etiam omnino ſimilem, argum. text. *in l. at ſi quis, ff. de religioſ. & ſumpt. funer.* Valaſc. *de partit. c.* 6. *num.* 61.

Pœna commiſſi non incurritur, nec quis cadit à jure ſuo, quando dubium vertitur, an contractus ſit cenſuarius, vel emchyteuticus, Alberic. *in l.* 12. *Cod. de jure emphyt. num.* 8. *col.* 2. *verſ. quid de jure ſequitur*, Jaſ. *ibi, num.* 42. Gam. *deciſ.* 91. *num.* 2. Valaſc. *de jure emphyt. quæſt.* 32. *num.* 35. Stephan. Gratian. *diſceptat. forenſ. cap.* 118. *num.* 26. Nec habet locum hæc pœna, quando neſcitur quis ſit hæres, etiamſi per triennium ceſſatum ſit à ſolutione, per text. *in l. ſi quando, ff. de action* Jaſ. qui plures refert *d. l.* 2. *num.* 61. Valaſc. *conſultat.* 71. *num.* 14.

Pœna conventionalis exigi poteſt, etiamſi nihil interſit, Surd. *deciſ.* 260. *num.* 22.

Pœna commutata non cenſetur repetita, Dec. *conſ.* 9. *col.* 2.

Pœna impoſita maſculis an comprehendat fœminas? Vide Perez *tit.* 1. *lib.* 5. *Ordinam. pag.* 46.

Pœna comminatoria ſubſiſtit de jure, & parti applicatam poteſt judex remittere, Bernard. Græv. *in pract. Cam. Imper. lib.* 1. *concl.* 114.

Pœna impoſita præſcribitur anno, ſi ſit comminatoria, *l. unic. ff. ſi quis jus dicenti non obtemperaverit*, Rebuff. *ad alind* 131. *ff. de verbor. ſignificat. p.* 501. *col.* 1.

Pœnalis conſtitutio regulariter reſtringitur, *c. ſtatutum, de elect. lib.* 6. Farin. *conſult.* 65. *n.* 132.

Pœna morte extinguitur, *l. non ſolum, morte, ff. de novi operis nuntiat.* Gom. *l.* 46. *Tauri, num. fin.* Molin. *de juſtit. tract.* 3. *diſp.* 706. *n.* 40: Aloyſ. Ricc. *in collect. deciſ. p.* 4. *collect.* 1070. Et non tranſit ad hæredes, *l.* 1. *Cod. ex delict. defunct.* Gom. *tom.* 3. *var. cap.* 1. *num* 84. *verſ. ex quibus.*

Pœnam data cauſa poteſt judex minuere, Bobad. *in Polit. lib.* 4. *cap.* 5 *n.* 62. *cum ſequentibus.* vel quando delinquens fuerit conjunctus, Director. Inquiſitor. *p.* 2. *quæſt.* 56. *pag.* 382.

Pœna per legem, vel jus commune impoſita delinquenti, locum habet ſimiliter in mandante, probatur eo præcipuo fundamento, quoniam cui per alium facit, per ſeipſum facere videtur, *l. non ſolùm, §. ſi mandato, ff. de jurejur. l. non ideo minus, Cod. de accuſat. l. ſi quis id quod. ff. de juriſd. omn. jud.* Duenh. *reg.* 378. *ampliat.* 3. Plaz. *de delict. cap.* 15. *num.* 17. Decian. *tract. crim. lib.* 4. *cap.* 17. *n.* 2. Clar. *pract. §. ult. q.* 38. *n.* 6. Gom. *tom.* 3. *de delict. cap.* 3 *n.* 39. *& l.* 45. *Tauri, n.* 91. Corraſ. *lib.* 2. *c.* 22. Menoch. *de interdict. remed.* 2. *recup. poſſeſſ. miſcel. n.* 407. ex quibus atque aliis hanc ſententiam tenet Salicet. *in d. l. non ideo minus, quæſt.* 6. Clar. *lib.* 5. *§. fin. quæſt.* 89. *n.* 1. Cov. *var. l.* 2. *cap.* 20. *n.* 10. Menoch. *de arbitr. lib.* 2. *caſu* 352 *num.* 2. *& caſu* 353. *num.* 2. Peregrin. *lib.* 2. *conſult.* 103. *num.* 10. Ceval. *commun. quæſt.* 39. *num.* 1. Farin. *in praxi, quæſt.* 135. *n.* 1. Gom. *q. cap.* 3. *num.* 39. & ultra ſuprà citatos conſule Boſſium *in pract. crimin. tit. de mandato ad homicidium*, Barboſa *in l hares abſens, §. apud Labeonem, à n.* 20. *ff. de judic.* Gabr. *lib.* 7. *commun. tit. de criminalibus, concluſ.* 1. Surd. *conſult.* 40. *num.* 14. Et quod non præſumatur mandatum, vide Peregrin. *conſult.* 107. *num.* 1. *cum ſequentibus*, quomodo probetur, vide Maſcard. *de probat. concluſ.* 886. *& concluſ.* 1015. Menoch. *conſult.* 788. *num.* 2.

Pœna talionis an ſit in uſu? Vide Clar. *lib.* 5. *§. fin. quæſt.* 12. *n.* 15. *cum ſequentibus, & quæſt.* 81. *n.* 3. Cald. *in l. ſi curatorem*, verbo *vel adverſarii dolo, n.* 46 *Cod. de integrum reſtitut. min.* Menchac. *illuſtr. cap.* 24. *num.* 16. Cot. *in memorab.* verbo *talionis pœna, p.* 839. Fr. Emman Roderic. *tom.* 2 *Regular quæſt.* 14. *art.* 2. Director. Inquiſitor. *p.* 3. *commento* 14.

Verbo POENITENS, POENITENTIA, POENITENTIARIUS.

POENITENTIA dicitur ſecunda tabula poſt naufragium, Barboſa *ad cap. ſecunda, de pœnit. diſt.* 1.

Pœnitentia in delictis conſummatis non prodeſt, gloſſ. *in l. qui ea mente, ff. de furtis*, Farin. *de delict. p.* 5. *q.* 124. *n.* 150. *cum ſeq.*

Pœnitens tenebitur pœnitentiam tolerabilem & humanæ fragilitati accommodatam acceptare, acceptaramque adimplere, niſi ad ſit rationalibis cauſa non acceptandi, Barboſa *in collect. ad Concil. Trident ſeſſ.* 3. *de Sacramento pœnitentiæ, cap.* 8. *num.* 3. & 4. ubi *num.* 5. an ſatisfactio poſſit fieri per opera alias debita, quæ quis tenetur facere ex alio præcepto: & rationem etiam aſſignat, quare tempore Miſſæ audiendæ de præcepto adimpleri poſſit pœnitentia injuncta à Confeſſario, & non poſſit adimpleri jejunium injunctum pro pœnitentia tempore Vigiliæ, vel Quadrageſimæ: & *num.* 6. quod pœnitentiam in peccato mortali adimplens peccat mortaliter, ſed obligationi pœnitentiæ ſibi à confeſſario injunctæ ſatisfacit, de quo etiam vide eundem Auctorem *ad cap. ſignificavit* 3. *de pœnit. n.* 3. Et ad propoſitum notabis quod peccata venialia omitti poſſunt à pœnitente, nec obligatur ea confiteri per ſe ex præcepto Eccleſiæ, idem Barboſa *in collect. ad Concil. Trident. ſeſſ.* 13. *de Sacram. Euchariſtiæ, cap.* 5. *num.* 4 Deinde peccatum carnale committens debet per aliquod temporis ſpatium abſtinere ſub veniali à communione, niſi adſit juſta cauſa communicandi, ex eodem Barboſa *d. ſeſſ.* 13. *cap.* 7. *num.* 3. Et peccati ratione ſubjicitur laicus Eccleſiaſtico judicio, idem *ad cap. novit* 13 *de judic. num.* 5.

Pœnitentiarii ſummi poteſtatem vide per Cald. *de reſolut. emphyt. cap.* 15. *num.* 54. *cum ſeq.*

Verbo PENSIO, PENSIONARIUS.

PEnsio est beneficium Ecclesiasticum, & beneficii nomine intelligitur, si detur in titulum beneficii, secus si in stipendium, ut per relatos à Barbosa *in cap. cum adeo 17. de rescriptis, num. 4. & 5. & in commandatum 38. eod. tit. num. 3. & lib. 3. de jure Eccles. iast. cap. 1. de pension. num. 7. cum sequentibus*, quibus adde Pat. Soar. *lib. 4. de simonia, cap. 26* Aloys. Ricc. *decis. Cur. Archiepiscop. Neapolit. p. 2. decis. 192. n. 3.* Et pensiones nostri temporis loco beneficii assignantur, & dantur titulo Ecclesiastico, Gabr. Pereira *de manu Regia, p. 2. cap. 84. n. 42.* Et pensio Clerico assignata est Ecclesiasticum beneficium, Cæsar. *p. 3. relect. de Eccles. hierar h. disp. 14. §. 10.* Et pensiones quæ assignantur in Curia Romana, pro majori parte dantur in titulum beneficii, & veniunt appellatione beneficii, Flor. *var. quæst. 23. n. 35.* Et pensio ex usu & stylo Curiæ solita reservari non est quid temporale, sed spirituale & annexum spirituali ad instar beneficii, Garc. *de benefic p. 1. cap. 5. à num. 8.* Azor. *instit. moral. p. 2. l. 8. cap 5 vers. sexto quæritur col. 971.* Et ideo fit mentio pensionis in mandatis Apostolicis quia succedit loco beneficii, Rebuff. *de nominat. q. 9. num. 36.* Et quod pensio sit quid temporale, & possit assignari laico, tradit Ricc. *ubi proximè n. 6.* Et quod pensio propriè non sit beneficium Ecclesiasticum, probant Gonzal. *de mensibus, gloss. 5. §. 52. num. 2. 3. & 36.* Garc. *d. cap 5. num. 3. 49. & 72* Barbosa *tract. de appellat. verbor. utriusque juris signific. lit A.* verbo *beneficium 32. n. 2.* De præstimoniis: quod sint beneficia Ecclesiastica, quando dantur in titulum perpetuum clericis, & habent annexum aliquod obsequium spirituale, secus autem si in sola temporalitate consistant, & de his plura alia vide apud Cæsar. *d. disp. 14 §. 5. per totum, & quæst. 2. proœm. num. 17.* Flamin. *de resignat. lib. 2. quæst. 1. n. 124.* Rebuff. *de pacific. possessor. n. 90. & 91.* Azor. *moral. inst. p. 1. lib. 10. cap. 3. col. 944. & p. 2. lib. 3. cap. 7. col. 269.* Salzed. *in pract. cap. 62. num. 11.* Soar. *d. lib. 4. de simonia, cap. 25. num. 2.* Gonzal. *d. gloss. 5. §. 2* Garc. *dicta p. 1. cap. 2. num. 117.* Barbosa *lib. 2. de jure Ecclesiast. cap. 4. de beneficiis Ecclesiast. in genere, num. 94. & lib. 3. cap. 8. de præstimoniis.*

Pensio est servitus, Flamin. *de resignat. lib. 1. q. 8. num. 8. & lib 6. q. 2. n. 6.*

Pensio non potest reservari in beneficio, nisi accedente Papæ authoritate, Steph. Gratian. *disceptat. forens. cap. 617 num. 5. cum sequentibus*, Cald. *de potest. eligendi, cap. 7. n. 15.* Et pensiones Ecclesiasticæ super beneficio impositæ non possunt obtineri absque licentia Summi Pontificis, Flor. *var. q. 23. num. 34.* Et obligatio solvendi pensionem contrahitur super beneficio neque constituitur ex contractu & conventione partium, sed ex sola pontificis authoritate & concessione, à quo totum negotium hujusmodi pender, Gig *de pension. q. 79. numero 2. & q. 83. n. 9.* Gonzal. *ad reg. 7. Cancel. gloss 5. §. 1. num. 43.* Flamin. *de resignat. lib 1. q. 8. num. 34.* ubi *num. 35.* quod etiam invito resignatario potest pensio resignanti assignari, & concordant resoluta per eundem *lib. 6. q. 2. num. 153.* ubi *num. 20. 29. & per totam q.* agit de reservatione pensionis in resignatione, & de clausulis in literis apponi solitis.

pensio constituta super fructibus per summum Pontificem non censetur imposita super distributionibus quotidianis, cùm istæ habeant diversam naturam à fructibus, & illorum appellatione non veniant, Stephan. Gratian. *disceptat. forens. cap. 166. num. 27.*

pensio quandoque ponitur super distributionibus quotidianis, licèt secus regulariter, Flamin. *de resignat. lib. 6. q. 2. n. 29.* Et resignatio est nulla, non reservata pensione super omnibus fructibus, idem *lib. 9 q. 17. n. 57.* Et succedens in beneficio renunciato simpliciter tenetur ad pensionem, idem *lib. 1. q. 8. num. 22.* ubi *num. 27.* quod vacante beneficio Oeconomus vel Camera in Regno Neapolitano solvit pensionem. Et ille qui non percipit fructus ob incursionem hostilem, & ex casu fortuito, non tenetur ad pensionem, idem *d. q. 7 num. 48. & d. q. 2. num. 101.* Et de pensione vide plura apud Aloys. Ricc. *in collect. decis. part. 4. collect. 1179.*

pensio imposita super Canonicatu, dum Canonicus fuit suspensus, debet solvi per Capitulum, ubicunque portio Canonici suspensi spectat ad Capitulum per jus non accrescendi: ita Barbosa *de offic. & potest. Episcopi, p. 3 alleg. 53. n. 117.* ubi testatur decidisse Rotam *in una Conimbric pensionis 1605. coram Illustrissimo Dom. Cardinale Millino*, & ibidem etiam refert quod pensionarius, quando pensio est imposita super distributionibus quotidianis, & Canonicus fuit suspensus, duplicem viam habet, vel dirigendo actiones contra Canonicum suspensum, vel contra Capitulum, quod distributiones percipit: & idem etiam probat *in collect. ad cap. Pastoralis 53. §. verum, num. 16. de appellat.*

Pensio debetur per Capitulum pensionario, licèt Canonicus sit absens, ita quod fructus, vel distributiones accrescant Capitulo per jus accrescendi, vel non decrescendi, Ceval. *commun. contra cammun. quæst. 897. n. 505. cum sequentibus*, ubi *n. 909. cum duobus sequentibus*, asserit quod quando actor est in possessione percipiendi pensionem, executor est judex solutionis pensionis, & Ordinarius nullitatis & reformationis. An Capitulum si percipiat fructus & distributiones præbendæ vacantis per obitum, vel absentiam beneficiati, super qua authoritate Apostolica cum consensu beneficiati reservata est pensio, teneatur solvere talem pensionem pro tempore vacationis ejusdem præbendæ, vel etiam singuli Capitulares, an verò successor postquam de tali præbenda fuerit provisus; In qua partem negativam, quod scilicet neque Capitulum, neque singuli Capitulares teneantur ad solutionem harum pensionum, tenent Navar. *cons. 49. n. 2. sub. tit. de præbendis*, aliàs in impressione Lugduni *cons. 1. n. 2. sub. tit. de solut.* Guter. *canon lib. 1. cap. 1. n. 109. cum sequentibus, junctò n. 119. cum sequentibus*, & post eos Joan. Petr. Monet. *in tract. de distribut. quotid. p. 3. quæst. 8. n. 17. cum sequentibus*, ubi quod pensio imposita super distributionibus quotidianis, non est solvenda per Capitulum, cui illæ tunc accrescunt, secus si nullus sit possessor: idem repetit *de option. cap. 7. quæst. 3. n. 48.* & acriter defendit Brito *ad cap. propter sterilitatem, de locato, à n. 35. usque ad num. 53.* Et quod hæc opinio communiter teneatur in Hispania, testatur Garc. *de benef. p. 1. cap. 5. num. 208.* Contrariam opinionem, nempe Capitulum teneri ad solutionem harum pensionum, sequuntur Aloys. Ricc. *in praxi rerum fori Ecclesiast. tit. de pension. decis. 434.* Gonzal. *ad reg. 8. Cancel. glos. 5. §. 5. num. 44. cum sequentibus*, Garc. *dicto cap. 5. n. 206. cum sequentibus*, Gig. *de pension. quæst. 51.* Quarant. *in sum Bullar.* verbo *distributiones quotidianæ, pag. 216.* Maresc. *var. resol. lib. 2. cap. 18. à num. 51.* Bonacina *de horis. canon. disp. 2. q. 6. puncto 3. n. 11.* Ceval. *d. loco*, Barbosa *de jure Ecclesiast. universo, lib. 3. cap. 11. n. 93. circa fin. & in praxi exigendi pensiones, q. 7. n. 20. cum seqq.* Rota *decis. 133. apud Farinac. p. 2. recent. & decis. 406. n. 1. p. 1. in posthum. Farinac.* Navar. *cons. 3. n. 3. in fine, de solut.* mutans sententiam quam *consult. 1.* amplexus fuerat.

penſio ut exequatur, debent præſentari literæ originales executori, & incipere per monitorium cum clauſula juſtificativa, Garc. *de benefic. p. 1. cap. 5. num. 532. cum ſequentibus*, & vide Barboſam *ad cap. cùm in jure peritus* 31. *à n. 3. de offic. delegati.* Adverſus illum cui literæ penſionis intimatæ fuerunt procedi poteſt via executiva, aliàs via ordinaria, cuter *canon. qq. l. 1. cap. 1 n.* 113. Si exequutor penſionis procedat nulliter contra debitorem penſionis, tunc poteſt recurrere ad Ordinarium, Gig. *de penſionibus quæſt* 70. Auditor Cameræ, nec ejus Subexecutor non poſſunt declarare debitorem excommunicatum, niſi ei intimentur literæ originales penſionis, Flor. *var. quæſt.* 12. *n.* 27. Et executor Apoſtolicus non poteſt exercere juriſdictionem literis non præſentaris, Barboſ *in d. cap. cùm in jure peritus*, *n.* 3. & 4. ubi *num.* 5. quod excommunicatio lata à delegato, qui copiam ſuæ delegationis petenti non dedit, eſt nulla cui adde Mart. *de juriſdict. p. 2 cap.* 35. *n.* 3. & 5. De executorialibus adverſus poſſeſſorem beneficii, vide cuter. *canon. cap. 4. n.* 28. & 29. In executore gratiarum penſionis rejiciuntur exceptiones allegatæ, & litis pendentia, & ab eo appellari non poteſt, Flor. *d. quæſt.* 12. *n.* 43 ubi etiam quod à mandatis Auditoris Cameræ non admittitur appellatio, & recurſus ad Regem, & judices ſupremi debent declarare vim non inferri, & cauſam ſubexecutori remittere.

Penſionis ſolutionem, & circa eam procedendi modum, vide per Flor. *d. quæſt.* 12. *n.* 14. *cum ſequentibus*, ubi de executoribus literarum Apoſt. & quid poſſint, vide Rebuff. *de pacific. poſſeſſor. r.* 92. *cum ſequentibus*, ubi *num.* 116. quod non poteſt diminui diminutis fructibus. Et in executione penſionis procedendum eſt non retardata ſolutione, Garc. *de benefic. p. 1. cap. 5 n.* 117. *junctο n.* 553. *cum ſeq.* Ricc. *in collect. deciſ. p 4. collect.* 1163. *in limit.* Marta *de clauſul. p. 1. clauſula* 195. *num* 12. cum aliis per Barb. *de clauſul. uſufrequent. clauſula* 162. *num.* 2. Et obligatus in forma Cameræ ſolvere Romæ penſionem, ad Curiam Rom. citari non poteſt, Ordinat. *lib.* 2. *tit.* 13 §. 1. Gabr. Pereira *de manu Regia, p* 1. *cap.* 9. *num.* 13. Et in materia penſionis quando debitor vult agere, ne fraudetur penſionarius perceptione penſionis lite pendente, ſignatura non conſuevit dare commiſſionem juſtitiæ, niſi cum clauſulâ, *ſine retardatione ſolutionis penſionis*, Gig. *de penſion. quæſt.* 62. *num.* 12. Flamin. *de reſignat. lib.* 6. *quæſt.* 2. *num.* 153. & de hac clauſula vide Barboſam *d. clauſula* 162. & alia de penſione refert Gig. *d. quæſt.* 62 *num.* 10. & 11. Monet. *de diſtribut. quotid. p.* 3. *quæſt.* 8.

Penſionis in literis eſt facienda mentio de prima, Flamin *de reſignat. lib.* 6. *quæſt.* 2. *à num.* 40. Flor. *var. lib.* 1. *quæſt.* 12. *num.* 33. Rebuff. *de pacific. poſſeſſor. num.* 123. Azor, *inſtitut. moral. p.* 2. *lib.* 7. *cap.* 21. *quæſt.* 9. *colum.* 886. *& libro octavo*, *cap.* 9. *quæſt.* 31 *colum.* 984. & Garc. *de benefic. part.* 1. *capite quinto*, *num.* 561.

penſio appoſita cum clauſula, *dummodo remaneant centum Rectori*, an ſit nulla, ſi non remaneant? Vide Aloyſ. Ricc. *in collect. deciſion. p* 5. *collect.* 1068. Garc. *d. cap.* 5. *à num.* 66. *cum ſequentibus*, ubi *num.* 422. & 423. diſtinguuntur duo caſus ſuper hoc dubio.

Penſionarius tenetur contribuere in collectis & ſubſidio charitativo, Tiraquel. *de primog. quæſt.* 74. *num.* 10. Gig. *de penſion. quæſt.* 59. Valaſc. *de jure emphyt. quæſt.* 17. *num.* 1. Rebuff. *de pacificis poſſeſſor. num.* 120. Azor. *inſtitut. moral. p.* 2. *l.* 8. *cap.* 9. *col.* 983. Garc. *d. cap.* 5. *num.* 171.

penſio ſolvi debet literis nondum expeditis, ubi quis ſe obligavit, Ricc. *dicta p.* 5. *collect.* 1665. & etiamſi literæ non fuerint præſentatæ per duos vel tres annos, debetur ſtatim atque fuit conſtituta. Rebuff. *ubi proximè*, *num.* 116. *junctο num.* 117. Et quod penſio poteſt peti & exigi ſalva conſcientia, literis non expeditis & confectis, tradunt. Gig. *de penſio. quæſt.* 34. Sanch. *de matrim. lib.* 8. *diſput.* 29. *num.* 4. Cald. *lib.* 1. *qq. forenſ. quæſt.* 22. *num.* 47. ubi etiam aſſerit quod ſi in gratia eſſet clauſula quod ſola ſignatura ſufficiat, tunc nulla eſt dubitatio Et ſtante clauſula in ſupplicatione penſionum, vigore literarum deſuper expeditarum, nec aliàs perſolvenda, non poteſt eligi, nec ſolvi ante literarum expeditionem, Garc. *de benefic. p.* 4. *cap.* 2. *à num.* 39.

Penſionarius habet regreſſum contra non ſolventem, ut dimittat beneficium, Azor *inſtit. moral. p.* 2. *lib.* 7. *cap.* 14. *quæſt.* 8. *col.* 860. *cum ſeq. & lib.* 8. *cap.* 9. *quæſt.* 4. *col.* 985. penſionario volente Cald. *lib.* 1. *forenſ. quæſt.* 20. *num.* 66. ubi quod beneficiarius non ſolvens penſionem penſionario intra tempus incurrit pœnas appoſitas in literis, *penſionario volente*, & vide Gig. *de penſion. quæſt.* 79. *num.* 3. ubi quod habens regreſſum ad beneficium, habet jus ſaltem in ſpe ad illud. Unde pœna regreſſus reſervatur ex cauſa reſignationis, & in favorem penſionarii, caſu quo reſignatarius recuſet, vel differat ſolvere penſionem annuam impoſitam ſuper beneficio reſervato vel illam petat annullari, aut ad minorem ſummam reduci, Flamin. *de reſignat. lib.* 6. *quæſt.* 3. *num.* 5. & 7. ubi *num.* 10 quod poteſt repetere beneficium, & agere ſpolio, cùm proviſio ſit nulla: & *num.* 13. quod in impoſitione hujuſmodi regreſſus, non requiritur conſenſus beneficiati: & *num.* 14. 15. & 16. quod intra regreſſus, ſi debitor penſionis illam non ſolvit infra triginta dies, & lapſis ſex menſibus poſt dies triginta ſteterit in cenſuris pertinaciter. juxta formam literarum, &c. & *num.* 36. quod ad hoc ut intret effectualiter, requiritur judicis canonizatio, & *num.* 37. quod judex non debet canonizare hunc ingreſſum, niſi principali fuerit facta intimatio literarum, eſto quod habuerit notitiam, vel quod procurator fuerit intimatus. Et regreſſu obtento ad beneficium jam obtentum perveniri ſolet, ut ex Rota tradit Barboſa *de Canonic. cap.* 18. *num.* 20. Stephan. Gratian. *diſceptat. forenſ. cap.* 921. *part.* 5.

Penſio recipi non poteſt poſt ingreſſum, quia per aſſecutionem tituli extinguitur penſio, Gig. *de penſion. quæſt.* 49. *num.* 6. & 7. ideò quod poteſt per ſimplicem concordiam inter reſignantem & reſignatarium abſque novo Sedis Apoſtolicæ beneplacito reviviſcere, Gambar. *de offic. delegati*, *lib.* 6. *num.* 483. *cum ſequentibus*. Et penſiones decurſas amittit, qui vigore regreſſus petit immitti in beneficium, Gig. *de penſion. quæſt.* 76. Stephan. Gratian. *diſceptat. forenſ. cap.* 617. *num* 34. Et penſionarius non poterit uti pœna regreſſus, ſi recipiat penſiones præteritas, Gig. *quæſt.* 73. & *d. q.* 76. Et penſionarius recipiens penſiones cum proteſtatione ſibi præjudicat in regreſſu, idem *d. quæſt* 73. *num* 5. 6 & 7. Et non licet appellare ab hac pœna, idem *quæſt.* 78. *num.* 8. Et de acceſſu & regreſſu vide text. *in cap.* 2. *in princip de præbend. l.* 6. *cap. propoſuit*, *eod. tit. Clem.* 1. *in fine*, *ut lite pend.* Flamin. *de reſignat. lib.* 6. *quæſt.* 3. Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancel.* §. 1. *proœm. num.* 32 Barboſa *in praxi exigendi penſiones*, *quæſt.* 9 ubi *num.* 17. & 18. quod poſſeſſor eſt intruſus ac merus detentator, & non legitima contradictor poſt canonizationem regreſſus: & *quæſt.* 10. *à num.* 2. aſſerit quod non amittit penſiones decurſas qui vigore regreſſus ob illas non ſolutas obtinuit immitti in poſſeſſionem beneficii. Et de modo procedendi quando reſervatur regreſſus, vide Flamin. *d. lib.* 6. *quæſt.* 2. *num.* 138. *cum tribus ſequentibus.*

penſi

Pensionarius incedens in habitu & tonsura gaudet fori privilegio, quando pensio datur in titulum, Barbosa *lib.3.de jure Ecclesiast.cap 11.de pensionibus, n.17.* Aloys.Ricc. *decis.Cur. Archiepis opat. Neapolit. p.2.decis.192.*Azeved. *l.1.n.5.vers.Sed. an pensio,tit.4. lib. 1.nova recopilat.* Gonzal. *ad reg. 8. Cancel. glos.5. §.5. n.6.*Garc.*de benefic.p.1.cap.5.n.70. num. sequentibus*, & sacram Congregat. Cardinalium ita decrevisse refert idem Barbosa *de offic. & potest. Episcopi, p.2.allegat.12.n.8.& p.3. allegat. 57.n.151.* quamvis contrarium resolvat Cenedo *pract. lib. 1.q.4. à n 32.* quem cum aliis citat Barbosa *d. n. 17.* quem vide *in collect.ad.Conc.Trid.sess.23. de reform. cap. 6.n.12.* & Themud.*decis.321. n.4.cum sequentibus.*

Pensio non potest remitti, seu vendi sine superioris autheritate, Azor. *instit. moral. p.2.lib. 8.cap.10. col.987.* Gonzal. *ad reg.8.Cancel.glos.5.§.5.num, 38. cum sequentibus, juncto num.19.* Cald. *de potest. elig. cap.7.num.15* gratis verò sic, Aloys. Ricc.*in collect. decis.p.5 collect.1653.* Et non potest pecuniâ redimi, nec tranferri sine auctoritate Papæ, Garc. *de benef. p.2,cap 5.n.20.* ubi *num. 38.* quod quamvis ante obtentum beneplacitum Papæ non possit pensionario solvi pecunia in executionem conventionis, itaut statim pensio maneat extincta, seu partes nequeant resilire, & revocare mandatum, potest tamen illi dari pecinia in rationem redemptionis pro tempore beneplaciti obtenti, idest, ut beneplaciro obtento eam sibi habeat pro redemptione, seu tanquam in depositum, & securitatem, ut sit certus & securus de solutione, ac sine necessitate exigendi à redimente, sicut posset accipere fidejussorem pecuniæ solvendæ beneplacito obtento: & *num.39.*quod potest pensio gratis remitti per pensionarium absque authoritate Superioris.Et pensio super beneficio Ecclesiastico constituta non potest redimi absque simoniæ labe.Cardin.Tolet. *in sum. cap.92. in fine*, Less. *de justit. lib.2. cap. 35. dub. 22. num.224.* Barb, *resp. casuum conscient.p. 1. casu 37.* Ricc *d. collect. 1653.* Pat.Soar.*lib.4. de Simonia, cap. 27. num. 10.* Et fructus pensionis Ecclesiasticæ non possunt vendi, aut locari ultra tres annos, Garc. *de benefic. p. 2. cap. 1. num.3.* secus est in commoditate, quæ potest vendi, idem Garc. *ub proximè, num. 38. & d.cap. n.29.* Ricc. *d.collect.1653.*

Pensionarius æquiparatur fructuario, Menoch. *cons.66.n.12* Cald. *forens.lib 1.q.13.n. 20.* ubi etiam probant quod pensio similis est usufructui.

Pensio æquiparatur contractibus profanis, Garc. *de benef.p.1.cap.5.num.41.*

Pensio Ecclesiastica potest assignari puero & minori septennio,Flamin. *de resignat.lib.4.quæst. 9.n.12.* Azor. *instit. moral.p.2.lib.8 cap.7.col.74.* Stephan. Gratian. *disceptat.forens.cap. 508.num.16. cum sequentibus*, ubi etiam quod est necessaria expressio ætatis infantilis.

Pensionis perceptio probat possessionem, & acquiritur ex unico actu, Flor. *lib.1.var.quæst. 2.n.25.* Garc.*de benef p.1.cap.5.n.450.*Aloys.Ricc. *in collect. decis.p.5,collect.1604.* Melchior.Loter. *de benef.lib.1. quæst.48.num.106.*

Pensio super beneficio potest assignari laico, Flamin *de resignat.lib.2.q.15 n 20.& lib.4.q.2.n.7.* Ricc. *decis.Cur. Archiep. Neapolit.p.2.decis.102 n.6.*

Pensio Ecclesiastica non potest conferri illegitimo, Barbosa *in addit. ad collect.p 8.col.2.*

Pensionem qui petit debet probare vitam pensionarii, Cur.philip. *p 1.§. 17.n.22.*

Pensionarii tenentur dicere qualibet die officium parvum Beatæ Mariæ Virginis, Gonzal. *ad reg. 8. Cancel. glos. 5. num. 13.* Marta *de jurisdict. p. 2. cap.32.num.46.*Aloys.Ricc.*in collect.decis.p.3.collect. 140.* cum aliis citatis per Barbos. *ad cap. dolentes 9. de celebrat. Missarum, num.7.*

Pensionem qui solvit prælato videtur habere mandatum,Menoch. *de præsumpt.lib.2.præsumpt.33.* Gig. *de pension.quæst.48.* Steph Grat. *discept. forens.c. 113. n.57 cum.seq.*ubi quod habet locum quando præcedit obligatio Cameralis de solvendo pensionem.

Prædium urbanum ſunt naves, & qui conducit navem cenſetur conduxiſſe prædium urbanum, Maſcard. *de probation. concl. 210. num. 4.* Tiraquel. *de retract. lig §. 1. gloſſ. 7. num. 88.* Et quod naves ſunt bona mobilia, tradit Cur. philip. *tom. 2. lib. 3. cap. 2. num. 30.*

Verbo PRÆLATUS.

PRælatus reputatur tanquam ſponſus Eccleſiæ, Stephanus. Gratian. *diſceptat. forenſ. cap. 601. num. 1.*

Prælati & adminiſtratores bonorum Eccleſiæ ſunt loco tutoris, idem Gratian. *ad. cap. 601. num. 6. 17. & 24.*

Prælatus propriè non dicitur eſſe de Capitulo, vel Conventu, Emman. *in Aphoriſ. Confeſſar.* verbo *Prælatus, num. 1.* cum aliis citatis per Barboſam *de appellat. verborum utriuſque juris ſignificat.* verbo *Capitulum.*

Prælatus viſitans tanquam ſuſpectus recuſari poteſt ſi modum exceſſerit in viſitando, prout deciſum referunt citati à Barboſa *de offic. & poteſt. Epiſcopi, p. 3. allegat. 73. num. 38.*

Prælatus per reſignationem admiſſam perdit omne jus, Cald. *de emp. cap. 15. n. 34.*

Prælati Regulares poſſunt benedicere Eccleſiaſtica ornamenta, Barboſa *de offic. & poteſt. Epiſcopi, p. 2. allegat 27. num. 44.*

Prælatus ſive quicunque ſuperior, poteſt dicere teſtimonium in cauſa ſuæ communitatis, idem Barboſa *in addit. ad collect. p. 44. col. 2.*

Prælatus teſtimonium ferre non poteſt pro Eccleſia ſua in his quæ ſibi aliquod commodum concernunt, Maſcard. *de probat. concluſ. 1358. numero 34.*

Prælatus in acquirendis poteſt præjudicare Eccleſiæ, ſeu monaſterio, ſecus eſt in acquiſitis, Menoch. *de arbitr. caſu 171. num. 53.* Spin. *de teſtam. gloſſ. 8. num. 60.* Paul. Comitol. *reſponſ. moral. lib. 1. quæſt. 84.* Stephan. Gratian. *diſceptat. forenſ. cap. 45. num. 24. & cap. 568. num. 51 cum ſequentibus.*

Prælati an de bonis de quibus teſtari non poſſunt, donare poſſint inter vivos, & quid de majoratibus ab eis inſtitutis? Vide Molin. *de juſt. tract. diſp. 148.* ubi latè de materia agit.

Prælatus excuſabitur à ſimonia ſi beneficium conferat famulo propter obſequium exhibitum, dummodo ſoluta ſit merces pecuniaria, Sot. *de juſtit. lib. 9. quæſt. 7. art. 3. ad primum*, Rebuff. *in praxi benefic. tit. quot modis benefic. acquir. n. 5.* Fr. Emman. Roderic *in ſum. caſuum conſcient. tom. 2. cap. 59. num. 9.* Card. Tol. *in ſum. lib. 5. cap. 90. num. 4.* Nav. *in cap inter verba, 11. q. 5. concl. 5. corol. 2. n. 24.* Gonzal. *ad regul. 8. Cancel. §. 4. proœm. num. 51 & 52.* Sayr. *Clavis Regia lib. 10. tract. 5. cap. 7. num. 9.* Soar. *de relig. lib. 4. de ſimonia, cap. 39.*

Prælati omnes & beneficiati Eccleſiaſtici tenentur expendere eleemoſynis, & operibus piis redditus ſuorum beneficiorum, aut præbendarum, exceptis neceſſariis ad congruam ſuſtentationem, & non ſunt veri domini reddituum Eccleſiaſticorum, teſtarique non poſſunt, & diſponere de ipſis ad libitum: at verò excepta ſua ſuæque familiæ decenti ſuſtentatione, reſiduum erogare tenentur in pauperes, & in pios uſus, ut quia uſuarii, non verò uſufructuarii eorum bonorum ſint, vide per citatos à Cened. *in collect. ad Decretal. collect. 12. num. 5.* quibus adde Molin. *de primogen. lib. 2. cap. 1. num. 43.* Barboſam *in l. divortio, in princ. p. 2. num. 53. cum ſeq. ff. ſoluto matrimon.* Valaſc. *de partit. cap. 36. num. 4.* Cald. *de reſolut. emphyt. cap. 15. num. 43. & de empt. cap. 16. num. 1. & conſ. 8. num 26.* Clar. *in §. teſtamentum, quæſt. 27. num. 8.* Menoch. *conſ. 66. num. 32. & de arbitr. caſu 433 num. 35.* Fr. Emman. Rederic. *tom. 3. qq. regular. quæſt. 74. art. 4. verſ. quinta ratio*, Azor. *inſtitut. moral. p. 2. lib. 7. cap. 8. col. 834. cum ſeqq.* Stephan. Gratian. *diſceptat. forenſ. cap. 606. num. 6.* Fr. Antonius Molin. *in inſtrucçon de Sacerdotes, capite 15. & 16.* Vanales *nos diſcurſus predicaneis, cap. 6. §. 4.*

Prælatus ſeu beneficarius ex fructibus Eccleſiæ poteſt juvare ſuos propinquos inopes, & egeſtate laborantes, quod etiam in filiis ſpuriis procedit; & non ſolùm alimenta, imò & dotem præſtare poſſunt, & pater pro alimentis emphyteuſim filio ſpurio ſtipulari poteſt, & ex redditibus Eccleſiæ eſt filia ſpuria dotanda, & ſic Prælati liberè poſſunt bona ſuarum Eccleſiarum propinquis, & conſanguineis in emphyteuſim concedere ad tempus, vel in tertiam generationem, dummodo prælatus ſit diligens Eccleſiæ paſtor, & rerum Eccleſiæ adminiſtrator, & propinqui quibus ſit conceſſio, benemeriti & Eccleſiæ utiles, non oneroſi? ita probat Cald. *de poteſtate eligendi, cap. 13. num. 11.* ubi *num. 12.* aſſerit quod idem obſervandum eſt, ſi propinqui ſint pauperes, bonæque vitæ & converſationis.

Prælati an poſſint bona Eccleſiæ ſuis cognatis in emphyteuſim concedere? Vide Concil. Brachar. IV. *ſect. 5. cap. 28.* cum citatis per Barboſam *in remiſſ. ad Concil. Trident. ſeſſ. 25: de reform. cap. 1. num. 5. & de officio & poteſt. Epiſcopi, p. 1. tit. 2. gloſſ. 9. num. 34.* quibus adde Stephan. Gratian. *diſcept. forenſ. cap. 415 num. 17. & cap. 472. num. 21. & num. 32. & deciſ. 105. num. 45. p. 2.*

Verbo PRÆSCRIBERE, PRÆSCRIPTIO, PRÆSCRIPTUM.

PRæscriptio in dubio non præsumitur, nisi probetur, Bart. *in l. Celsus, ff. de usu cap.* Aim. *cons.* 13. *num.* 12. Maseard. *de probat. concl.* 1213. Menoch: *de præsumpt. lib.* 6. *præsumpt.* 33. *num.* 2.

Præscriptionis exceptio in jure repetatur rigorosa, & impii præsidii plena, Hyppolit. *sing.* 370. *incip. usucapio, in fine*, Paris. *cons.* 101. *num.* 18. *lib.* 1. Alciat. *in rub. de præscript. lib.* 6. Aym. *cons.* 201. *num.* 37. Roland. *cons.* 68. *num.* 11. *lib.* 3. Et edictum de præscriptionibus est prohibitorium, Surd. *decis.* 3. *n um.* 3.

Præscriptio habet vim pacti & contractus, & non fit nisi occurrente voluntate præscribentis, & ignorans se habere titulum non præscribit, Surd. *decis.* 24. *num.* 1. *cum sequentibus*. Et præsciptio est stricti juris. Garc. *de expensis, cap.* 9. *n.* 38.

Præscriptum tantum censetur, quantum possessum, *l.* 1. §. *si quis hoc interdicto* & ibi notat Bart. *ff. de itinere, actuque privato, cap. auditis, de præscript.* Paris. *cons.* 414 *num.* 25. *vol.* 1. Seraphin. *de privileg. juram. provil.* 33. *num.* 156. cum aliis citatis per Barbosam *de incipiis, & locis commun. utriusque juris, lit. P, num.* 35.

Præscriptione non potest inchoare hæres, ubi defunctus mala fide possidebat, *l.* cùm hæres 11 *ff. de diverss. & tempor. præscript.* Gloss. *in l. is qui in jus, de regul. juris, lib.* 6. Bald. *de præscript.* 2. *p. quæst.* 12. *num.* 12. *& à. num.* 18. Menchac. *illustrium cap.* 73. Molin. *de just. disp* 65. Tiraquel. *de præscript. in princ. gloss.* 2. Cov. *in reg. possessor,* 2. *p.* §. 8. *num.* 1. & 4. Cald. *in l. si curatorem*, verbo *sua facilitate, num.* 71. *Cod. de in integrum restitut. min.* Valasc. *consult.* 95. *num.* 7. refert & sequitur, quamvis contrariam opinionem defendat Barbosa, cum aliis quos citat *in rub. Cod. de præscript.* 30. *an. à n.* 240.

Præscriptio in annuis præstationibus, vel quibus fit solutio singulis diebus, quo tempore introducatur? Vide Stephan. Gratian. *disceptat. forens. cap.* 359. *num.* 29. *cum sequentibus*, ubi asserit quod tot sunt præscriptiones quot solutiones.

Præscriptio debet esse continuata, & non interrupta; *cap. illud, cap. auditis, in fine de præscript.* Gloss. verbo *interrupta, in cap. placuit* 2. 16. *quæst.* 4. cum citatis per Covar. *in reg. possessor, p.* 2. §. 12. *à principio*.

Præscriptio non interrumpitur per solam petitionem extrajudicialem, Guter. *de juram. confirm. part.* . *cap.* 1. *numero* 24. & in foro conscientiæ præscriptio solius actionis non tribuit jus constante veritate, Sanch. *de matrim. lib.* 7. *disput.* 37. *num.* 17.

Præscriptio etiam longissimi temporis interrumpitur per citationem possidenti factam, juxta text. *in leg. cùm notissimi, in princip. & in* §. *imò, & in l. sicut* 3. *vers. nec sufficit, Cod. de præscript.* 30. *vel* 40. *an.* gloss. verbo *interrupta, in cap. placuit*, 2. 16. *quæst.* 4. Ordinat. *lib.* 4. *tit.* 79. §. 1. resolvunt omnes scribentes *in leg. naturaliter, & in leg. ut. ff. de eo per quem factum erit*, Cov. *in reg. possessor. p.* 2. §. 12. *num.* 4. *vers. quarta*, Surd. *decis.* 5. *num.* 2. Gabr. Pereira *decis.* 53. *num.* 7. & per molestiam factam interrumpi possessionem, probat text. *in l. nemo, Cod. de acquir. possess.*

Præscriptio contra privatum sufficit temporis ordinarii, quod aliàs contra Ecclesiam non sufficeret, Bart. *in leg. si publicanus*, §. *in vectigalibus, post principium, ff. de publican.* Bald. *consilio.* 257. *& consilio* 275. *lib.* 2. & dicit communem Socin. *consil.* 266. *num.* 43. *vol.* 2. Præscribuntur bona mobilia, utpotè fructus triennio, Phœb. *decis.* 133. *num.* 45. *tom.* 2.

Præscriptionis materia absens vel præsens quando quis dicatur? Vide Stephan. Gratian. *disceptat. forens. cap.* 230. *num.* 20. Phœb. *arresto* 42. *p.* 1. *Onde refere que na materia de prescripçaon. dos bens de raiz, que se prescreve per espaço de dez annos co titulo, & bona fide inter præsente, se juzgou*, quod præsentes non dicuntur nisi quando duo sunt in eadem civitate. Et qui in loco habet domicilium, præsumitur præsens. Menoch. *cons.* 331. *num.* 28. *& cons.* 561. *num.* 19. *& de præsumpt. lib.* 6. *quæst.* 19. *num.* 4. Mascard. *de proba. concl.* 1213. *num.* 69. Rot. Rom. ex Farin *decis.* 185. *num.* 3.

Præscriptio 30. vel 40. annorum communis est clericis, & laicis, Phœb. *decis.* 19. *à num.* 3. ubi *n.* 9. *cum seqq.* quod in bonis quorum titulo clerici ad Ordines promoventur, non gaudent privilegiis Ecclesiis concessis: & *num.* 14. quod res immobiles Ecclesiæ præscribuntur annis quadraginta, mobiles autem triennio, nisi fuerint Ecclesiæ Romanæ, in quà requiritur præscriptio centum annorum.

Præscriptio centenaria, quæ requiritur contra Ecclesiam Romanam, Authent. *ut Ecclesia Romana centum annorum gaudeat privilegio, collat.* 2. *c. ad audientiam, cum seq. de præscr.* & quæ item per textum *in l. ult. Cod. de sacrosanct. Eccles.* requiritur contra civitates & Respublicas, est necessaria contra Regna, & Imperatores, ut ex gloss. verbo *nec multam, in Authent. de non alienandis,* §. *ut autem*, & pluribus Doctor. refert Valasc. *in lib. da justa acclamaçaon del Rey don Joaon, IV. p.* 3. §. 2. *num.* 11. & Cardos. *in praxi judicum & advocatorum*, verbo *præscriptio, num.* 20. 21. *& 22.*

Præscriptio non currit impedito agere, Menoch. *de interdict. remed.* 5. *retin. possess. num.* 79 *& cons.* 38. *num* 35. Gam. *decis.* 26. *num.* 5. *& decis.* 84. *num.* 2. *& decis.* 93. *n.* 3. Surd. *dec.* 151. *num.* 4. *cum seq.* Stephan. Gratian. *disceptat. forens. cap.* 475. *num.* 4. *cum sequentibus*, Gabr. Pereira *decis.* 41. *num.* 2. *& decis.* 52. *num.* 4. Cald. pater *cons.* 30. *num.* 35. *& forens. quæst.* 20. *num.* 21.

Præscriptio non currit contra pupillum, *l. sicut, C. de præscript.* 30. *vel.* 40. *an.* Ozasc. *decis.* 69. Surd. *decis.* 4. *n.* 2. Gratian. *forens. cap.* 403. *n.* 22. *& cap.* 475. *num.* 23. Cald. *cons.* 12. *num.* 16.

Præscribi potest jus piscandi, Valdes. ad Soar. *p.* 2. *pag* 91. Surd. *cons.* 390. *num.* 24.

Præscribi non potest jus percipiendi Gabellas; Azeved. *l.* 2. *num.* 3. *tit.* 15. *lib.* 4. *nova recopilat.* Et de juribus Regalibus; & patronatibus Regiis, vide Cabed. *decis.* 65. *p.* 2. *num.* 2, & 3. ubi quod præscribi non possunt, licèt interveniat immemorialis præscriptio.

Præscribi non possunt bona Regiæ coronæ, quæ sunt in patrimonio Regni Surd. *decis.* 1. Guter. *lib. pract. quæst.* 84. Valasc: *consil.* 167. *num.* 14. *cum sequentibus.*

Præscribi non possunt ea quæ consistunt in mera voluntate, *l. Proculus, ff. de damno infecto, l.* 1. §. *denique, l. si in meo, ff. de aqua pluvia arc. l.* 2. *ff. de via publica*, Covar. *lib.* 1. *var. cap.* 9. *num.* 1. *&* 2. Tiraquel. *de retract. tit.* 2. §. 1. *gloss* 2. *num.* 21. Menoch. *de arbitr. casu* 44. *à num.* 6. *& casu* 160. *& cons.* 143. *num.* 3. *&* 29. Cordub. *in l. si quis à liberis*, §. *utrum, num.* 59. Cald. *de renovat. quæst.* 15. *num.* 42. Menchac. *controvers. frequent. cap.* 4. *num.* 9. Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancell. gloss.* 5. §. 6. *num.* 37. Gratian. *forens. cap.* 88. *num.* 15.

num.15.& cap. 89. num. 13. cum sequentibus, & capite 564.num.44.cum sequentibus, Surd. *consilio 127. num. 21. & consilio 260 num. 17.* Cabed. *decis.109. num.2.part.2.*Reynoso *observat.65.num.32.33.& 34.* Barbosa *in cap.accedentes 11.de præscr.num.3.& in c. ut privilegia 24.de privileg.num.8.& in addit.ad collect. pag. 159.*

Præscriptio immemorialis obtinet vim privilegii, Barbosa *ad cap.1.de præscr. lib.6.num.16.* Lex tamen potest tollere præscriptionem immemorialem.Garc. *de benefic. p.3.cap.2.n.193.*

Præscriptio quadraginta annorum cum titulo æquiparatur immemoriali,Gabr.Pereira *decis.52. n.3.* Phœb.*tom.1.decis.89. num 9. & 10.* Reynoso *observatione 65.num.35.juncto num.37.*Et quod etiam ista præscriptio immemorialis noceat omnibus successoribus tradunt Gregor. Lopez *in l.1.tit.26.partita 4.* verbo *ni lo impece,in fine,*Gomez *l.40.Tauri,num.90 ad finem.*Reynoso *observat.70.num.46.*Gabr. Pereira *dicta decisione 52.num.13.vers.at verò*, ubi alios refert,& est communis ex multis, quos adducit & sequitur Ludov Molina *de primog.lib 4.c.14.n.3.& 10.*

Præscriptio immemorialis non admittitur cum mala fide, *cap. ult. de præscript.* ubi Abb. *in prin ip. cap.vigilanti . eod.tit.reg possessor, de reg.juris lib 6.* probat gloss.*per text.ibi,*verbo *nisi, in cap.1.de præscript.eod.lib.* Communis ex Cov. *in dicta reg. possessor, p.2. §. 8. num. 1.* refert plures Menchac. *lib. 2. controvers. illustr.cap. 81. num. 10. vers. contrariam.* tradunt Menoch.*de interdict.remed. 15. recuper. possess. num. 417.* Mascard *de probat. conclus. 1213. à num.45.* Gabr. Pereira *decis. 52.* Reynoso *observ. 65. num.21.*Barbosa *ad d. cap. 1. de præscript. in sexto, num.15.*

Præscriptio immemorialis quomodo probetur ? Vide Menoch. *de arbitr.casu 3.num.7.*Gregor.Lopez *l.15.* verbo *pueden acordar, tit. 31. part. 3.* Avend. *l.41.Tauri, gloss.1.n.15.& gloss.11.*Cardos. *in praxi judicum & advocat.*verbo *præscriptio, n.79.* latissimè Reynoso *observ 65.n.10.11.13.& 14.juncto num.27. 30 31.& 35.& per totam observ. 65.* vide alia plura de præscriptione immemoriali.Quid si titulus appareat, à quo præscriptio inchoavit, vide Cald.*forens. quæst.23.num.110.* ubi quod inficit præscriptionem, & idem resolvit Phœb.*decis.163.à n.12. & decis.213. num.9. 10. 15. & 16.p.2.*

Verbo PRÆSUMPTIO.

PRæsumptio cedit veritati, ex citatis per Barbosam *de principiis & locis communn.utriusque juris, lit.P, num.36.*quibus adde Gratian. *cap.657. num.7.* junctis traditis per eundem Barbosam *d.tract. lit. C, num 45.*

Præsumptio una tollit aliam, *l.Divus,ff. de in integrum restit. l. non solùm, ff. de ritu nupt.* Menoch. *cons.343.num.38.*cum aliis, de quibus per Barbosam *d.lit. P, num. 37.* Et multò magis plures conjecturæ ac præsumptiones, Menoch *ubi proximè*, Gratian. *dicto cap. 657. num. 34.* Quæ præsumptiones prævaleant ? Vide Menoch.*de arbitr. casu 472. & de præsumpt.lib.1.quæst.30.num.1.& 5* ubi quod præsumptio tollit suspicionem, & *num. 6.* quod præsumptio hominis validior tollit præsumptionem legis debiliorem.

præsumptio est liquidissima probatio, Gonzal.*ad reg.8. Cancel. gloss.43.n.90.*

præsumptio juris dicitur patens probatio, *l. licèt, ff.de legibus,l.1.ibi,liquidò,Cod.de testam.milit.*Tiraq *in l. si unquam*, verbo *donatione largitus, num. 58. Cod. de revocandis donat.* Menoch. *de interdict. remed.15.recuper.possess.num.400.& de præsumpt. lib.1. præsumpt.33.*Cov.*lib. 2. var. cap.6. num. 1.* Gonzal. *ad regul.8.Cancell.gloss.43.*Rodulphin. *variar. quæst. lib. 2. quæst. 27. num. 12 cum sequentibus*, Barbosa *in cap.ad nostram, numero 6. de empt. & vendit.* & transfert onus probandi in adversarium, *l.generaliter, §. si petitum, in fine, ff.de fideicommiss. libert. leg.in illa, ff. de verbor. obligat.* Menoch. *remed. 8. recuper.possess.num.6. & consil. 21. num. 3. & consilio 118. num.14.& cons.191.num.23.& de præsumpt. 33.* Mascard. *de probat. concl. 1221. num. 4.* Seraphin. *de privileg.juram. privil. 4.num. 4.* Valasc. *de partit. cap.8.num.43.*Garc.*de benefic.part. 5. §. 1. num. 530.* Et contra præsumptionem juris, & de jure non admittitur probatio in contrarium,*cap. is qui fidem 30. de sponsal.* ubi Barbosa *num. 4.* Mascard. *de probat. conclus.1222.*Valasc. *consult. 52. num. 13.* Cardos. *in praxi judicum & advocatorum*, verbo *confessio,n.43.* & verbo *præsumptio, num.4.*Menoch. *dicto lib.1. de præsumpt. præs. 3. num. 19. & 20. & consilio 159. num.19.* ubi quod præsumptio juris revelat ab onere probandi.

Præsumptio est contra illum, qui habet malam fidem, Bobad. *in Polit. lib.1 cap.8. num.8.* nam species corporis simulacrum est mentis,figuraque probitatis, ut refert Ceval. *commun. contra commun, quæst.248. num.13.* ubi *a num. 16.* adducit multa de pulchritudine.

Præsumptio est contra illum, & causam malam fovere dicitur qui per multum tempus distulit movere judicium,argum.text.*in cap.1. de frigid. & malefic.* ibi, Si provocare voluit, cur tandiu tacuit?notant Hyppol.*cons.84.n.7.*Flor.*ad Gam.decis.243.*Barbosa *ad cap. causam 7.qui filii sint legitimi, num.7.*Et dolum præsumi resolvunt Menoch.*de præsumpt.l.2. præs.91.num.4.*Farin *in praxi, p. 1. tit. 5. quæst. 46. num.103.* ubi etiam agit de illis, qui litem movent post mortem debitoris, quia hæredes non sunt instructi, & idem asserit Menoch.*lib.3.præsumpt. 135. num.16.*Mascard.*de probat.concl.1318.num.27.* Cald. *de empt. cap.31. num.64.*

Verbo PRETIUM.

PRetium succedit loco rei,text.*in l.quia 46. ff. de usufructu* Stephan.Gratian.*disceptat. forens.c.304. num.6.*Aloys.Ricc.*in collect.decis. part.4. collect.740.* Et verba verificari possunt etiam in æstimatione, & tacitè videtur cautum, ut si non extent res mobiles, restituatur æstimatio,*l.si æstimatis.50 vers.respondi, ff.soluto matrim.*Et æstimatio rerum dotalium dos appellari potest, Barbosa *in d.l.si æstimatis,n.31. juncto num.7.*

Pretium justum rei consideratur secundùm consuetudinem regionis, uti etiam in censu solvendo, vide Gratian.*forens.cap.141.num.37.cum seqq.*Et secundùm tempus non momentaneum, sed stabile ac fixum, Mascard.*de probat.concl.650.num.4.& concl. 636. n.65.& concl.658. num.2.*

Pretium justum est, quod in foro invenitur, Mascard.*concl. 1396. num.35.*Et pretium justum rei censetur illud, pro quo vendi potest in foro, Barbosa *cap.1.de empt.num.7.* vel quod à Principe taxatum fuit, Mascard. *ubi proximè,num.39.*Grat.*forens. cap.126. num.15.*

Pretium justum fit ex redditu viginti annorum, gloss.ult.*in Authent.perpetua,Cod.de sacrosanct.Ecclesiis* communiter recepta, ut per Cov. *lib.3. var. cap.9 num.5.*Surd. *de alim.tit.9.q.41.n.2.*Cald.*forens.q.10.*

num.10

n. 10. Gratian. *forens. cap.* 545. *à n.* 3. Barbosa *in votis decis. Canon. lib.* 1. *voto* 10. *n.* 12, 13. *&* 14.

Verbo PRINCEPS.

PRINCIPIS & Regis mores imitantur subditi, Mascard. *de probat. concl.* 1068. *num.* 13. Molin *de primog. lib.* 1. *cap.* 2. *num.* 22. 23. Flamin. *de resignat. lib.* 5. *quæst.* 3. *num.* 156.

Principum propria est liberalitas, Tiraq. *de nobilit. cap.* 37. *num.* 40. *cum sequentibus*, Card. Mantic. *de tacit. & ambig. convent. tom.* 2. *lib.* 13. *tit.* 17. *num.* 8.

Principi non potest dici, Cur ita facis, gloss. *in extravag. ad Apostolatus, de conces. præbendæ, inter com. cap. justum, dist.* 9 Chassan. *in catal. gloriæ mundi, p.* 5. *consider.* 35. *vers. & ut semel*, Menchac *usu frequent cap.* 1. *num.* 4. Menoch. *cons.* 103. *num.* 38. *& cons.* 81. *num.* 24. Perez *de jure fisci, tract.* 3. *num.* 4. *pag.* 35. *& num.* 64. *p.* 50. Afflict. *decis.* 265 *num.* 62. Barbosa *in d. cta Extravag. num.* 4. *&* 5, *& ad cap.* 2. *de majorit. & obedient. num.* 12. & vulgò dicitur, *Rou, Rou face o que el Rey mandou*, Farin. *de de ict. p.* 3. *quæst.* 97. *num.* 25. *&* 26. Varg. *no trat. da nobreza, discurso* 7. *num.* 15. magna est enim ejus potestas, & intelligendum est de potestate quæ non continet peccatum, Perez *lib.* 8. *Ordinam. pag* 379. *cum seq.* 26. *tit.* 19. Et datur in principe plenitudo potestatis Sanch. *de matrim. lib.* 2. *disput.* 15. *num.* 2. ubi *num.* 3. disputat, quid sit potestas ordinaria, & absoluta principis.

princeps non potest uti absoluta potestate, quæ jure divino aut humano non regulatur, nec justis legibus subjicitur, Menoch. *consilio* 1. *num.* 424. *&* 426. Matienz. *l.* 3. *glos.* 12. *tit.* 10. *n.* 4. Pinel. *p.* 2. *rub. Cod. de rescind. vendit. num.* 24. Menchac. *controv. illustr. cap.* 5 *num.* 16. *& quæst. frequent. cap.* 1. *n.* 4. Cov. *lib.* 3. *var. cap.* 5 *num.* 8. Duenh. *reg.* 43. *vers.* 5. *fallit.* Peregrin. *de jure fisci, pag.* 50. *num.* 65. Molin. *de primog. lib.* 2. *cap* 7. *à n.* 31. Azeved. *ad l.* 1. *tit.* 1. *lib.* 4. *novæ recopil. num.* 25. Sanch. *de matrim. lib.* 2. *disp.* 15. *num.* 3. Cabed. *decis.* 12. *n.* 9. *p.* 1. *& decis.* 79. *p.* 2. Phœb. *arresto* 184 *p.* 2. Et in dubio non videtur uti plenitudine potestaris Surd. *decis.* 2. *num.* 20. Bernard. Græv. *in pract. Cam. Imper. lib.* 1. *concl.* 56. *consider.* 3. nec tertio præjudicare, Phœb. *decis.* 151. *num* 18. *cum seqq. p.* 2. Et princeps in causa de plenitudine potestatis procedens non tenetur citare partes, Barbosa *tract. de clausul. usufrequent. clausula* 41. *num.* 18. Et Princeps quando ex contractu obligatur etiam de plenitudine potestatis, contravenire non potest, Cald. *cons.* 28. *num.* 8.

Principes, Duces & Marchiones non recognoscentes superiorem, possunt in suis civitatibus quæ Rex in suo Regno. Farin. & ibi addit. *consult* 94. *num.* 6.

principis interest ne eligatur prælatus sibi suspectus, qui secreta Regni revelet, Azeved. *l.* 14. *tit.* 3. *num.* 19. *lib.* 1. *novæ recopilat.* Cabed. *de patronat. Regiæ coronæ, cap.* 37. *num.* 5. Marta *de jurisdict. p.* 2. *cap.* 40. *n.* 26. *& seq.* Et potest Episcopum seditiosum, ac vassallos perturbantem de regno expellere, Mart. *d. p.* 2. *cap* 34. *num.* 24.

Prncipis coquus an sit nobilis? Vide Tiraquel *de nobilit. cap.* 30. *num.* 10. Cot. *in memorab.* verbus *coquus*, Cabed. *decis.* 73. *num.* 4. *p.* 2.

Principis suprema potestas non potest præscribi, Menchac. *illustr. cap.* 2. *num.* 14. peregrin. *de jure fisci, pag.* 55 *num.* 75. Guter. *pract. lib* 1. *quæst.* 88. Avil. *ad cap.* 1. *Prætor. in princip. n.* 11. Et multa quæ princeps habet in signum supremæ potestatis, & quod ista non possunt præscribi, vide per ordinat. *lib.* 2. *tit.* 45. §. 8. ubi Barbosa, Cabed. *decis* 66. *p.* 2. Surd. *de alim. tit.* 9. *q.* 22. *num.* 16 *&* 17. Gonzal. *cap regul.* 8. *Cancel.* §. 2. *præam. num.* 12. *cum seqq.* Cald. Pereira *cons.* 8. *num.* 33. *vers. quamobrem*, Sesse *Aragon. decis.* 74. *num.* 6. *tom.* 1. & de fidelitate vide Mart *de jurisdict. part.* 4. *centuria* 1. *casu* 43. *num.* 25. *cum seqq.* ubi quod nunquam præscribatur, & de hoc notabili adde eumdem Cald. *consult.* 28. *num.* 17. *cum seqq.* & Mart. *dicta part.* 4. *centuria* 2. *casu* 195. *à num.* 49. *cum seqq.*

princeps res Regiæ coronæ alienare non potest, Barbosa *ad cap. intellecto* 33. *de jurejurando, numero secundo*

principis & pontificis assertioni creditur, gloss. *in cap.* 1. verbo *statuit, de renunciat. lib.* 6. *& in cap. ad Apostolicæ*, verbo *promiserint, de re judic. eodem lib. Clem.* 1. *de probat.* Mascard. *conclus.* 1227. *à num.* 1. Farin. *de delict. part.* 2. *lib.* 2. *tit* 6. *de oppositi. contra personas testium, q.* 63. *num.* 79. *cum seqq.* Gabr. Pereira. *decis.* 118. *num.* 8. Phœb. *dec.* 108. *num.* 21. *p.* 2. Non creditur principi de facto alieno, Anton. Gabr. *tomi. lib.* 1. *commun. opin. tit. de probat. conclus.* 2. Flamin. *de resignat. lib.* 8. *quæst.* 11. *num.* 24. Et quoties enuntiat mandatum, illud præsumitur intervenisse, Menoch. *de præsum.* 33. *num.* 12. Flamin. *lib* 9. *quæst.* 22. *num.* 2. *&* 3.

princeps supremus quoties jubet exequi rem, quæ in se continet injustitiam, tale mandatum exequendum non est, imò potius superfederi debet in illo, quousque prius rescribatur eidem principi causa, cur talis executio non fiat, & ille respondeat: ita probatur per text. *in cap. si quando, de reser.* ubi Barbosa *num.* 2. plures citat.

Principis rescripta & decreta in tribunali supremo, præcedente causæ cognitione sunt leges stabilitæ authoritate Regia, & irrevocabiles, ut probatur *in l. ult. Cod. de legib.* resolvit Afflict. *decis.* 190. *in fine.* latissimè Menoch. *consil.* 501. *à n.* 27. *usque ad n.* 33. *lib.* 6. cam. *decis.* 174. *num.* 10. Cabed. *decis.* 223. *num.* 3. *tom.* 1. Azeved. *ad leges novæ recopilat. lib.* 2 *tit* 4 *in rub. num.* 2. optimè pat. Suar. *de legib. lib.* 3. *cap.* 3. *num.* 11. Et quidquid princeps statuit aut decernit, pro lege servatur, *l.* 1. *ff. de constit. Principum*, §. *sed quod Principi placuit, Instit. de jure natur. gent & civili.*

principe & Papa justa causa præsumitur, Menchac. *illustr. cap.* 25. *num.* 17. Victor. *de potestate Papæ, num.* 14. *&* 15.

princeps non potest dispensare contra leges suas, nec eas absque ratione, & justa causa derogare, seu relaxare, ex Cabed. *decis.* 79. *n.* 2 *cum seqq. part.* 2.

Principis declaratio absque partis citatione non valet, Burg. *consil.* 25. *num.* 4. Guter. *lib.* 3. *pract. q.* 17. *num* 230.

Principis scientia quoad ea quæ respiciunt administrationem procuratorum illi nocet, Stephan. Gratian. *disceptat. forens. cap.* 560. *num.* 21. ubi *num.* 22. secus in administratione procuratorum alicujus privati.

Princeps, nec lex civilis non possunt tollere, nec supplere defectum naturalem, ex text. *in l. fin. Cod. de testam. militis*, citat alia jura Gom. *ad l.* 15. *Tauri num.* 112. & de jure ordinario non potest auferre jus quæsitum de jure gentium, Phœb. *decis.* 171. *num.* 12 *p.* 2.

princeps potest sine causa subditis auferre officia sæcularia, Barbosa *ad cap. cum olim.* 12. *num.* 4. *de re judic.*

Princeps sæcularis potest præjudicare Ecclesiæ in acquirendis, Cald. *de empt. cap.* 8. *num.* 34. *cum seqq. & forens. quæst.* 23. *num.* 92.

Princeps ſolus poteſt remittere pœnas delictorum, & veniam concedere, *l. relegati ff. de pœnis*, Roland. *conſil. 4. num. 52. vol. 3.* Aloyſ. Ricc. *in collect. deciſ. p. 5. collect. 1773.* Joſeph. de Seſſe *Aragon. deciſ. 178. tom. 2.* Cald. *in l. unic. Cod. ex d lict. defunct. p. 1. num. 61* Perez *l. 5. tit. 15. lib. 2. Ordinam. pag. 169.* Azeved. *ad l. 1. num. 7. cum ſequentibus, tit 25. lib. 8. novæ recopilat.* Phœb. *arreſto 184. p. 2* & de hujuſmodi remiſſionis vide Chaſſan *in catal gloriæ mundi, p. 5 conſiderat. 3, ad finem*, Menoch. *de præſumpt. lib. 2. præſumpt. 10. num. 13.* Et Rex ingrediens aliquam civitatem denuò ſolet concedere veniam carceratis, Franciſc. Mart. *deciſ. 18.* Marta *de juriſdict. p. 1 cap. 44* Phœb. *ubi proximè.*

Princeps tenetur ob ſervitia ſibi impenſa & collata à ſubditis, & non remunerata ſatisfacere ſucceſſoribus, Gabr. Pereira *deciſ. 4.* Mendez *in praxi Luſit. lib. 1. cap. 2. num. 9. & ſeq.*

Princeps poteſt bonis ſubditorum uti in bonum Reipublicæ, Gabr. Pereira *de manu Regia, cap. 6. n. 7.*

Princeps poteſt cogere ſubditos, ut ſibi mutuent pecunias pro defenſione patriæ, Menoch. *conſil. 307. num 49.* Vincent. de Franch. *deciſ 21. num. 10. cum ſeq.* Menchac. *illuſt. cap. 6. num. 71.* Cabed, *deciſ. 44 n. 12. p. 2.* Et tenetur ſolvere cambia & intereſſe, Maſcard. *de probat. concl. 933. num. 41.* Menchac. *d. cap 6. num. 8.* Bernard. Græv. *in pract. Cam. Imper. lib. 2 concl. 56. conſider. 2* Cur. philip. *tom. 2. lib. 2. cap. 2. num. 20.* Azeved. *lib. 1. num. 26. cum ſequentibus, tit. 1. lib. 4 novæ recopilat.* Et qui præſtare tenetur commeatum, ſocietati militum tranſeunti, intelligitur dummodo ei pretium ſolvatur, Menoch. *conſil. 312. num. 11.* Et poreſt Rex imponere ſubditis ſubſidium charitativum, Surd *de alim. tit. 1 quæſt. 57. num. 3. & quæſt 76. in fine.* Et bona Principis debent priùs pro neceſſitatibus publicis expendi, quam à ſubditis aliquid exigatur, Menoch. *conſil. 75. num. 86.* Surd. *d. tract. de alim. tit. 7 quæſt. 22. n. 9. & quæſt. 30. num. 11. cum ſeqq.* Cabed. *d. p. 2. deciſ. 49. n. 3.*

Principis imperium ampliatur perpetuò magis adjectione hominum, quàm pecuniarum copia, *l. cum ratio, §. ſi plures, ff. de bonis damnat* & ad propoſitum eſt videndus Joan. Boter. *lib. 7. da razon de ſtadon, cap. de la multitud. de gente, fol. 126.* Matienz. *ad lib. 5 novæ recopilat. tit. 1. gloſſ. 1. rub. num. 114.* & civium numerum oppidorum firmiſſimum ornamentum, tradit Plin *epiſt. 7. ad Fabatum*, relatus à Paulo Montan. *de tutel. cap. 35. num. 53.* Et Regibus ac Principibus numeroſam gentem gloriæ eſſe probat text. *in cap. Eccleſia, §. hic, 1. quæſt. 4.* & Saluſtius *in præm. de conjurat. Catilinæ*, ſcribit, maximam gloriam in maximo imperio putavere: Salom. *Proverb. cap. 24. in fine*, in multitudine populi ſita eſt gloria, refert Menoch. *conſil 126. num. 6* Et princeps debet abundare vaſſallis locupletibus, & hoc ordine plurima rerum erit ubertas, Auth *ut judices ſine quoquo ſuffragio, collat. 2. l. 1. ff. de bonis damnat.* & divitiæ ac opulentia non niſi magna concordia comparari ſolent, Menoch. *conſil. 28. num. 23.* Coſm. *in pragmat. ſanct. in proœm. §. quæ omnia*, verbo *debilius*, Tiraquel. *de jure primog. quæſt. 23. num. 12.* & vide Alciat. atque ibi Sanch. *emblem. 146. pag. 422.* & Xenophontem *lib. 8. diſciplinæ Cyri majoris, pag. 145. ibi*: At ego dum amicos divites reddo, hos mihi theſauros eſſe puto, & cuſtodes ſimul tam bonorum meorum longè fideliores, quàm ſi præſidiarios ſtipendiarios præfeciſſem: & ibidem plura alia videnda refert, & aſſerebat Ptolemæus Rex Ægypti relatus *in theſauro linguæ Latinæ*, verbo *Ptolemæus*, quod alios locupletes facere, regale magis erat, quàm locupletari, facit text. *in l. 1. §. denuntiare, verſ. publicè, ff. de ventre inſpic.* Sanch. *de matrim. lib. 8. diſput. 39. num. 30, & 31.* pat. Rader Societatis Jeſu, *in comment. ad Martial. lib. 5. epi. gram. 43.* ubi aſſerunt quod bono publico non parum convenit familias locupletes & integras conſervare, & in tali conſervatione abundat Reſpublica viris nobilibus ac locupletibus, qui commodiùs ipſi inſerviant, atque ideo ob hanc cauſam juſtæ redduntur majoratuum inſtitutiones; & quod ad pietatem ac publicum bonum pertinet conſervare illuſtres familias.

Princeps ſupremus cauſam motam coram inferiore ad ſe advocare poteſt, *cap. ut noſtrum 56. de appellat.* ubi Barboſa *num. 2. junct. num. 3. & 4.* Et dum cauſam ad ſe advocat, ita illi affecta remanet, ut nequeant inferiores de ea cognoſcere, Valaſc. *conſult. 105. num. 62. tom. 2.* Cabed. *deciſ. 85. num. 4. p. 2.* Phœb. *deciſ. 80. à principio, & arreſto 163. & 164. part. 1.* latè Gonzal. *de menſibus, gloſſ. 52. num. 27. & 28.* Azeved. *lib. 3. num. 2. tit. 5. lib 4. novæ Recopil.*

Princeps tenetur adimplere quod promiſit, *cap. 1.* & ibi Doct. *de probat. l. digna vox*, & ibi Cyn. *Cod. de legibus*, Burg. de paz cum aliis quos citat *conſil. 25. num. 51.* Seſſe *Aragonenſi deciſione 74. num. 17. & deciſ. 179. num. 11 cum ſequentibus, tom. 1.* quia in principe veniente contra contractum à ſe vel à ſuis prædeceſſoribus factum, cauſa non præſumitur, & licèt ſit ſolutus legibus, non tamen à dictamine rectæ rationis, utpote qui ſit animal politicum & mortale, ut Bald ait *in l. 2. num. 45. Cod. de ſervit & aqua*, Roland. *cconſil. 2. num. 150. cum ſeq. lib. 1.* & eſt adſtrictus obedire rationi, *Authent. de monachis, in principio collat 4.* Gabr. pereira *deciſ. 120.* Nam Princeps debet unam ſolùm vocem, unumque calamum habere, & illud profiteri, *Semel loquutus eſt Deus*, ut meminit Dec. *conſil. 103. in fine, & conſil. 287. num. 8. & 169. num. 19.* Bald, *conſil. 279. lib. 3.* Molin. *de primogen. lib. 4. cap. 3. num. 19.*

Princeps ex ſuo pacto manet obligatus, & non poteſt ſine cauſa revocare contractum initum cum ſubdito, vel privilegium conceſſum in modum contractus, Padil. *in l. interpoſitas, num. 37. Cod. de tranſact.* Perez *ad l. 3 tit. 8. lib. 3. Ordinam. col. pen.* Roland. *conſil. 13. à numero 33. lib 3.* Gom. *l. 40. Tauri, num. 89. in verſ. confirmatur*, & *de contractibus tom. 2. cap. 1. num. 1* Menchac. *illuſtr. cap. 3. à principio*, Molin. *de juſtit. tom. 2. diſput. 261. verſ. fin.* Cabed *deciſ. 75. num. 1. p. 2.* Soar. *de legibus, lib. 3. cap. 35. num. 23.* Cald. *conſil. 28. num 8. & 9.* Gabr. Pereira *deciſ. 120. num. 7.* Nam Princeps in contractibus regulatur ut privatus, Surd. *deciſ. 1. num. 5.* & contractus habet vim legis, idem *deciſ. 2. num. 4.* Et contractus celebratus cum Rege obligat ſucceſſorem Tiraquel. *de jure primogen. quæſt. 35. num. 20. cum ſeqq.* & ſui anteceſſoris factum ac conceſſionem obſervare debet, Menoch. *conſil. 1. num. 404. & conſil. 331. num. 65.* Phœb. *deciſ. 113. num 29. cum ſeqq. part. 2.* Et promiſſiones factas à Rege in infantili, vel puerili ætate, an teneatur poſtea ætate perfecta adimplere? Vide exempla duorum Regum Portugalenſium, primum in Chronica Luſit. per Eduardum Nunez de Liaon *in vita Regis Dom. Dionyſii, fol. 109. verſo*, & in Chronica Regis Domini Ioannis II. Portugaliæ, per Garciam de Reſende *cap. 23. fol. 133.*

Princeps agnato non poteſt nocere, cui jus eſt quæſitum, ſive illud de jure gentium, ſive de jure civili quæſitum ſit, Cald. *in l. ſi curatorem*, verbo *implorare, num. 31. Cod de in integrum reſtit. minor* Molin. *de primogen. lib. 1. cap. 8. num. 31. & lib. 2. cap. 7. num. 28.* Perez *ad lib. 5. Ordinam. tit. 2. pag. 127* Cabed. *deciſ. 12. n. 24.* Menoch. *conſil. 1. num. 394.* Pinel. *in rub. Cod.*

C. de rescind. vendit. p. 1. cap. 2. num. 18. Molin. de justit. tom. 1. tract. 2. disp. 174. vers. contrarium, num. 30. Secus est in jure quærendo, Molin. d. cap. 8. num. 28. Aym cons. 35. num. 7. Cald. de extinct. emphyt. cap. 20. num. 40. Menoch. cons. 181. num. 60. Flamin. de resign. tom. 2. lib. 10. quæst. 1. num. 39. & 40.

Princeps non potest sine causæ cognitione aliquem jure suo privare, Menoch. cons. 1. num. 396. Potest tamen auferre jus tertio quæsitum, quando ipse fuit causa acquisitionis mediante sua nova lege Mart. de jurisdict. 1. cap. 51. num. 15. Et an possit privilegium ob benemerita concessum revocare? Vide Barbosam in addit. ad collect. p. 40. ubi quod hæc privilegia sunt irrevocabilia, etiam de plenitudine potestatis, & Princeps potest etiam post jus quæsitum privilegia per se, vel prædecessorem suum subditis concessa pro libito suæ voluntatis revocare, ex eodem Barbosa in reg. decet 16. num. 4. de regulis juris, lib. 6.

Princeps in dubio non censetur juri quæsito præjudicare, l. 2. §. si quis à Principe, ff. ne quid in loco publico, gloss. verbo aliquatenus, in extravag. ad Apostolatus, de concess. prabenda inter commun. ibi: quia Princeps per factum suum juri alterius derogare non intendit, ubi Barbosa num. 3. & in cap. cum omnem 6. de reser. num. 3. & 4. Cabed. p. 1. decis. 65. num. 5 Phœb. decis. 151. num. 18. cum sequentibus, p. 2. Imò etiamsi velit id, non potest efficere sine justa causa, Molin. de primogen. lib. 4. cap. 3. num. 18. & in officiis tradit Pinel. p. 1. rub. Cod. de rescind. vendit. cap. 2. num. 31. junctò num. 1. 2. & 3. vers. altera inspectio est.

Verbo PRIOR.

PRIOR Ecclesiæ collegiatæ habet jurisdictionem contentiosam & curam animarum, & tenetur residere, etiamsi cura jurisdictionalis sit, & fori exterioris, gloss. in cap. dubium 2. de elect. Extravag. execrabilis, ad finem, de præbend. Mascard. de probat. concl. 468 num. 2. Stephan. Gratian. disceptat. forens. cap. 133. num. 19 cum sequentibus, Garc. de benef. p. 3. cap. 2. num. 166. & num. 181. & n. 480. & p. 5. cap. 3. num. 98. & c. 7. cap. 4 num. 65. & p. 11. cap. 7. num. 4. Tarbosa de officio & potest. Episcopi, alleg. 57. num. 164. & in cap. dudum. 54. de elect. num. 12. & in remiss. ad Concil. Trident. sess. 24. de reformat. cap. 12. num. 5. Aloys. Ricc. in collect. decis. p. 5. collect. 1591 Ravar. consil. 5. de tempor. Ordin. Gonzal. ad regulam 8. Cancellariæ glos. 6. num. 59. cum seqq. Et habet jurisdictionem quasi Episcopalem, & in effectu est eadem dignitas cum Abbatia, Flamin. de resignat. lib. 2. quæst. 1. num. 77. junctò num. 81. & lib. 3. quæst. 1. n. 202. unde Prælati qui habent jurisdictionem quasi episcopalem, possunt eam exercere & defendere in omnibus, sicut ordinarii Episcoporum, Barb. ad Clem. 1. pe rebus Ecclesiæ, num. 9. & in addit. ad collect. tit. de offic. judicis ordinarii, num. 2. pag. 21. Et prælati omnes Episcopo inferiores, qui jurisdictionem habent fori contentiosi, potestatem habent ferendi censuras in sibi subditos, Cov. in cap. alma mater, p. 1. §. 11. num. 1. Navar. in Man. cap. 27. num. 5 Fr. Emman. Roderic. qq. regular. tom. 1. quæst. 36. art. 3. col. 5. ad finem, Soar. de paz in pract. tom. 2. prælud. 1. num. 5. Barbosa d. p. 21. & in addit. ad collect. in cap. quarenti 20. de verborum significat pag. 173. Suar. tom. 5. a 1 3. part disp. 2. sect. 2. num. 10.

Prior ac Capitulum habeat collationem præbendarum & dignitatum, Priorque habet unam vocem, & Capitulum, vel major ejus pars aliam, & si discordent, neutra valet collatio, Gonzal. gloss. 45. num. 47. cum sequentibus, junctò num. 58. 59. & 60. Put. part. 1. decis. 35. & part. 3. decis. 117. Selva de benefic. part. 2. quæst. 17. num. 3. Garc. de benefic. parte 5. cap. 4. num. 28. & 29. Barbosa de Canonicis, cap. 14. num. 15. ubi quod Collegiatæ Ecclesiæ sæcularis Canonicatus, seu præbendæ vacantes spectant ad electionem & præsentationem Prælati inferioris & Capituli ejusdem Ecclesiæ Collegiatæ, & ad institutionem Episcopi de jure communi: concordant resoluta per Gonzal. dicto num. 47 & Abbas solus non potest præsentare ad beneficium, nisi hoc habeat ex præscripta consuetudine, vel privilegio, sed id est totius Collegii, cujus major pars consentire debet, ut præsentatio legitima sit, ita Barbosa ad cap. ea noscitur 6. num. 2. de his quæ fiunt à Prælatis sine consensu Capituli. Si Prior insignis Ecclesiæ Vimaranensis se intromittat in casibus privationis beneficii, poterit contradicere Archiepiscopus Bracharensis, cum agatur de ejus præjudicio, Gabr. Pereira decisione 2. num. 10. versic unde.

Verbo PRIVILEGIUM, PRIVILEGIATUS.

PRIVILEGIUM personale est quod nominat personam suo nomine, ut observat text. cum gloss. in l. 1. §. permittitur, ff. de aqua quotid. & æstiva. & l. 3. ad finem, & l. 4. vers. quanquam, ff. de censibus, vel. pri. vilegium, de regul. juris, lib 6 gloss. in sum. 25. quæst. 2. gloss. rub. ad cap. possessiones, 16. quæst. 1. & in cap. cum venissent, in gloss. magn., de institut. Alexand. consil. 86. & 101. num. ult. lib. 1. Tiraquel. tract. de jure primog. quæst. 59. num. 1. & expirat cum persona, d. reg. privilegium, usque adeò; ut privilegia concessa personaliter patri, vel marito in filios, vel uxorem, etiam viduam, marito mortuo non transmittantur l. in honoribus, §. vacationum, ff. de excusat. muner. l. in filiis, ad fin. Cod. de decurion. lib 10. Glossa verbo nec, in l. sed & milites, ff. de excusat. tutor. Roland. consil. 52. num. 40. & 41. lib 2. Bart. in l. 2 Cod. de Episc. & cleric. & ad cognoscendum si sunt realia, vel personalia, inspicitur utrum incipiant à persona, vel à re, juxta reg. l. si communis servus, ff. de stipulat. servorum, l. 1. §. ult. ff. de jure immunit. Alciat. responso 203. Et privilegium personale ac reale quid sit: vide Cald. in l. si curatorem, verbo minoribus, num. 42. vers. tertiò, Cod. de in integrum restitut. minor. & qq. forens. lib. 1. quæst. 15. num. 11. Menoch. consil. 70. n. 1. & consil. 136. num. 2. & lib. 3. præsumpt. 47. num. 7. & præsumpt. 103. Mendez in praxi, lib. 1. cap. 1. num 18. Et dicitur perpetuum quando est concessum Ecclesiæ, vel populo, Fr. Emman. Roderic tom. 1. ad regular. quæst. 61. art 14. & in addit. ad Bullam Cruciatæ, part. 2. fol. 189. Et privilegium veniens ex contractu in dubio præsumitur reale; Phœb. part 1 decis. 33. num. 8 Et privilegia concessa locis, vel civitati, tanquam realia transeunt ad posteros, l. proponebatur, ff. de judic. Cald. d. quæst. 15. num 16.

Privilegium concessum bonis alicujus, an extendatur ad bona postea acquisita? Vide Guter. consil. 5.

Privilegium concessum uxori extenditur ad maritum, Menoch. consil. 136. num 12. Cald. in l. si curatorem, verbo vel adversarii dolo, num 33. Cod. de in integrum restitut. minor. Barbosa in l. quia tale, num. 22. ff. solut. matrim.

Privilegium ubi quis amittit, intelligitur in iis, quæ sunt sibi utilia, Surd. de alim. tit. 6. quæst. 18. num. 21. cum seqq.

Privilegium acquisitum per fraudem nihil prodest acquirenti, *l.hoc accusare, in princip.ff.de accusat.* Barbosa *ad l.si quis posteaquam,ff.de judi .n.* 120. ubi *num.*227. tradit quando præsumatur acquisitum in fraudem

Privilegium collegii, vel matriculæ perditur per quinquennium, Plat. Luc de Pena, & Rebuff.*in l.* 2. *Cod.de primicerio lib.*12. In matricula non scriptus gaudet privilegio immunitatis, Plat. & Næv. *in l.nec intra,Cod.de professor.& medicis,lib.*10.

Privilegio abutens illius favore & commodo indignus est, Næv. *ad l.quæ sup. prætextu* 9.*Cod.de Sacrosanct.Eccles.num.*3.

Privilegium immunitatis concessum, à Principe potest superveniente causa modificari, vel revocari, Barb. *in addit.ad collect.p.*110.*col.*2.

Privilegia clausa in corpore juris reputantur jus commune, & non censentur revocata, Chassan.*in consuetud. Burg.rub.*7.§. 10. verbo *repræsentatione*, *pag.*261, Menoch.*de præsumpt. lib.*6. *præsumpt.* 40. *num.*13, Barbosa *in l.*1. *ff.soluto matrim.p.*1. *num.*11. *&* 12.

Privilegium amittitur per actum contrarium eidem, Fr. Emman.Roderic. *tom.* 3. *quæst. Regular. quæst.*51. *art.*5. Gabr pereira *decis.*91. *num.*30.Garc. *de nob lit.gloss.*6.*num.* 36. Barbosa *in addit. ad collect. pag.*168.

Privilegium mutatur mutatione personæ,Roland. *cons.*61.*num.*5.*cum sequentibus,vol.*4.

Privilegium concessum personæ sine temporis præfinitione, non durat, nisi in vita illius cui fuit concessum, *cap.possessores* 26.*quæst.*4. Roland.*d.consil.*61.*num.*11.

Privilegia concessa minoribus, censentur etiam concessa illis, qui per curatores reguntur, *l.*13. & ibi Gregor. *tit.*16. *p.*6. Cald *.n l.si curatorem*, verbo *cùm non absimilis,C.de in integrum restit.min.*

Privilegium amittitur per delictum,Surd. *de alim. tit.*36.*num.*4.

Privilegium concessum intelligitur in his, quæ aderant tempore privilegii concessi,Fr. Emman.Roderic. *tom.*3.*quæst. Regular.quæst.*51.*art.*2.ubi intelligit de privilegiis quæ erant in usu.

Privilegium concessum à Principe intelligitur sine præjudicio tertii, *l.*2. *§.si quis a Principe, ff.ne quid in loco publico, & in l.quoties, Cod. de precib. Imper. offer. & in cap.super eo* 2. *de offic. delegati*, ubi Dec. *num.*2. ampliat & limitat multis modis, ttadunt Mascard. *de probat.conclus.*1003.*num.*22. Cabed. *decis.*93. *num.*2.*p.*2. Cald. *de nominat.quæst.*21.*num.*56. *cum sequentibus*, Azeved. *ad l.*14.*num.*39.*tit.*3.*lib.*1. *novæ recopilat.* Gonzal. *ad reg.*8.*Cancellar. gloss.* 28. Idem procedit si adest clausula, *motu proprio*, *ex certa scientia*, *vel de plenitudine potestatis*, Anton. Gabr. *tom.*3. *commun. opin. tit. de clausul.conc us.*1. *num.*8. *cum sequentibus*,Barbosa *de claus. usufrequent. clausula* 41. *num.*40. *& clausula* 59. *num.*29.*& clausula* 79 *num.*19.Et privilegium potest Princeps concedere in præjudicium alterius, quando res resolvitur ad antiquum suum statum, Menoch *cons.*350. *num.*13.

Privilegium interpretatur à consuetudine longi temporis, Phœb *decis.*14.*n* 3.*p.*1. Et privilegiorum est interpres consuetudo, Molin. *de primog. lib.* 2. *cap.*6. & alter Molin. Theologus *de justit.tom.*3.*disput.*590.*consect* 9. Guter.*pract.lib.*3.*quæst.*62.*num.*26. Nam à pari procedunt privilegium & consuetudo, *l.*3.*§.ductus aquæ.ff.de aqua quotidiana & æstiva,cap. super quibusdam*, §. *præterea*, *de verbor. significat.*ubi etiam quod quæ privilegio acquiri possunt, acquiruntur etiam præscriptione.

Privilegia immunitatis odiosa quando vergunt in detrimentum Reipublicæ, sunt restringenda, Bernard. Græv. *in pract.Cam. Imper.lib.* 2. *considerat.* 1. *conclus.* 2.

privilegio fori an gaudeat clericus in minoribus? Vide Themudo *p.*3.*decis.*31.*à num.*212.*junctio n.* 17. *cum seqq.*

privilegio fori sibi à lege vel Principe concesso, potest quilibet renuntiare, adeo ut non requiratur consensus, vel licentia judicis, sed partium text. *in c.p.de causis* 4.*de offic. delegati*, Barbosa *in l.*1.*ff.de judic.art* 2.*à num.*12.*juncto num.*26.

privilegia non confirmata per Reges successores vim non habent, *l.mandatum*, *C.mandati*,& in donationibus idem asserit Valasc. *consult.*167. Barbosa *in cap. Apostolica de donat.num.* 3. & super hoc lata est lex Regia Ulyssipone, publicata *die* 25. *mensis Aprilis*, *anno salutis* 1591. Non tamen si sint concessa per contractum, Valasc. *consult.*72. *num.* 5. *& consult.*120. *num.*13. Ricc.Neapolit.*decis.*206.*per totam*, Menoch. *consil.*113.*num.*9.*& consil.*307.*num.*5 *cum seqq.& de præsumpt. lib.*2. *præsumpt.*10. *num.*16. Barbosa *in collect.ad c.*1.*de probat. n.*19. Ideò privilegia concessa insigni & Regali Ecclesiæ sanctæ Mariæ de Oliveira oppidi Vimaranensis, non indigent confirmatione, quia fuerunt concessa per contractum in vim eleemosynæ, & tutius esse impetrare confirmationem à Rege successore,resolvit Bernard. Græv. *in pract.Cam.Imper. lib.*2. *concl.* 1. *num.* 3. *cum seqq.* Quid ad evidentem necessitatem,bellique calamitatem, an quis excusetur, si habeat privilegium concessum Ecclesiæ? Vide eundem *concl.*2. *considerat.*1. *num.* 2. Et quod non sit necessaria confirmatio, est concordia Regis Dom.Alphonsi V. de qua Gabr. pereira *de manu Regia,p.*1.*fol.*283. *verso.* Attamen Afflict.*decis* 128. & Cabed.*p.*2.*decis.*5.*num.*4. resolvunt quod privilegium principis & donationes Regiæ in morte ejus indigeant confirmatione per Regem successorem & absque ea sunt invalidæ.

privilegium an amittatur per non usum, vel per contrarium usum? Vide Barbos. *in cap.cùm accessissent.*8. *de constitut.num.*6. *cum sequentibus*, Flor. *var. qq.lib.*1.*quæst.*21. *num.* 268. Rebuff. *in tract. nomin. quæst.*14.*num.*21.Et amittitur per abusum,idem Rebuff. *quæst.*10. *num.*51. Cardos. *in praxi judicum*, *& advocat.* verbo *privilegium*, *num.* 56. Et si patiatur quis se describi inter non privilegiatos, Surd. *consil.*313. *num.*67. Et privilegium ex non usu per decennium amittitur,& Ecclesia ac monasterium non amittunt privilegium,nisi cessaret illo uti spatio 40. annorum, Fr. Emman. Roderic. *tom.*3. *quæst. Regular. quæst* 51. *art* 5. ubi *art.*4. quod præsumitur esse in usu, ubi semel fuit in usu. Et per non usum amittitur privilegium decennio, quando est concessum ad aliquid faciendum,Bernard. Græv. *ad pract.Cam. Imper. l.*2. *conclus.*60 Et non amittitur si non occurrat casus in quo verificetur, Menchac. *usufrequent. cap.*2.*à num.*5. *cum sequentibus*, Valdes. ad Soar. *in proœm.fin.fol.* 6. Cald. *de resolut.emphyt. cap.* 15.*n* 8. Græv. *ubi proximè*, *considerat.* 2. & vide Molin *.de primog.lib* 2.*cap.*7. *ad fin.*Azor. *instit.moral.p.*1.*lib.*5. *cap.*4.*col* 373. *& cap.*22.*col.*461.Fallit quando acquiritur per contractum, vel per pecuniam, quia nunquam amittuntur per non usum,Phœb.*p.*5.*decis.* 33. *num.*6. ubi *num.seqq.* de aliis limitationibus, & de privilegio in non faciendo, vide Græv. *considerat.*5. & de faciendo in actu successivo, vide *consid.* 6. Et quando privilegium fuerit concessum pro anima, si non impleatur quod fieri jubetur, non amittitur in perpetuum, Cabed. *arresto* 3.*p.*2. Farin.*de delict.p.*4. *cons.*94.*num.*13.*& num.*20.*cum seqq.*

privilegii amissionem non inducit contrarius usus privatorum quoad futurum tempus, Bart. &

gloss.

gloss. *in l. 2. in princ. ff. de privil. veter.* Mascard *de prob. concl.* 1269. *num.* 20. Fr. Emman. Roderic. *qq. Regular. tom.* 1. *quæst.* 9. *art.* 4. *vers.* 5. *& tom.* 3. *quæst.* 51. *art.* 5. *vers. pen.* Pat. Suar. *de legibus, lib.* 8. *cap.* 35. *num.* 12 *cum seqq.* Gabr. Pereira *decis.* 91. *à num.* 30. Barb. *in cap. cum accessissent* 8. *à n.* 6. *de constit. & in addit. ad cap. accedentibus* 15. *num.* 8. *de privileg.* Farin. *cons.* 94. *n.* 14. *& cons.* 95. *à n.* 20. latissimè Moneta *de conservat. cap.* 30. *à num.* 425. De aliis casibus quibus amittitur privilegium, vide Cardos. dicto verbo *privilegium.*

Privilegium concessum à Principe venditori, censetur datum etiam emptori, Barbosa *in leg. quia tale, num.* 22. *ff. soluto matrim.*

Privilegium subdito concessum potest sine causa Princeps revocare, habet enim tacitam conditionem, ut valeat quandiu princeps voluerit, Menoch. *cons.* 331. *num.* 104 *cum sequentibus, & de præsumpt. lib.* 2. *quæst.* 10. *num.* 16. *&* 29. Peregrin. *de jure fisci, num.* 27. *pag.* 41. *& num.* 35. *pag.* 44. Nav. *de spol. clericor.* §. 18. *num.* 2. Barbosa *in l. quia tale, num.* 45. *ff. soluto matrim.* Bernard. Græv. *in pract. Cam. Imper. lib.* 2. *conclus.* 60 *coronide* 1 Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancel. gloss.* 35. *num.* 32. Mart. *de jurisdict. p.* 4. *cent.* 1. *casu* 52. *num.* 3. Burg. *cons.* 25. *num.* 48. Cald. *de empt. cap.* 28. *num.* 13. *cum sequentibus*, Garc. *de benefic. p.* 5. *cap.* 1. *num.* 678. Et princeps potest etiam post jus quæsitum privilegia per se vel prædecessorem suum subditis concessa pro libito suæ voluntatis revocare, Barbosa *in reg. decet* 16 *num.* 4. *de reg. juris, lib. sexto.* Nisi sit mediante pecunia, vel in recompensationem alicujus obsequii, tunc enim transit in vim contractus, & non potest revocari, Menoch. *consilio* 13. *num.* 9. *& consilio* 307. *num.* 5. *cum seqq. & cons.* 331. *num.* 69 *& consilio* 307. *num.* 24. Valasc. *consult.* 72 *num.* 5. Sanch. *de matrim. lib.* 8. *disput.* 33. *num.* 3. Gonzal. *gloss.* 18. *num.* 23. *& gloss.* 36. *num.* 36. Phœb. *decis.* 33. *num.* 3. *&* 4. *p.* 1. Et successor tenetur observare privilegium, Menoch. *cons.* 331. *num* 65. *& cons.* 350. *num.* 23.

Privilegia concessa ob remunerationem laicis patronis, scilicet ob fundationem, donationem, aut constructionem Ecclesiarum, transeunt in contractum, & irrevocabilia sunt, Phæb. *decis.* 214. *n.* 10. *p.* 2. Et principis donationibus ac privilegiis sunt probanda merita, & sufficit expressio principis, etiam in præjudicium tertii, Menoch. *d. consil.* 331. *num.* 76. Phœb. *ubi proximè*, & concessio ob benemerita habet multa privilegia, Valasc. *consult.* 72. *num.* 4. & vide Barbos. *in d. l. quia tale, num.* 44. Et creditur principi attestanti de benemeritis, Menoch *d. cons.* 331 *num.* 76. *& consilio* 350. *num.* 25. Valasc. *d. consult.* 72. *num.* 5. ubi etiam quod princeps sine causa non potest quem privare officio, quod per pecuniam alicui concessit. Et princeps per secundum privilegium alteri specialiter concessum, non censetur revocare primum, Vincent. de Franch. *decis* 125. *num.* 6. Phœb. *decis.* 108. *num.* 21. *& decis.* 111. *&* 214. *num.* 10. *p.* 2 Et jurisdictionem datam potest princeps revocare, Barbosa *in d. leg. quia tale, num.* 87. Sesse *Aragon. decis.* 79. *num.* 41. *cum sequentibus, tom.* 1. Quid si data fuit in vim contractus, vide *de jure fisci, pag.* 19. *num.* 58. Barbosa *in d. l. quia tale, n.* 49. Marta *de jurisdict. p.* 4. *cent.* 2. *casu* 190. *num.* 10. *cum sequentibus*, ubi quod non potest revocari. *& n* 12. refert remissivè quando privilegium dicatur transire in contractum. Et privilegium concessum interveniente pecunia non potest revocari, Rebuff. *de privileg. scholar. privil.* 149. *pag.* 548. Sanch. *de matrim. lib.* 8. *disp.* 33. *num.* 6. Gonzal. *gloss.* 28. *num.* 21. Phœb. *decis.* 33. *num.* 4. ubi *num.* 5. quod privilegia empta à Rege semper transeunt in hæredes, & de præmio concesso in remunerationem servitiorum, quod transeat ad hæredes, agit Gabr. Pereira *decis.* 4. *num.* 6. Et quando princeps alicui benemerito concessit privilegium, non potest illud sine causa auferre, gonzal. *gloss.* 9. §. 2. *num.* 20.

Privilegiati sub lege generali non comprehenduntur, *l. unic.* §. *si quæ vero, Cod. de Justin. Cod. confirm. l.* 3. *Cod. de silentiar. lib.* 12 & ibi notat gloss. 1. *l. ult. Cod. de jure dot.* latè Felin. *in cap.* 1. *num.* 10. *de rescript.* Tiraquel. *de præscript. gloss.* 11. *pag.* 124. Menchac. *controvers. illustr. cap.* 45. *n.* 2. *& cap.* 84. *v.* 24. *& cap.* 103. *num.* 5. Cot. *in memorab.* verbo *dos* 1. Surd. *decis.* 160. *num.* 4. *& decis.* 323. *n* 6. Cened. *ad Sextum, collect.* 14. *num.* 5. Menoch. *cons.* 182. *num.* 1. *& cons.* 190. *num.* 12. Vincent. de Franch *decis.* 262. *num.* 14. *& decis.* 286. *num.* 2. Put. *decis.* 195. *num.* 2. *cum sequentibus, p.* 1. Mart. *de jurisdict. p.* 4. *cent.* 1. *casu* 6. *num.* 17 Et privilegio speciali nunquam videtur derogatum per legem generalem, Farin. *de delict. p.* 4. *q.* 68. *n.* 20.

Privilegiatis duobus concurrentibus, Actor sequitur forum Rei, Phœb. *arrest.* 16. *p.* 1.

Privilegia multa concessa in favorem redemptionis captivorum, vide apud Stephan. Gratian. *disceptat. forens. cap.* 108. Et de juribus text. *in l. quamvis, cum seq. ff. soluto matrim.* Auth. *sancimus, Cod. de sacrosanct. Eccles. l. si quis pro redemptione, Cod. de donat. cap. sacrorum*, 12. *quæst* 1.

Verbo PROBARE, PROBATIO.

PROBATIONES sunt arbitrariæ, & judex potest non adhibere fidem testibus concludentibus, Surd. *decis.* 105. *in fin.*

Probari possunt quæ in animo consistunt per juramentum, Barb. *in addit. ad collect. p.* 150.

Probatio in causis criminalibus debet esse apertissima, & luce meridiana clarior, *cap. ut si clerici, de judic.* cum aliis citatis per Cardos. *in praxi judicum & advocat.* verbo *probatio, n.* 13.

Probationum termini & delationes non debent restringi, sed ampliari quantum fieri potest, ne veritas latear, sed negata patefiant, *cap. quanquam* 14. *q.* 2. *Extravag.* 1. *de offic. Ordin. inter commun. leg. servi responsio, ff. de testibus, l. ne quid*, ubi Doct. *ff. de incend. ruin.* Et dilatione finita, probatio facta est nulla, Boër. *decis.* 352. Masc. *de probat. concl.* 149. *num.* 25. *& conclus.* 1129 Amat. Roderic. *in pract. cap.* 7 *n.* 32. nam cùm quid faciendum est in termino, factum post terminum non relevat, Borrel. *in sum. decis. tit.* 47. *de dilat num.* 116. & probatur ex Ordinat. *lib.* 3. *tit.* 54. §. 16. *in principio.* Et illi non est concedenda dilatio, qui in prima non fecit probationem, Mascard *concl.* 516. Et qui liti assistit ad coadjuvandum alium, non restituitur, etiamsi sit minor, adversus lapsum dilationis latæ principali litiganti, & quæ contra ipsum cœperat currere, & finita est, postquam tertius ad causam venit, Flor. *var. quæst* 5. *n* 17.

Procuratio mixta requiritur in casibus probationum per scripturas publicas, ex citatis per Barbos. *in remiss. ad Ordinat. lib.* 3. *tit.* 59. *in princip. n.* 5. quibus adde Mendez *in praxi Lusit. lib.* 5. *cap.* 12. *n.* 8.

Probatio per visum oculorum certior est quàm quælibet alia, gloss. *in l. si irruptione, ff. finium regundor.* quæ potest fieri quolibet tempore ante sententiam, etiam post conclusionem in causa, Jas. *in l. in popularibus, num.* 6. *&* 7 *ff. de jure jur.* Valasc. *de jure emphyt. quæst.* 7. *num.* 27. *col.* 2. Mascard. *de probat. in proœm. quæstione* 8. *num.* 7. Cald. *in l. si curatorem*, verbo *minoribus, num.* 14 *&* 18. *Cod. de in integrum, restitut. min.* Et nunquam videtur exclusa, ut per citatos à Barbosa *in remiss. ad Ordin. lib.* 3. *tit.* 62. *in princ. num.* 2. quibus adde Mendez *in praxi sæculari,*

lib.3. capite 12. numero 17. Aloys. Ricc. *decis. Cur. Archiepiscopat. Neapolit. p. 2. decis. 86.* Etiam post sententiam, Mascard. *de probat. in proœm. quæst. 8. num. 16.*

Probatio potest fieri per indicia & conjecturas ac præsumptiones, quando factum est contra prohibitionem legis, Menoch. *de interdict. remed. 9 recuper. possess. num. 388. & de arbitr. casu 247.* Valasc. *p. 1. consult. 56 num. 2. & p. 2. consult. 154 num. 16.* Mascard. *de probat. concl. 447. num. 3. & num. 5.* ubi magis communem dicit.

Probatio generis & parentelæ quo pacto facienda sit? Vide Aloys. Ricc. *decis. Cur. Archiepiscopat Neapolit. p. 2 decis 143. num. 2. & in collect. decis. p. 5 collect. 2028.* Garc. *de benefic. p. 7. cap. 15. num. 28.* de probatione puritatis in provisione beneficiorum Ecclesiæ, in qua est Breve Apostolicum de puritate sanguinis, vide Barbosam *de Canonic. & dignit. cap. 13. num. 45. & 46.*

Verbo PROCURATIO, PROCURATOR, PROCURATORIUS.

PRocuratio si deficiat, nemo auditur alieno nomine in judicio, *l. nemo alieno, ff. de reg. juris.* Et procuratio debet esse sufficiens, Ordinat. Regia Lusitan. *lib. 3. tit. 20. §. 10.* & ibi Barbos. *num. 4.* Mendez *in praxi seculari, lib. 1. cap. 3. num. 36.* Et qui sine procuratione patrocinatur, vocatur falsus procurator, & quod requirit, validum non est, Ordinat. *d. lib. 3. tit. 63. § 5.* ubi Barbosa cum ab eo citatis allegat esse condemnandum pœna falsi, & in expensis, quibus adde Guter. *de tutel. p. 2. cap. 13 num. 15.* Gabr. Pereira *decis. 76. n. 5.* & Cald. patrem *cons. 11. num. 15. & 17.* & Authorem *in collect. ad cap. ex parte, de rescriptis, num. 3. & ad cap. in nostra, de procurator. num. 5.* Potestas substituendi in procuratione apposita debet habere clausulam *ea cadachum insolidum*, qua deficiente non valent acta ab uno procuratore sine alio, *cap. si duo, de procurator. lib. 6.* Tabellio actorum judicialium, qui non est *das notas*, non habet potestatem faciendi substitutionem vulgò *sobsta belecimento*, & solùm mandato judicis apud acta potest sumere in causa dictam substitutionem, juxta Ordinat. *l. 1. tit. 48. §. 15. & in d. l. 3. tit. 29.* quas refert Mendez *in Repertor. Ordinat.* verbo *procuraçaon apud acta.* Et procuratio debet esse signata à parte, Ordinat. *d. lib. 3. tit. 59. §. 15.* & sine procuratione non potest pars audiri, Ordinat. *cod. lib 3. tit. 20. §. 10*

Procuratio non extenditur ad alios casus ultra expressos, cùm sit stricti juris, *l. maritus, in fine, Cod. de procurator, l. hoc jure*, & ibi Doct. *ff. de solut. cap. cùm olim. 1. vers. cùm procurator, de offic. delegati*, Perez *tit. 4, lib. 3. Ordin pag. 556.* Guter. *de juram. confirm. p. 1. cap. 50. num. 2.* Flamin. *de resign. l. 9. quæst. 17. à num. 7. & num. 39.* Azeved *ad l. 1. num. 7 tit. 9. lib. 3. & ad l 5. num. 1. tit. 4 lib. 5. novæ recopilat.* Nec extenditur de una persona ad aliam, Flamin. *d. quæst. 17. num. 85. & num. 90.*

Procuratio intelligitur cum speciali mandato, si habeat clausulam, quod rata habebit omnia per procuratorem gesta, & quod posset facere omnia illa quæ posset constituens, si præsens esset, Menoch. *de arbitr. lib. 1 quæst. 7. n. 62.* Gregor. *l. 19 tit. 5. part. 3.* verbo *quando tales*, Stephan. Gratian. *discept. forens. cap. 738 num. 24. & seq.*

Procuratoris constitutione in actis præsumitur constituens citatus, gloss. verbo *sententia vers. vel dici in l. 1. ff. de feriis*, Vant. *de nullit. ex defectu processus, num. 122. cum seq.* Mascard. *de probat. concl. 292. num. 2.* Gratian. *forens. cap. 156. num. 4.* Mendez *in praxi, lib. 2. cap. 5 num. 2.*

Procurator non solvit ex propria crumena, *leg. Plautius 61. ff. de procurat. leg. 4 ff. de re jud.* Boër. *decis. 273. num. 5.* Dec. *cons. 510.*

Procuratores per nostros id facere possumus, quod per nosmetipsos; *l. Labeo, ff. de usucap. l. certè, §. si procurator, ff. de precario*, Azor. *instit. moral. p. 2. lib. 7. cap. 22. col. 887.* Cald. *de res. emphyt. cap. 11. num. 26.* ubi etiam agunt in quibus casibus fallit hæc regula, ad hoc enim est inventus usus procuratorum, ut quibus in rebus adesse nolumus, vel non possumus, per procuratores expediamus, *l. 1. §. usus autem, ff. de procurator.*

Procurator, seu administrator administrans bona aliena, tenetur reddere rationem, *leg. 2 ff. de negot. gestis, l. qui propriam, § procurator, ff. de procurator.* per quæ jura ita tenet Roman. *consil. 414.* Dec. *cons. 533.*

Procurator non obligatur, sed solus dominus, *l. fin. ff. de inst. act.* Cald. *de empt. cap. 15. n. 55.* Et nulla judicati actio dari potest adversus procuratorem, sed adversus dominum, *l. Plautius. ff. de procur. l. 4. ff. de re jud.* Boër. *decis. 273. n. 5* Socin *consult. 154. n 4. lib. 2* Dec. *consult. 510. n. 4.*

Procurator in rem suam non est propriè procurator, quia administrat propria negotia, *l. stipendia*, ubi Bald. & omnes, *Cod. de procur.* resolvunt Jas. *in l. jusjurandum quod ex convent. §. procurator, num. 1. ff. de jurejur. & in l. 4. in princ. n. 6 ff. de re jud.* Marant. *in l. 1. §. actor, num. 18 ff. de procur.* Et quamvis procurator simpliciter constitutus nulla data substituendi potestate, non possit substituere ante litem contestatam, *l. nulla. l. quod quis, Cod. de procurator. cap 1. §. 1. cod. tit. in 6.* Ordinat. *lib. 1. tit. 48. §. penult.* Marant. *de ord. judic p. 4 dist. 16. num. 21. pag. 198.* quia ante litem contestatam procurator potest revocari, *l. ante litem, ff. de procurator.* hoc in procuratore in rem suam locum non habet, quia nec ante litem contestatam revocari potest, *l. illam, C. de donat.* & quod possit substituere ante litis contestationem, probat text. expressus *in d. cap. 1. §. 1. de procurator. lib. 6.* Et per verba, quod possit de tali re disponere ut de propria, videtur quis constitui procurator in rem suam, Stephan Gratian. *discept. forens. cap. 689. num. 9.* Et per verba, ponens in locum suum, ut in rem suam propriam transferatur dominium, Menoch. *cons. 361. num. 28.* Item procurator in rem suam non expirat morte mandantis, *l. 2. §. in propria causa, ff. quando appel sit.* Et procurator in rem propriam potest re integra revocari, Cald. *de empt. cap. 24. num. 22.*

Procuratorium mandatum debet ostendi, nec sufficit quod notarius dicat se vidisse & legisse, Guido Papæ *quæst. 540.* Avil. *ad cap. 15. Prator. num. 24. vers. in tantum*, Flamin. *de resign. tom. 2. lib. 9. quæst. 8.* & allegans mandatum debet probare, Menoch. *de præs. lib 2 præsumpt. 33.* ubi etiam dicit quod qui solvit pensionem pro alio, videtur habere mandatum, & oppositio de defectu mandati, non validatur judiciù antea factum, Bart. *in l. si populi, §. item si procurator ff. de negot. gestis*, & est recepta opinio secundùm Rotam Genuæ *decis 54. n. 6.* Quid si in veritate erat concessum, & postea ostendatur? Vide Gonzal. *ad reg. Cancel. 51 proœm. n. 113.* ubi quod sententia tenet, quamvis procuratoris mandatum non sit productum, si revera erat concessum, & postea producitur. Attento jure communi sufficit mandatum procuratorium per testes probari? de jure tamen Reg. Lusitaniæ ex Ordinat. *lib. 3. tit. 29* in praxi receptum est mandatum probari per instrumentum, & non per testes; quinimò non sufficeret si tabellio fidem in

pro

processu faceret procuratorem mandatum habere, imò requiritur quod instrumentum ipsius mandati in judicio producatur, ut probat Barbosa *in remiss. ad Ordinat. d.lib.3.tit. 2.in princip. num. 6.* Et gesta per procuratorem ultra fines mandati tenent, si dominus sciens taceat, Cald. *de empt. cap. 15.num.51.*

Procuratorium mandatum non præsumittur si non ostendatur, ut ex Flamin. & Mantic. tradit Barbosa *in remiss. ad Ordinat. lib.3.tit. 20. num 2.* ubi etiam quod nec ex temporis antiquitate præsumitur, cum à se citatis, quibus adde Aloys. Ricc. *decis. Cur. Archiepiscop. Neapolit p. 1. decis. 149. num. 1.* Etiamsi notarius dicat se vidisse, vel scripsisse, ut ibidem, & ultra à se relatos adde Cur. Philip. *p.1. § 10.num. 10.* Barbosa *in cap. 1.de procurat. num.2.* Et debet ostendi mandatum ubi constituens potest cadere in pœnam, Thom. Valasc. *tom. 1. alleg. juris, alleg. 21. num.24* Et requiritur mandatum speciale in iis quæ sunt magni præjudicii, ut per Menoch. *cons. 331. num.90.& cons.400.num.4.*Mendez *in praxi sæculari, lib.1.cap. 3. num. 39. cum sequentibus.* Idem in donatione, vel remissione debiti, Tiraquel. *in l. si unquam*, verbo *donatione largitus, num.174.C.de revocandis donat.* & in juramento, Surd. *decis. 159. num.1.* In accusatione, *decis. 89. num. 19.* In declaratione animi, ibidem *num. 20.* & declaranda caducitate, *decis. 181. num. 14.* ubi *num. 15.* etiam in remittenda caducitate.

Procurator videtur revocatus si factus sit ribaldus, Bernard. Diaz *reg.452.* Menchac. *controv. usufrequent.cap.22.num. 16.* Menoch. *de præsumpt. lib.2. præsumpt.36.ad finem*, Cur.Philip.*tom.2.lib.2.cap.11. num.43.*

Procurator revocatur cessione, Flam. *de resignat. lib.1.quæst.10.num.37.& lib.9.quæst.25.num.12* & de judice revocato cum aliis vide eundem *lib. 8. q. 24. num.33.cum sequentibus, & d.q.25.num.24. & 25.*Stephan.Gratian. *discept.forens.cap.191.num.ult.*

Procuratoris revocatione debet fieri intimatio parti, vel judici, Barbosa *ad cap.ex parte 33.num 7. de rescriptis.* Et revocatio procuratoris constituti ad resignandum debet intimari, idem *ad Clem. unic. de renuntiat. à num.4.*Procuratoris revocatio non intimata non relevat, Sesse *Aragon. decis. 81.* Gonzal. *ad reg. 8. Cancel. glos. 63. num 51.* Gratian. *forens. cap.18. num.37. cum sequentibus*, ubi multa adducit circa procuratorem revocatum ignorantem revocationem, vel esse mortuum constituentem. Et in procuratore ad negotia non requiritur intimatio, *glos.2.post medium*, ibi, in negotiis, *in cap.mandato, de procurator.*

Procurator non potest substituere, nisi habeat speciale mandatum, Chassan. *in consuetud. Burgund. pag.143.*Et an mortuo substituente re integra expirer substitutio? Vide *addit. ad Capellam Tolos. 369.* Et substitutio nulla est, si non est data potestas, nisi fuerit lis contestata,Marant. *in addit. p. 4. pag.198. n.22.& n.28.*Paz *in praxi, in initio annotat.4. n.5.* Et non potest bis substituere, si mandatum non habeat clausulam, *E desta semper uza*,Tiraquel *in l.boves, §.hoc sermone, limit.6 num.5. ff. de verbor. significat.* Additio *ad Capel.Tolos. 372.*

Procurator constitutus cum plena, & libera administratione quid facere possit? Vide Barbosa *de claus. usufrequent. clausula 35.* ubi latissimè agit de materia.

Procuratorium mandatum habens clausulam, *prout benè visum fuerit*, quid importet? Vide Flamin. *de resignat.lib.9.quæst.17. num. 42. cum sequentibus*, ubi asserit quod facultatem donandi ultra mentem disponentis non concedit, & importat arbitrium boni viri, & modum expeditionis respicit, & ad illum est referenda.

Procurator debet esse certus & nominatus, & qui acceptet mandatum, *l.1.§.fin.ff. de procurator. juncta l. seq.* nam *in dicta l.1.ad finem*, dicit Ulpian. dari autem procurator etiam absens potest: *& in l.2.*ait Paul. Castr. dummodo certus sit, qui datus eligitur, & is ratum habuerit: & ibi Accurs. *in gloss. 1.* refert duo esse necessaria, ut absens constituatur procurator & quod sit certus, & quod ratum habeat: & ibi sequitur Alberic tam *in d. §. fin. quàm in l.2* & hinc Valasc. *consult. 344. num. 7.* docet procuratores in contractibus constitutos debere consentire.

Procurator qui acceptavit mandatum, & non fecit diligenter imperata, tenetur ad interesse, Surd. *cons.365.num.1.& decis.304.num.4* Stephan.Gratian *discept.forens. cap. 160. num.3.* Cur. Philip. *tom.2. cap 4. num.9.cum seq.lib.1.*

Procurator ad exigendum non potest remittere debitum, *l.mandato generali, ff.de procurator.*Farin. *de delict.p.6. quæst.172.num. 39.* & non potest confiteri se recepisse debitum, Cur. Philip.*tom.2. lib.1. cap.4.num.8.*

Procurator ad vendendum rem aliquam, non taxato pretio potest substitutus vendere, si in mandato fuit potestas substituendi, Cald. *de empt.cap.15. num.50.*

Procurator ratione contractus quem fecit potest conveniri, *servum Titii, ff. mandati, l. vendicantem, ff.de evict.*Gabr. Pereira *decis.40. num.4.*

Procurator ad emendum, emens videtur si non expressit emere nomine constituentis, & non creditur in hoc juramento procuratoris, qui asseruit se emisse nomine proprio.Menoch. *cons.354.num.111.* Surd. *decis.325.num.8.*Si verò procurator constitutus ad emendum,contra formam mandati emat nomine proprio,dominium & possessio rei emptæ non transfertur in dominum,sed in procuratorem ementem: idem Surd.*decis. 304. num. 2.* & vide Cald. *de empt. cap.7.*

Procurator qui est dominus litis tenetur deponere.Cabed.*p.2.decis.137.num.2.* Phœb.*p.1. arresto 46. in fine, & p.2. arresto 30.*

Procurator generalis non agit exigentia speciale mandatum, nisi cum aliqua illorum specificatione vel libera potestate, *cap.qui ad agendum 4.de procurator.lib.6* ubi Barbosa *num.5.* limitat in juramento, & *num 6.*in transactione, & *num.7.* quod procurator cum libera administratione expedire potest omnia, quæ speciale mandatum exigunt, quia mandatum *cum libera* æquiparatur mandato speciali: & *num.9.*quod non potest petere restitutionem in integrum,& *num. 12.* idem in causa matrimoniali, & *num.15* idem in absolutione excommunicationis.Et procurator *cum libera* potest transigere,Mascard. *de probat.concl 1308.num.10.cum seq.*Cur.Philip.*tom.2. lib.2. cap.14.num.2.*

Procurator debet habere mandatum speciale ad acceptandum collationem, & possessionem beneficii, gloss.& Doct. *in cap.accedens de præbendis,cap. si tibi absenti 17. eod. tit. lib. 6.* Flamin. *de resignat: lib.10.quæst.6.à num.11.& lib.9.quæst.7.à n.21.* ubi secus asserit in mandato ad resignandum. Et sat dicitur mandatum speciale ad acceptandum beneficia, licèt specialiter aliquod beneficium minimè fuerit nominatum, Flamin.*d.lib.10.q.8.n.33. & 34.* ubi *à num. 36.* quod si detur mandatum generale, principalis ratum habere potest, *ex cap. ult. de jurejur. in 6.* Secus si opponatur de defectu mandati, quia non validatur judicium antea factum, Barbosa

in remiss. ad Ordinat. lib. 5. tit. 2. num. 6. in fine.

Procurator non admittitur in causis criminalibus. Barbosa *in remiss. ad Ordinat. lib. 5. tit.* 124 §. 14.

Procuratorem per falsum gesta domino præsente, eidem domino præjudicant, Menchac. *usufreq. cap. 23. num. 3.* Cota *in memorab.* verbo *procurator falsus, pag. 711.*

Procuratorem per falsum gesta possunt per dominum rata haberi, si antea pars non opponat falsitate mandati, aliàs nullo modo, Menoch. *cons.* 100. *num.* 38. Azeved. *l. ult. num. 7. tit. 21. lib. 4. novæ recopil.* Barbosa *in l. alia* 15. §. *eleganter, num. 5. ff. solut. matrim.* Rota apud Farin. *decis* 1. *num. 1. in nov ff.* Si vero pars adversa non opponat contra mandatum procuratorium, gesta valebunt, Barbosa *in remiss. ad Ordinat. lib. 3. tit. 20. §. 10. num. 5.*

Procurator tenetur solvere, quando principalis est absens, & potest conveniri, & non potest dicere quod conveniant dominum, ex doctrina Pauli per text. ibi *in l. 1. § exercitorem, vers. item ff. exercit. act.* idem sequitur Socin *cons.* 154. *incip. consultation m, col. fin. & col. 2.* facit text. *in l. procurator qui per evictionem, ff. de procurator.*

Procuratores si diversis temporibus sint constituti, tunc priores videntur revocari per donationem secundi, dummodo non exprimat, se nolle primum revocare, & quamvis secundus procurator nolit suscipere mandatum, Stephan. Gratian. *discept. forens. cap.* 201. *num.* 15. *cum duobus sequentibus.*

Procuratores plures constituti absque eo quod non appareat potestas concessa cuilibet insolidum, non possunt procedere, nisi omnes collecti, *cap. si duo, in princ. de procurator. in* 6 Gloss. *in pleribus* 32. *ff. de procurator.* Grat. *forens. cap.* 201. Castil. *controvers. lib. 5. cap.* 120. *num. 9.* quod limitatur in terminis ejusdem *cap. si duo,* §. *sanè,* in executoribus testamentorum, ne differatur satisfactio voluntatis defunctorum in specie, *cap. ult. §. 1. de testam. lib. 6.* Tiraq. *de pia causa, privileg.* 166. Capella Tolos. *decis.* 282.

Procurator constitutus in qualibet materia cum juramento de non revocando; potest, non obstante juramento, revocari, ut per plures citatos à Barbosa *ad cap. fin. de procurat. lib. 6. num. 9.* in gloss. verbo *revocatus* Revocatio mandati probatur ex eo quod dominus alium in locum procuratoris suffecerit habilem & acceptantem, *c. is qui* 3. *de procurat. in* 6. Mascard. *de probat. concl.* 1013. *num.* 15.

Procurator ad recipiendum non potest agere in judicio, Cot. *in memorab.* verbo *procurator, pag.* 710. Cald. *de empt. cap.* 15.

Procurator potest se obligare ad ea, quæ de consuetudine poni solent in contractibus, Mendez *in praxi sæculari, lib. 3 cap. 22. num.* 30.

Procurator qui acceptavit pecuniam ad emendum nomine mandantis, & emit nomine proprio, committit furtum Surd. *decis.* 304 *n.* 13.

Procurator specialis licèt ignores mandatum, valent tamen gesta ab eo, Stephan. Grat. *discept. forens. cap.* 170. *num.* 21. *cum sequentibus.*

Verbo PRODITOR.

PRODITOR quis dicatur? Vide Burg. *cons* 22. *num.* 16. Menoch. *de arbitr. lib.* 2. *casu* 361. *n.* 24. *com. tom. 3. var. cap. 3. num. 5. vers. advertendum.* Et dicitur proditor ille qui veneno occidit, Cov. *lib 2. var. cap. 20. num. 7. vers. tandem,* Gom. *d. cap. num. 7.* Duen. *reg. 68. vers. ottavò limit.* Hyppolit. *in rub. ff. ad leg. Cornel. de sicariis, num. 5.* Et propinans venenum dicitur proditoriè facere, Bobadil. *in polit. tom. 1. lib. 2. cap. 14. num. 74.* Valasc. *tom. 1 alleg. 13. num. 134.* ubi *num. 135.* quod in hoc crimine proditionis litera securitatis concedit delinquentibus solus Præses causarum criminalium, non alii Præsides provinciales, ex Ordinat. *lib 1. tit 58. § 40. in novis!*, & ipse solus de ejus accusatione cognoscit. Et in propinante venenum judex debet esse facilior & promptior ad torturam, & hoc expediri potest, die feriata, Cota *in memorab.* verbo *homicidium, pag.* 309. Et homicida proditor, ab Ecclesia invitus est repellendus, *cap. 1. de homicidio,* Cov. *ubi proximè.*

Verbo PROMISSIO, PROMITTENS.

PROMISSIO facta per verba generalia, & curialia, vulgò *comprimento,* non inducit obligationem, Barbosa cum ab eo citatis, *ad cap. cum venissent 5. de institit. num. 5.*

Promissio de facto alieno regulariter non valet, *l. sicut reus, ff. de fidejussor.* cum aliis, ut per Cardos. *in praxi jud. & advocat.* verbo *promissio, n. 26.*

Promittens pro alio videtur promittere tanquam fidejussor, Surd. *decis. 297. n. 9. & 10.*

Promittens se facturum & curaturum, constituitur in mora absque interpellatione, Stephan. Grat. *discept. forens. cap. 67. num. 3* Pollicitatio, idest promissio, quid operetur, vide Perez *l. 3. tit. 8. lib. 3. Ordinam. pag. 611. cum seq.* Gabr. Pereira *decis. 54. num. 2. cum tribus sequentibus.* Et pollicitatio mentalis ad pia obligat, ex Beja *responsor. casuum conscient. p. 2. casu 17.*

Verbo PROPRIETAS.

PROPRIETATIS, seu prædii pars dicitur, quod perpetuo in eo servit, & non potest auferri, *l. fundi nihil, § Labeo l. cætera* 42. *§. hoc senatusconsultum, p. 2. ff. de legat 1.* per quæ jura resolvunt, cum aliis citatis, Tiraq. *de retract. lig. §. 1. gloss. 2 num. num. 115. & de jure mariti, gloss. 2. num. 46. & de jure primog. quæst. 48. num. 6.* Barbosa *in l. divortio, §. ult. p 1. num. 125. ff. soluto matrim.* qui plures alios citat, facit text. *in l. dolia 76. ff de contrab. empt. l. granaria 19. ff. de action empti,* & gloss *in d. l. fundi,* verbo *cohæreant, ibi,* Si sunt immobilia, vel quasi, & vide eundem text. ibi: Multa etiam defossa esse, &c. & Barbosa *in remiss. ad Ordinat. lib. 3. tit. 86. §. 25. num. 1* & ibi per eum citatis adde Cur. Philip. *p. 2. Zuizio civil §. 15. à n. 5.* Stephan. Gratian. *discept. forens. cap. 564. num. 39. cum sequentibus.* Et pertinentiæ quæ dicantur? Vide Menoch. *cons. 140. num. 24. & de præsumpt. lib. 3. præsumpt. 99.* Auton. Gabr. *lib. 6. de verbor. significat. concl. 10.* gregor. *l. 68. tit 18. p. 3.* verbo *pertenencias,* Valdes. ad Soar. *p. 85* Tiraq. *de retract. lig. 6. 36. gloss. 3. n. 4* Brunor. à Sole *in locis commen.* verbo *pertinentia.* Et de pertinentiis Castri vide Bernard. Græv. *in pract. Cam. Imper. lib. 2. concl. 62* Menoch. *cons. 395. num. 23. cum sequentibus, & dicta præsumpt. 99.* Cald. *de empt. cap. 22. num. 11. cum sequentibus, & num. 14.* Grat. *forens. cap. 657. num. 21. & 22.* Et apellatione fundi veniunt omnia quæ sunt in fundo, *l. fundus est, & l. quæstio est,* & ibi Rebuff. *ff. de verbor. signific.* Ceval. *decis. 52* Menoch. *cons. 478. num. 76.* Item plantare non licet prope solum vicini, nisi certo spatio dimisso, *l. ult. ff. finium regund.* Et qui plantavit sciente ac patiente vicino, non est eradicandum. Gloss. *in l. Mæviana, ff. de ædificiis privatis* Gratian. *forens. cap. 314. num. 7. & 8.*

Verbo

Verbo PROROGATIO.

PRorogatio intelligitur fieri cum omnibus suis qualitatibus, *l. lecta, ff. si cert. pet. l. Labeo*, §. 1. *ff. de arbitris*, Seraphin. *de privileg. juram. privil.* 22. *num.* 69. Cald. *de empt. cap.* 23. *num* 65.

Prorogatio actuum non consistit, Menoch. *de arbitr. quæst.* 67. *num.* 7.

Prorogatio non datur in his quæ sunt Principi reservata, Cald. *de nominat. quæst.* 21. *num.* 83. Quid in causis criminalibus, Vide Clar. *lib.* 5. §. *fin. quæst.* 42. Gregor. *l.* 15. verbo *respondi se, tis.* 1. *part.* 7. Perez *l.* 1. *tit.* 4. *lib.* 3. *Ordinam. pag.* 528. & alia prorogatione, vide apud Menchac. *usufrequent. cap.* 14. Barbosa *ad l.* 1 *ff. de judic.*

Verbo PROTESTATIO.

PRotestatio conservat jus protestantis ne pereat, *l.* 4. §. 1. ubi Bart. *ff. quibus modis pignus*, Surd. *de alim. tit.* 6. *quæst.* 3. *num.* 43. *& quæst* 4 *num.* 6 *& tit.* 9. *quæst.* 26. *num.* 136. *& decis.* 246. *num.* 11. Stephan. Grat. *disceptat. forens. cap.* 151. *num.* 11. Et non operatur, si nihil sit reservabile, Surd. *dicta quæst.* 4 *num.* 7. Et non potest in iis, quæ pendent ab animo protestantis, *l. alimenta, Cod. de negot. gest.* Surd. *d. quæst* 3. *num.* 47. *& quæst.* 9. *num.* 23. *& decis.* 62. *num.* 34. *cum sequentibus* Gabr. Pereira *decis.* 126. *num.* 6. Phœb. *decis.* 148. *num.* 13. *cum sequentibus*, *p.* 2. Et non juvat in dependentibus à jure, Surd. *d. decis.* 62. *num.* 35. *& d. tit.* 6. *quæst.* 8. *num.* 25. ubi *num.* 66. quod protestatio animi declaratoria potest fieri absente parte. Deinde si pars adversa sit præsens protestationi, & non opponat, videtur consentire, Surd. *decis.* 32. *num.* 11. *&* 12. Cald. *de resolut. emphyt. cap.* 17. *num.* 10. *ibi lat.* 27. & in his quæ pendent à voluntante protestantis statur ejus protestationi, Phœb. *d. p.* 2. *decis.* 150. *num.* 19. ubi *num.* 20. ait non requiri quod hæc protestatio fiat in scriptis, aut cum causa: & *num.* 21. quod si quis sortem recipiat salvo jure usurarum, vel pœnam petendi, proderit talis protestatio, sicut etiam proderit si quis tributum solvat, cùm ab eo sit immunis, protestatus absque immunitatis suæ præjudicio se id facere, vel cùm quis major effectus protestatur se nolle habere ratum contractum in minore ætate gestum, & quod protestatio facienda est præsente eo cui fiat ne protestatus ejus facto obligetur: & quod protestatio post jus quæsitum frustra fit, & protestatio contraria nihil in jure operatur.

Protestatio contra jus non relevat protestantem, Cald. *de empt. cap.* 19. *num.* 48.

Protestatio post factum non prodest, & contrario facto non suffragatur, & nihil operatur nec relevat protestantem, ex citatis per Barbos. *in locis commun. tit. P, num.* 70. quibus adde Grat. *disceptat. forens. cap.* 681. *num.* 8. *cum seq.* Farin. *de delict. p.* 4. *cons.* 30. *num* 111.

Protestatio & reclamatio non valet, nisi fiat notificatio, & intimatio parti, Auth. *si omnes*, *Cod. si minor ab hæreditate se abstinuerit*, Gam. *decis.* 275. *n.* 3. Flamin. *de resignat. lib* 13. *quæst.* 1. *n.* 195. *cum sequentibus.* Sanch. *de matrim. lib.* 2. *disp.* 43. *num.* 19. Phœb. *decis.* 147. *num.* 11. *p.* 2.

Protestatio clandestina, & absque citatione partis non juvat, maximè si fiat ex causa aliqua, Gratian. *disceptat. forens. cap.* 524. *num.* 33. *&* 34. Et quando quis justè timet coram parte protestari, valet protestatio clam facta, & habetur perinde ac si præsente parte, vel consentiente facta fuisset, Mendez *in praxi, lib.* 4. *cap.* 9 *à num.* 5.

Protestatio simplex & contradictio sufficit, ut non videatur quis consentire actibus præcedentibus, licèt ordinariè non impugnet, & protestatio præcedens tollit omnem consensum, Abb. *in cap.* 1. *de restitt spoliat.* Salicet. *in l. si quis ad se fundum*, *num.* 8. *C. ad legem Juliam de vi*, Surd. *decis.* 154. *num.* 19. Paul. *in l. si de vi, n.* 4. *ff. de adic.* Et impedito non est necessaria protestatio, Menoch. *cons.* 100. *num.* 118. Cald. *de renovat. quæst.* 5. *num.* 23. Alia de protestatione vide per Flamin. *de resignat. lib.* 13. *q.* 1. *per* 190. *cum sequentibus*, Phœb. *p.* 2. *decis.* 148. *cum sequentibus.*

Verbo PROTONOTARII.

PRotonotarii extraordinarii absque numero potiuntur iisdem privilegiis, quibus septem Ordinarii protonotarii, & pileo nigro utuntur, & rocheto, aut mantelleto, in signum quod sunt Prælati qui etiam exempti sunt à jurisdictione Ordinariorum, dum deferunt habitum cum rocheto, aliàs non, vel actu officia sua exercent cum habitu suprascripto, ex Bulla Leonis X. 8 incip *Sacro approbante*, ubi etiam quod subjacent jurisdictioni Ordinariorum in causis non excedentibus summam triginta ducatorum auri de Camera, ut probat Læl. Zech. *de Repub. Eccles. cap.* 12. *de Protonotar. Apost.* Beneficia Protonotariorum Apostolicorum, etiam non participantium sunt reservata, *per extravag. Ad regimen, Benedicti XI. sub tit. de præbend. inter commun.* Garc. *de benefic. p.* 5. *cap.* 1. *num* 204. Barbosa *de offic. & potest Episcopi, p.* 3. *allegat.* 73. *à num.* 32. *junctis num.* 34. Loter. *de re benefic. lib.* 2. *quæst.* 28. *num.* 14. ubi *quæst.* 29. *num.* 12. quod sunt reservata beneficia protonotariorum creatorum à Legatis. De origine notariorum & protonotariorum agit Cæsar *de Eccl. sinst. Hierarchia, quæst.* 2. *proœm.* §. 3. *num.* 6. Et de protonotariis, vide remissivè Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancel gloss.* 51. *num.* 9.

LITERA Q.

Verbo QUALITAS.

QUALITAS odiosa posita in una parte, non censetur repetita in alia, Menoch. *cons.* 315. *num.* 15.

Qualitas personæ inducit fraudis præsumptionem, *l. si quis, ff. de usufructu*, Surd. *decis.* 326. *num.* 89. & multùm attenditur. Aym. *cons.* 73. *num.* 22.

Qualitas certo tempore requisita non sufficit quod superveniat, *l. quid ergo, ff. de iis qui not. infam.* Surd. *cons.* 548. *num.* 3.

Qualitas in una ratione videtur in alia repetita addit. ad Farin. *p.* 4 *cons.* 65. *lit. F.*

Qualitas ab statuto requisita priùs debet probari ex Dec. *cons.* 540. *in princip.* Thom. Valasc. *tom.* 1. *allegat.* 13. *n.* 241. Idem etiam est quando requiritur, ex pacto, Surd. *decis.* 320. *n.* 6. Nec sufficit de eo constare per præsumptionem juris, Stephan. Grat. *disceptat.*

ptat.forens.cap.90. num.25. Et ubi deficit, vide Cald. *cons.30.num.49.*

Qualitas verbum respiciens determinat uniformiter omnia quæ ab eodem verbo reguntur, Surd. *decis.* 88.*num.223 & decis.322.n.10.*

Qualitas mutatur per mutationem personæ, *l. locato, §.fiscus, ff.de publican. & vectigal. per procuratorem* 89.*ff. de acq hæred* Cald. *consil 30.n.49.*

Qualitas adjuncta per modum adjectionis non qualificat dispositionem, Cald. *in responso pro Societate JESU, num.12.*

Qualitas non potest sperari ab ipsa dispositione, ex Stephan Gratian, *discept.forens cap.418. n.12. & cap.546. num.16.*

Qualitas respiciens plura determinalia, debet omnia æqualiter determinare, *l. nam hoc jure, ff. de vulgari,* Grat. *foren. cap.752.n.27.*

Qualitas naturalis potius attenditur, quàm accidentalis, *l.qui habet, ff.de tutel.*

Qualitas quando in lege requiritur pro forma, semper illa priùs adesse debet, ut legis dispositio locum habere possit, *l. nam hi, §.si prætor, ff.de transact.* Gam. *decis.45. num.2.* Et non sufficit adimpleri formam per æquipollens, *l.qui per salutem, ff. de jurejur.*

Qualitas à lege repetita ubi cessat etiam in casu particulari, cessat quoque legis dispositio, *l.4. §.toties, ff.de damno infecto, l.1. §.loquitur, ff.de aqua quotid. & æst. l.hos accusare, §.omnibus, ff.de accusat: cap. indemnitatibus, §. pen. de elect. lib.6.* Cald. *cons. 30. num.49. vers. quamobrem illa qualitas.*

Qualitas verborum est mentis testimonium, ex Flamin. *de resignat. lib.1. quæst.13.n.29.*

Qualitatem rei suæ quilibet præsumitur scire, & valorem bonorum suorum, *l. quisquis, C.de rescind. vendit.* Surd. *decis.179.n.7.& 8.*

Qualitates plures quando insimul concurrere debent, non sufficit si una adsit, nisi omnes concurrant *l.si hæredi plures, ff.de condit. instit. § pen. instit. de hæred. instit. cap.fin. de verbor. significat. lib.6.* conzal. *ad reg.8. Cancel. glos.1. num.100.*

Qualitas quæ in libello exprimitur, & jurisdictionem tribuit, sufficit ad fundandam jurisdictionem judicis citantis, & habetur pro vera & probata, donec contrarium in processu constet, Gabr. Pereira *decis.43. num.8* De qualitatibus quando est facienda mentio? Vide Garc. *de benef. p.7. cap.1. num.48. cum seq.* & Phœb. *p.2. dec.s.151. num.50.* ubi ait quod non solùm probanda est qualitas legis, sed etiam requisita ad talem qualitatem.

Verbo QUERELA.

QUERELA est remedium peculiare competens iis qui conqueruntur apud superiorem, in quibus ex juris dispositione appellatio non procedit, Socin. *reg.40.* & in illius defectum locum habet, *l.ult. §.illud, in fine,* ubi Bald. *Cos. de tempor. appellat.* Observant glossi. 1. *in cap.2. de Procuratorib.* Felin. *in cap. querelam, n.10. de jurejur.* Marant. *de Ord. judic. p.6. Cod. de appellat. num.102.* Cov. *pract. cap.9.n.2.* post alios Duen. *reg.43. lib.2.* Francisc. Herculan. *de attent. cap.11. num.2*

Querelæ debet fieri declaratio, quæ requiritur *in l. libellorum, ff.de accusat.* & tradit Mendez *in praxi, lib.5. cap.1. num.52.* & ita debet observari in querela sicut in accusationibus, juxta usum communiter receptum in tribunalibus hujus Regni, ut refert Doctor Antonius Correa *in fragment. ad Ordinat. lib.5. in princ. num.33.*

Querela ut contra jurantem detur, à Rege impetrari potest, ne detur occasio perjurii, Phœb. *decis.69. num.7. p.11.*

LITERA R.

Verbo RATIFICARE, RATIFICATIO.

RATIFICATIONIS varios modos vide per Mascard. *de probat. concl. 1255. n.36. cum sequentib.* Montan. *de tutel. c.33. num.537. cum sequentibus & n.567. cum seqùentibus.*

Ratificatio solo temporis cursu præsumitur, Menoch. *cons.371. num.22.*

Ratificatio fieri potest absente parte. Bart. *in l. quo enim, in fine, ff.rem. ratam haberi,* Menoch. *cons.371. num.18.* Surd. *decis.70. num.18.* & debet fieri re integra, Bart. *in l.si uxor, §. si quis uxorem, ff.de adulter:* cum aliis de quibus per Surd. *decis.111. num.1.* Et ex quibus actibus inducatur ratificatio? Vide Montan. *dict. cap.3. num.537. cum seqq.* Surd. *decis.221, num.3.* Et quid in recipiente pretium venditionis, vel censum promissum, seu in alio qui agit ex contractu celebrato? Vide eundem *decis. tit. num.4.* ubi quod ratificatio contractus inducitur ex receptione pretii, seu census, & *num.5.* Et petens terminum ad solvendum videtur ratificare contractum, Aym. *consil.257. num. ult.* Montan. *d.cap.33. num.539.*

Ratificare non videtur ignorans, Menoch. *cons. 120. num.37.* Stephan. grat. *discept. forens. cap.565. num.46.* Et ratificatio debet fieri tempore habili. Phœb. *decis 170. num.16. cum seqq. p.2.*

Ratificatio retrotrahitur per fictionem, non tamen verè censetur factus contractus per ratificationem, Bart. *in l. qui pro emptore, ff.de usucapion.* relatus à Tiraquel. *de retract. lign. §.1. num.72.* Fictio quæ non potest habere locum, nisi ubi datur æquitas, juxta eundem Bart. relatum per Tiraquel. *ubi proximè.*

Ratificatio non trahitur retro quando agitur de præjudicio tertii, gloss. in reg. ratihabitionem, *de regul. jur. lib.6.* Surd. qui alios citat, *decis.245 num.8,* maximè stante legis prohibitione, quæ contractum annullat, alias juris dispositio redderetur elusoria: idem Surd. *decis.53. num.11.* ubi quod actus omninò nullus confirmari non potest. Potest poni exemplum in lege Regia, *lib.1. tit.78. §.14.* quatenus prohibet contractum fieri emptionis & venditionis ante solutam gabellam, ut si fiat, non possit postea ratificari maximè quia datur præjudicium tertii, nempe Regis, cui gabella debetur ex priori contractu; ideo ratificatio facta in secundo non valet.

Ratificato actu meo nomine gesto, fingitur gestus eo loco, quo fuit celebrata ratificatio. Stephan. Gratian. *discept. forens. cap.124. num.31.* Alia de ratificatione vide per eundem *d.cap.565. num.47. cum seqq.* Surd. *decis.33. & 159. num.12. cum seqq. & decis.231. num.11. cum seqq.*

Verbo RATIHABITIO.

RATIHABITIO non trahit ad incogitata, Menoch. *conſ.2.num.294.& ſeq.*

Ratihabitio mandato æquiparatur, reg. *ratihabitio, de reg.juris lib.6. cap.pen. de ſentent. excom'eod.lib.* & ex dictis tradunt Bald. *in l.non ideo minus, num.20. cum ſeq.. Cod.de accuſat.* Clar. *lib.5. §. fin quæſt.87. num.5.* Farin. *de delict.p.4.conſ.104.num.18.* Barboſ. *ad cap quoties 2.de pact.num.1.*

Ratihabitionis effectus non procedit dato tertii præjudicio, cui medio tempore, vel aliter aliqnod jus quæſitum eſt, argum text. *in l. ſi partem, §. ult. ff quemadmodum ſervitus amit.* docet Bart. *in l.aliena, in princ ff.de pignorat. act. & in l.cùm indebitum, §.ſi procurator, ff.rem ratam haberi,* communis per Tiraq. *de conſtit.p.2.ampliat.16. .5.* Plaza *de delict.cap. 18. num.3.* & eſt de mente gloſſ. *in d reg. ratihabitionem, lib.6.* & eſt text. *in cap.ſi pro te, & in cap.quamvis de reſcriptis, eod.lib.* Barboſa *in cap.2. de pactis, num.2* Gratian. *diſcept.forenſ.cap.573. num.27.* quem vide *num.23. cum ſequentibus,* & Tiraquel. *de retract.lig. §.1.gloſſ.10.num.71.* ubi *num.72* quod trahitur retro ſecundùm fictionem, non veritatem, de quo etiam Barboſa *ubi proximè.*

Ratihabitio abſentis facit ut illi jus acquiratur per ſtipulationem notarii, Vincent. de Franch. *deciſ.339* Peregrin. *de privileg.fiſci, lib.6.tit.1.num 23.* Valdeſ. ad Soar. *pag. 79.* Maſcard. *de probat. concluſ. 1157. num.112.* Avend. *ad l.22. Tauri, gloſſ.1.n.15.* Cald. *de poteſt.elig.cap.6 num 9. & in reſponſo pro ſocietate JESU, num.18. & de empt.cap.34.per totum,* Surd. *deciſ.111.* Sanch. *de matrim.lib.1.diſp.7. n.11.* Farin. *p.4.deciſ.48. n.5.* & ibi additio, gratia: *diſcept forenſ. cap.531.n.43.& cap.575.n.14.& 15.* & de revocatione vide Phœb. *p.2.deciſ.105.& 170.*

Verbo RATIO.

RATIO ubi eſt eadem, debet eſſe eadem juris diſpoſitio, ex citatis per Barboſ. *in locis commun. li.K, num 6.* quibus adde Rebuff. *tract.de pacific.poſſeſſor.num.159* Cald. *de empt.cap.1. num. 7.* Flamin. *de reſignat.lib.11. quæſt.10.n.17. cum ſeq.* Aloyſ. Ricc. *deciſ. Cur. Archiepiſcop. Neapolit.p.2.deciſ.154.num.4.* Gabr. Pereira *deciſ.59.num.9.* Et ubi eſt eadem ratio dicitur adeſſe eadem lex, non extenſivè ſed comprehenſivè, ut per Barboſ. *ubi proximè,* cui adde Flamin. *de reſignat.lib.5. quæſt.4. num.10.* Molin. *de primog. lib.1.cap.4. num.20.* & Authorem *ad cap. cùm dilecta 4 num.2. de confirmat.utili, & in cap. tranſlatio 3. de conſtitut.num.6.*

Rationem ſufficit allegare etiam ſine lege, *l. ſcire oportet, §.ſufficit, ff.de excuſat. tutor.* Gom. *ad l. 9. Tauri, num.65.*

Ratio legis magis attenditur, quàm diſpoſitio, & præfertur verbis, Surd. *deciſ.19.n.1.* Gonzal. *dd reg.8. Cancel.gloſſ.48.num.55.* Et ratio diſpoſitionis eſt ipſa diſpoſitio, Cald. *in l.ſi curatorem,* verbo *vel adverſarii dolo, n.38. ad finem, C.de revocandis donat.* Molin. *de primog.lib.1.cap.5.num.8.*

Ratio bona debet omnes caſus reſpicere & concludere de neceſſitate, Surd. *de alim.tit.9.quæſt.16. num.8.& 9.*

Rationes vulgò, *contas,* dum non ſunt approbatæ à partibus, nec judicatæ per ſententiam, ſemper poteſt tractari de errore illarum, text. *in l.in ſtat, C.de jure fiſci.lib.10.l.unic.Cod. de errore calculi,* Avil. *ad cap.30. Prator.* verbo *façan pagar, num.5.* Et non poteſt quis compelli ad certæ ſummæ reſtitutionem, niſi factis computis, Stephan. Gratian. *diſceptat.forenſ.cap.494.num.5.*

Rationibus ſemel redditis & calculatis, non poteſt quis denuò urgere ad iterum calculandum, *l.ſemel, Cod.de apochis public. lib.10.* affirmant ſcribentes *in cap. unico, de clerico agrot.lib.6.* ſequitur Socin. Senior. *conſ.92.num.1.lib.4* Dec *conſ.94.num.4.* Bart. *in l.2. C.de jure fiſci, lib.10.* Farinac. *de delict.p.4. conſ.96.* Cur. Philip. *p.1. §.17.num.27.* Guter. *de tutel. p.3.cap.1.num.116.*

Rationem reddere eſt vulgò, facer conta per receita è deſpeza, *l.cùm ſervus, l.qui ſub condi ione, ff.de condit. & demonſtr.* Et exactè ſunt reddendæ cum circunſtantiis dierum, locorum, & ſummæ, Neviz. *ad l.2. Cod.de navicular.lib.11.num.6.* Et qui tenetur reddere, debet conficere librum, Farin. *de delict.p.7. in fragm.num.49.cum ſeqq.*

Rationem qui jubetur reddere poteſt petere ut dentur calculatores, *l.ſi cui libertas, ff. de condit. & demonſtr.*

Rationem tenetur reddere qui de negotiis alterius agit, *l.1.§.officio,* & ibi Doct. *ff.de tutel.& rat. diſtrah.cap qualiter & quando 2. de accuſat.* Boër. *deciſ 59.* Aym. *conſil.218.* Menoch. *de arbitr. caſu 209.* Cur. Philip. *tom.2.lib.2.cap. 9.* Guter. *de tutel. p 3.cap.1.a num.9. & cap 45. num. 4. cum ſeqq.* Rebuff. *in l.boves, inter edere, pag. 393. ff. de verbor. ſignific.* Et talis tenetur reddere rationem rei quam reliquit recuperare per negligentiam, *l.ſi finc.§.Modeſtinus, ff.de adminiſtrat. tutor.* latè Menoch. *de arbitr. caſu 209. num 31.* Roland. *conſ.49.vol.1.* Surd. *dec.ſ.304. num.4.* Et tenetur reddere rationem arbitrio boni viri, Pariſ. *conſ.83.num.7. vol. 1.* Et non poteſt reddere rationem per procuratorem, Avil *ad cap.27. Prator.* verbo *entreguen, num.22.* Et omnis negotiorum geſtor tenetur habere librum, vulgò *de receita è deſpeza,* ut videatur ordo, & conſequatur veritas, Roman. *conſ 412.* Dec. *conſ.116. poſt num.7.* Socin. junior *conſ.148.num.9.lib.2.* Guter. *de tutel.p.3.cap.1. num. 31.& num. 63.* Farin. *de delict.p.4. conſ.96. num.44. cum ſeqq. & num.52. & part.7. in fragm. num. 47. cum ſeqq. & deciſ. 767. in noviſſ.* Et tenetur exhibere libros rationum ſuæ adminiſtrationis, Cur. Philip. *d.cap.9.num.30.& 31.* Stephan. Gratian. *diſceptat.forenſ.cap. 563. num. 30.* ubi alia adducit, *numeris ſequentibus.* Et ſi in tali libro fuerit confuſio, arguitur dolus, Alexand. *conſ.74.num.2.lib.7.* Cur. Philip. *de l.2 cap.8.num. 21. & cap.10.num.10.*

Verbo RECONDUCTIO.

RECONDUCTIO tacita in prædiis ruſticis ſolùm cenſetur facta uſque ad annum, Aym. *de antiquit. temporum, p.4.num.106.* Et attenta conſuetudine hujus Regni in domibus datur tacita reconductio, ſicut in prædiis, Gabr. Pereira *deciſione 87. num.2.* Et reconductio tacita non admittitur quando fuit celebrata conductio per ſcripturam publicam, Aloyſ. Ricc. *in collect.deciſ.p.5.collect. 1543.*

Verbo RECONVENIRE, RECONVENTIO.

RECONVENTIO fit coram judice conventionis, Barboſa *ad cap.1. de mutuis petitionibus, à num. 2.*

Reconventio & compenſatio æquiparantur, *leg. neque, Cod. de compenſat.* facit text. *in l. 1. ff. de*

rerum

rerum amotar. & in l. amplius non peti, ff. rem ratam haberi.

Reconventio coram arbitro non datur, Barbosa *ad cap. cùm dilectus 6. de arbitr. num. 2.*

Reconventio in Regno Lusitaniæ potest fieri in quacunque parte processus, cum hac tamen limitatione, quia si facta fuerit post litis contestationem, non potest simul finiri cum conventione, sed debet fieri in actu particulari. Mendez à Castro *in pract. Lusit. 2. p. lib. 3 cap. 8. num. 5.*

Reconvenire non potest laïcus clericum super re spirituali, & super actione, quæ infamat, ut furti, & injuriarum, Speculat. *in tit. de reconvent. nunc dicamus, num. 8.* Marant. *de ord judic. p. 4. dist. 6. num. 53.* Reivendicatio præsuponit dominium ex parte actoris, & possessionem ex parte rei conventi, *l. is qui, l. officium, l. in rem, ff. de rei vendicat. §. omnium, Instit. de action.* Marant. *de ord. judic. p. 4. dist. 3. num 48.* Afflict. *lib. 1. constit fol. 239. num. 4.* Mascard. *de probat. concl 546.* Gondisal. Soar. de Paz *tom. 3. cap. 1. §. 3. num. 4.*

Verbo RECUSARE, RECUSATIO, RECUSATUS.

RECUSATIO in scriptis proponenda est. Barb. *ad cap. quoniam contra 11. de probat. n. 26.* De variis causis recusationum, vide Rebuff. *ad leges Gallia tom. 3. titul. de recusat. art 9. gloss. unica, à n. 9*

Recusationis exceptio est dilatoria, & debet opponi ante alias exceptiones dilatorias, & ante litis contestationem, Cardos. *in praxi judicum, & advocat.* verbo *recusatio, num. 1.* ubi *n. 12. cum sequentibus*, agit de causis recusationis.

Recusatus si sit vir integerrimus, & valde religiosus, vel in quo cesset suspicio non dicitur suspectus nec potest recusari, Tiraquel. *de pœnis, quæst. 51. num. 60. cum sequentibus*, Rebuff. *de probat. testium, num. 189.* Cot. *in memorab.* verbo *Legalitas*, Valasc. *de partit. cap. 9. num. 20.* Stephan. Gratian. *discept. forens. cap. 100. num. 15.*

Recusari potest judex, qui aperuit animi sui opinionem, Phœb. *arresto 41. p. 2.*

Recusari non potest judex electus de ejusdem partis consensu, Auth. *offeratur, Cod. de litis contestat. cap. cùm olim, de causa possess.* Mascard. *de probat. concl. 951. num 42 cum seq.* Perez. *l. 1. titul. 5. lib. 3. Ordinam. pag. 569.* Azeved *l. 7. tit. 18. num. 62. lib. 4. nova recopila.* Marant. *de ord. judic. p. 6. actu 2. num. 76. pag. 274.* Valasc. *de partit. cap. 9. num. 23* ubi *num. 24.* quod potest recusari ex causa nata & superveniente de novo.

Resignatio facta in favorem, reservata pensione est correspectiva, & conditionalis, & conditione non impleta, non dicitur vacare beneficium, neque requiritur nova collatio, Rot. *decis. 4. in antiq. de rerum permutat.* Put. *decis. 523. in fine, lib. 2.* latè Ceval. *commun. contra commun. q. 561. à num. 11.* Mandos. *reg. 32. q. 31. num. 13. cum sequentibus*, Caputaq. *dec. 85. p. 2.* Mohed. *dec. 25. & 36. de renunciat.* Flamin. *de resignat. lib. 1. q. 3. per totam*, Anastas. Germon. *de indultis Cardinalium, §. si verò illa, num. 76.* nam in resignatione in favorem tenetur resignatarius solvere pensionem, Flamin. *dicto lib. 1. q. 8. à n. 25. usque ad num. 39.* & resignatarius in resignatione in favorem tenetur solvere pensionem à die præstiti consensus, idem *dicta q. 8. n. 50.* ubi *n. 51.* quod si resignatio fuit simplex, successor tenetur ad pensionem tempore collationis sibi factæ? unde cùm resignatio sit conditionalis, non impleta conditione potest resignans agere spolio, Mohed. *decis. 83. & 91.* Put. *decis. 145. lib. 1.* & contra spolium non datur præscriptio. Cassad. *decis. 6. de restit. spoliat.* & ut agat spolio circa pensionem assignatam, & loco tituli beneficii, tenetur docere de titulo, Gig. *de pension. q. 47. n. 3. uncto n. 7.* Mascard. *de probat. concl. 1323.* Flor. *var. q. 23. num. 23. cum seqq.*

Resignans in favorem, reservata pensione, si pensio non subsistat, non abdicatur ab eo jus, & potest redire ad beneficium resignatum, neque locus est pensionis reductioni, Crescent. *decis. 17. de rescriptis. num. 3.* Vetall. *decis. 86. num. 2. part. 3.* Mohed. *de renuntiat. decis. 25.*

Resignatio in favorem absentis cum reservatione pensionis non requirit consensum, Flamin. *de resignat. lib. 8. q. 8. n. 117.*

Resignans liberatur ab onere solvendi pensionem impositam super beneficio resignato, Flamin. *de resignat. lib. 10. q. 8. n. 25.*

Resignationes habent semper tacitam conditionem, si pacta serventur, Flamin. *de resignat. lib. 1. q. 3. num. 45.* quia ut plurimùm admittuntur & conceduntur ad vota resignantium, idem *dicta q. 3. n. 55.* ubi *à n. 82. & q. 14. n. 10.* quod jus non abdicatur à resignante non servatis conditionibus, & *dicta q. 3. n. 27.* quod deficiente conditione, contractus celebratus censetur resolutus ab initio.

Resignatio est simoniaca, quæ fit cum pactione & modo, Flamin. *de resignat. lib. 14 q. 3. n. 1. cum sequentibus*, cùm debeat esse libera & pura, idem *lib. 1. q. 1. n. 5. & lib. 6. q. 2. n. 68. & 74.* Guter. *cons. 42. n. 7.* Nam beneficium est conferendum purè, & sine extrinseca conditione. *cap. unic. ut Ecclesiast. beneficia sine diminut. confer.* Gloss. verbo *omnino, cap. ex parte 12. de offic. delegati*, Garc. *de benefic. part. 8. cap. 1. num. 1.* Gonzal. *de mensibus, gloss. 5. num. 15.* Et in beneficiis prohibita est omnis pactio, *cap. ult. de pact.* Spin. *in speculo testam. gloss. 7. principali, num 33.* Azeved. *per text. ibi, in l. 6. num. 8. titul. 2. lib. 7. novæ Recopilat.*

Resignatione edictum de publicandis est favorabile, cum emanaverit ad obviandum fraudibus. Flamin. *de resignat. lib. 11 q. 1. ad finem.*

Resignationibus factis in Curia est facienda publicatio intra novem menses, Flamin. *dicto lib. 11. q. 2. num. 5.* quod tempus computatur à die datæ supplicationis, & non à die præstiti consensus, idem *lib. 1. q. 6. n. 40. & dicta q. 2 num. 14. cum tribus sequentibus*, quamvis Garc. *de benef. part. 11. c. 3 num. 274.* asserat quod à die præstiti consensus, qui retrotrahitur ad tempus datæ, ex eodem Flamin. *dicto lib. 11. q. 6. n. 333. & lib. 2. q. 3. num. 42.* & ob non publicationem amittitur jus, idem *dicto lib. 11. q. 4. num. 62.* Et beneficia vacantia ob non publicationem sunt reservata, Barbosa *de offic. & potest. Episcopi, allegat. 57. num. 46. & n. 244.*

Verbo RESPUBLICA.

RESPUBLICA illa censetur beata, quam docti administrant, Platea *in l. 2. num. 1. Cod. qui ætate se excusent, lib. 10.* Barbosa *in l. 1. ff. soluto matrim. p. 7. num. 54.* Et respublica potius committenda est gubernanda juris peritis, quàm aliis, ut tradit Angel. relatus ab Avil. *ad c. 1. Prætor. fol. 43. n. 5.* Et de laudibus jurisperitorum vide Fr. Hieron. Roman. *lib. 4. de Republica Gentilica, c. 30.* & de litteratis Fr. Emman. Roderic. *tom. 3. quæst. Regular. q. 24. art. 3.* Et inopes non sunt eligendi ad munera publica, Cabed. *decis. 2. num. 2.* Et Plato relatus à Francisco Philelpho *lib. 13. epistolarum. fol. 176.* affirmabat

beatas fore illas respublicas, quæ ab iis regerentur, qui aut ipsi saperent, aut sapientiæ studerent. Et in electionibus ac suffragiis seniores præferuntur junioribus, & divites pauperibus Menoch. *cons.* 126. *num.* 22. & 26. Et de senibus vide Pined. *in vita S. Joannis Baptistæ, lib.* 2. *cap.* 6 §. 139. *a pag.* 97. Bart. *in l. cum quid* 7. *ff. si cert. pet.* Guillelm. *in cap. Raynuntius*, verbo *in extremis*, *num.* 6. *de testam.* Fr. Emman. Roderic. *dicta q.* 25. *art.* 2. Et multa de prudentia senum, & quod in dicendis sententiis præferri debent: vide apud Flamin. *de resignat. lib.* 5. *quæst.* 3. *num.* 60. *cum sequentibus*. Et de senibus asserit Bald. *in l. senium, in princ. Cod. qui testam. fac. poss.* quod plus valet umbra senis, quàm ensis, invenis deductum ex Seneca, de quo vide Avil. *ubi proximè fol.* 17. Et gubernantes debent intendere utilitati publicæ, Fr. Emman. Roderic. *dicto tom.* 3. *quæst.* 34. *art.* 5. Et Reipublicæ interest pacem servare inter conjunctas personas, Azeved. *l.* 7. *titul.* 1. *lib.* 2. *nova recopilat. p.* 158. & de pace vide Rebuff *in concordat. pag.* 519. Peregrin *de jure fisci, lib.* 5. *tit.* 2. *numero* 5.

Respublica magis in assecutione honorum plus defert habentibus filios, quàm non habentibus, Alciat. *de præsumption. reg.* 1. *præsumpt.* 36. Menoch. *eodem tract. lib.* 5. *q.* 12. *num.* 9. Et plus defert originariis quàm exteris, Avend. *pe exequend. mandat. p.* 1. *cap.* 19. *num.* 17. Azeved. *ad l.* 14 *num.* 10. *tit.* 3. *lib.* 1. *novæ recopilat.* Præsumuntur enim magis diligere patriam, Rebuf *in Auth. habita, Cod. ne filius pro patre, pag.* 594. Menchac. *controvers. illust. cap.* 5. *num.* 16. & *cap.* 11. *num.* 31. Tiraquel. *ad leg. connub. num.* 65. *cum seq.* Avil. *ad cap.* 1. *Prætor, fol.* 45. *num.* 713. *cum sequentibus*, Flamin. *de resignat. lib.* 5. *quæst.* 3. *num.* 142. *cum sequentibus*, Horosco *nos emblemos morales, lib.* 2. *emblem.* 20. Cened. *in collect. p.* 1. *collect.* 20 *num.* 4.

Respublica potest cogere cives, cujuscunque conditionis sint, ad mutuandum pecunias tempore famis, vel belli, & non possunt se privilegio excusare, Ludovic. Mexia *in tract. taxæ panis, con l.* 1. *n.* 58. *cum seq.* Menchac. *illustr. c.* 6. *num* 7. Ripa *in l. si ex toto n.* 17 *ff. de legat.* 1. Roland. à Valle *consult.* 5. *n.* 26. *vol.* 1. & *cons.* 52. *num.* 10. *cum seqq. vol* 2. ubi resolvunt quod immunitas concessa ab oneribus non trahitur ad ea quæ imponuntur tempore belli. Et possunt petere interesse, Gemin. *de usur. commento* 3 § 3 *num.* 84.

Reipublicæ favore lex pœnalis & odiosa est amplianda, Bart. *in l quemadmodum, n.* 4. *C. de agricol.* & *censit. lib.* 11. Perez *tit.* 3 *lib* 5. *Ordinam. pag.* 148. Et idem favore animarum, Mexia *ubi proximè, conclus.* 3 *num.* 48.

Verbo RESTITUERE, RESTITUTIO.

RESTITUERE an quis teneatur, si aliena rapiat in necessitate extrema constitutus, dum pervenerit ad pinguiorem fortunam? Vide Gloss. 2. *ad finem, in reg. peccatum, de regul. juris. lib.* 6. Clar. *lib.* 5. *§. furtum, n.* 25. Put. *part.* 2. *decis.* 82. Cened. *ad Decretum, collect.* 48. *num.* 5. Surd. *de alim. titul.* 8. *privil.* 28. & *privil.* 39. *num.* 21. Navar. *in tract. de redditibus, quæst.* 2. *monito* 4. *num.* 2. Azor. *moral. part.* 2 *lib.* 12. *cap.* 8 *col.* 166. Sayr. *in clavi Regia, lib.* 10. *tract.* 5. *cap.* 6. *num.* 11. *cum sequentibus*, ubi distinguit per casus, P. Comitol. *respons. moral. lib* 4. *quæst.* 31. Fr. Anton. de Sousa *in explicat. Bullæ, c. c. disput. at.* 33. *num.* 8. ubi quod tenetur indistinctè restituere.

Restitutio debiti differri potest, ubi debitor habita ratione status & dignitatis gravissimam pateretur ex restitutione jacturam, Guter. *Canon. cap.* 40. ubi etiam quomodo hoc intelligatur.

Restitutio denegatur Prælato quando Ecclesia non læditur, sed ipsemet Prælatus damnum sentit, gloss. 2. *in Clem. unic. de in integrum restitut.* Gregor. *l.* 30. verbo *Ecclesias*, *tit.* 19. *p.* 6. Cov. *lib.* 1. *var. c.* 14. *num.* 3.

Restitutio una solum conceditur minori, *in l. fin. C. si sæpius in integrum restitutio postuletur.* Et restitutio conceditur minori etiam non petenti, Cabed. *arrest.* 86. *p.* 1. licèt videatur contrarium resolvere *decis* 50.

Restitutio in integrum non conceditur minoribus, nisi læsio appareat, *l. minoribus, Cod. de in integrum restitut. min.* Farinac. qui plura refert *in praxi delict. p.* 1. *tit.* 2. *q* 15. *num.* 28. & minori non datur restitutio, nisi summariè probata læsione, Mascard. *de probat. concl.* 1274. *num.* 12 Et debent probare se læsos facilitate sua, vel dolo adversarii, *l. minor autem magistratus, §. sin autem, ff. de minor.* Menoch. *consult.* 100. *num.* 289. & *de præsum. lib.* 3. *quæst.* 82. *num.* 24 Mascard. *de probat. conclus.* 1058. *num.* 25. Alciat. *de præsumpt. reg.* 1. *præsumpt.* 43. *num.* 6 Cald. *in l. si curatorem*, verbo *sua facilitate, Cod. de in integrum restit. min.*

Restitutione quadriennium incipit currere à die notitiæ præscriptionis, *cap.* 1. *de præscript. lib. sexto*, & vide Ordinat. *lib.* 5. *tit.* 41. §. 6.

Restitutio in integrum competit illi qui Reipublicæ causa abest, contra omne damnum quod occasione absentiæ illi accidere potest, *l. neque, Cod. de restitut. milit. l. fin. ff. ex quibus causis majores*, quæ restitutio competit hæredi, Mendez *in praxi, lib.* 3. *cap.* 21. *n.* 35.

Restitutio conceditur adversus probationem omissam, Guter. *lib.* 1. *tract. quæst.* 68. & *lib.* 3. *q* 32. *num.* 16. Cabed. *decis.* 20. *p.* 1. ubi quod in una causa semel tantùm concedi potest.

Restitutio in integrum postulata impedit executionem sententiæ quousque lis super ea mota finiatur, Valasc. *de partit. cap.* 38. *num.* 4. ubi *num.* 45. idem asserit, etiamsi apponatur contra tres sententias conformes, modò probationes super læsione in continenti offerantur, *num* 46. quod executio trium sententiarum conformium non impeditur regulariter per nullitatis exceptionem, etiamsi evidens sit, vel incontinenti probetur, nisi probatio ex eisdem actis fiat.

Restitutio rei inventæ debet fieri pauperibus, si non inveniatur dominus. Barbosa *de cap. cum tu* 5. *de usur. num.* 2.

Restitutio non datur in trasactione, nisi constet de læsione enormi, Montan. *de tutel. cap.* 33. *numero* 301.

Restituere gravatus quiquid habuit hæreditario titulo, non restituit illud, quod habuit tanquam hæres, si illud non est hæreditarium, *l. qui hæredi*, §. *cùm hæreditas, ff. de cond. & demonst.* Surd. *decis.* 297. *num.* 13.

Restitutio in integrum etiam minorum transmittitur ad hæredes, Barbosa *in l. quia tale, ff. soluto matrim. num.* 98. *cum seq.* Peregrin. *de jure fisci, lib.* 5. *tit.* 2. *num.* 15. Bernard. Græv. *in pract. Cam. Imper. lib.* 2. *concl.* 131. *num.* 10. Cald. *forens. lib.* 1. *quæst.* 15. *num.* 13. & *in l. si curatorem* verbo *minoribus, num.* 42. *cum sequentibus, C. de in integrum rest. min.* Menoch. *de præsumpt. lib.* 3. *q.* 103 *num.* 17. Guter. *de juram. conf. part.* 3. *cap.* 12. *num.* 7 ubi quod juramentum non transit ad hæredes jurantis respectu perjurii, & ideo ipsi non possunt conveniri coram judice Ecclesiastico ex juramento defuncti.

Restitu

Restitutio non datur contra præscriptionem 40. annorum, nisi allegetur justa ignorantia, secus in præscriptione ordinaria decem, vel viginti annorum, Surd *cons.*454. *num.*47. Stephan. gratian. *disceptat. forens. cap.*403. *num.*35. *& cap.*475. *num.* 16. *cum sequentibus*, Sanch. *de matrim. lib.* 7. *disput.* 37. *num.* 22. Menoch. *cons.* 147. *numero* 46. Aymon. *cons.*201. *numero* 34. Menchac. *illustr. cap.* 75. Neque adversùs immemorialem præscriptionem conceditur restitutio ex capite ignorantiæ, Mascard. *de probat. conclus.*1214. *numero* 52. Surd. *decis.*42. *n.* 2. *cum sequentibus*, Bernard. Græv. *in pract. Cam. Imper. lib.*2. *conclus.*4×. *considerat.*1.

Restitutionis privilegium nunquam censetur derogatum, nisi de eo fiat mentio specialis, guter. *lib.*2. *pract.q.*88. *ad finem*, Valasc. *consult.*112. *n.*7.

Restitui non debet spoliatus possessione, quæ illi fuit acquisita per clausulam, *constituti*, cùm esset absens per notarii stipulationem, si antequam ratificaret fuit spoliatus, Stephan. gratian. *disceptat forens. c.*365 *n.*18.

Restitutionem per interdictum, *unde vi*, petens debet ostendere titulum, ubi agitur de restitutione officii sæcularis, Menoch. *de interdict. remed.*1. *recuper. possess. numero* 192. *& remed* 15. *numero* 469. Mascard. *de probat. conclusione* 1322. *numero* 1. *ad finem.* Et idem in restitutione pensionis Ecclesiasticæ, quæ non potest sine titulo canonico obtineri, & largo modo dicitur beneficium, Flamin. *de resignat. lib.*6. *quæst.*4. *numero* 19. & circa restitutionem pensionis, vide in terminis Gig. *de pension. quæstione* 47. *num* 3. Mascard. *de probat. conclus.* 1323. Flor. *variar. quæst.*23. *numero* 33. *cum sequentibus*, Cald. *forens. libro* 1. *quæst.*22. *numero* 484. Et in beneficialibus non conceditur restitutio, nisi dejectus ultra possessionem probet titulum, saltem coloratum, Gloss. *in fin. Clem. unicæ de causa possess.* Barbosa *in l. si de vi* 37. *ff. de judic. num.* 278. *juncto num* 137. Gabr. Pereira *de manu Regia, p.*2. *cap.* 62. *n.*58. *cum seqq.*

Restitutio non impeditur si notoriè constat de dominio spoliatoris, Mascard. *de probat. concl.*1326. Menoch. *remed.*1. *recuper. possess. num.*233. Avend. *ad leg.*45. *Tauri*, *gloss.*6. *numero* 7. Flamin. *de resignat. lib.*13. *quæst.* 5. *num.*148. *cum sequentibus.* Et si incontinenti probetur dominium, non impeditur restitutio, Azeved. *leg.*1. *titul.* 13. *num.* 40. *cum sequentibus*, *lib.*4. *novæ recopilat.* Barbosa *in leg. si alienam*, *num.*10. & 34. *ff. soluto matrim.* Valasc. *consultat.* 106. *numero* 5. Et de notorio defectu proprietatis, vide guter. *consil.* 6. *numero* 3. Barbosam *in dict. leg. si de vi*, *num.*59. *cum sequentibus & numero* 122. *cum sequentibus*, Joseph. Ludovis. *Perus. decis.* 17. *num.* 12. Brunor à sole *in locis commun.* verbo *spolium*, *num.*4. *&* 6. Cardos. *in praxi jud. & advocat.* verbo *interdictum*, *num* 38. qui resolvunt quod restitutio non competit spoliato, ubi constat de notorio defectu proprietatis; nam sententia lata in causa proprietatis absorbet possessorium, Stephan. gratian. *disceptat. forens. cap.*731. *numero* 2. Quid si notoriè obstat defectus proprietatis, quia agitur de jurisdictione, & non ostenditur donatio Regia? Vide Cabed. *decis.*15. *numero* 4. *&* 5. *part.*2. Ubi quod donatarii spoliati dici non debent, nec restitutio eis competit, si Rex capiat possessionem non ostenso titulo; & qui habet possessionem infectam, & donatam à lege cum decreto irritante, non restituitur ut spoliatus.

Restitutio denegatur illi, qui sua culpa & facto possessionem amisit, Menoch. *consil.* 314. *num.* 12. *& 25. & de interdictis*, *remed.* 1. *recuper. possess. numero* 298. *& remed.* 15. *num.* 95. Valasc. *consult.*173. *numero* 7. Cald. *cons.* 2. *num.* 44. Gratian. *forens. cap.*503. *numero* 27 *& cap.* 581. *numero* 19. Fallit quando contractus non fuit adimpletus juxta conventionem factam, conzal. *ad reg.* 8. *Cancel. gloss.*27. *num.* 9. Menoch. *cons.* 314. *numero* 25. Ubi intelligit, quando causa est justa, secus si injusta. Et cessat spolium si spoliati culpa & facto provenit impedimentum, conzalez. *ubi proximè*, *numero* 30.

Restitutionem petens spoliatus non est audiendus de proprietate, nisi actore consentiente, *c.*1. *de restit. spoliat.* Menoch. *de interdict. remed.*2. *recuper. possess. n* 161. *cum seqq.* Mascard. *de prob t. conclus.* 1242. *n.*5. *& concl* 1325. Barbosa *in l. divortio* §. *ubi donatione*, *n.*15. *cum sequentibus*, *ff. soluto matrim.* Valasc. *consult.*119.

Restitutio spoliati debet fieri cum fructibus, ea enim est natura verbi restitutio, juxta Ord. *lib.* 4. *tit.*58. *& leg. videamus* 38. §. *in Fabiana*, *ff. de usur. leg. cum prætor*, *ff. de verbor. significat. leg. in condemnatione*, §.1 *ff. de regul. juris*, resolvunt Boër. *decis* 18. Tiraquell. ubi alia jura allegat *in leg. si unquam*, verbo *re evitatur*, *numero* 276. *Cod. de revocandis donat.* Menoch. *dicto remed.*1. *num.*412. Barbosa *in l. ff. soluto matrim. part.*3. *numero* 73. Cabed. *decis.*68. *um.*3. *part.*1. Covar. *lib.* 1. *variar. cap.*3. *numero* 1. Et restitutio est facienda usque ad minimum quadrantem, tam quoad restitutionem rei, quàm quoad fructus, damna & interesse, Roland. *consil.*53. *num.*23. *vol.* 1. Ror. *decis.* 334. *part.*2. *divers.* Gabr. *commun. tit. de restitut. spoliat. concl.*1. *num.*11. *&* 19 Menoch. *cons.* 758. *in fine*, Surd. *consil.*166. *num.*1. *lib.*2. Card. Tusch. *lit. S. conclus.*381. *num.*7. Et sententia condemnans ad restitutionem rei includit etiam fructus, quod etiam procedit in fructibus perceptis post sententiam, Surd. *decis.*212. *num.* 11. *cum sequentibus*, Aloys. Ricc. *in collect. decis.p* 5. *collect.* 1999. Et veniunt etiam damna ac interesse, juxta Ord. *dicto tit.*58. *in princ.* Et de verbo *logo*, id est, *incontinenti*, vide Barbos. *in l. divortio*, §. *ob donationes*, *num.*18. *ff. soluto matrim.* Et pœna posita in dicta Ord. venit applicanda fisco; *l. agraria*, *ff. de termino moto.* In actione novæ violentiæ, vulgò *força nova*, requiritur possessio ex parte Rei, gloss. recepta communiter *in cap. consultationibus*, *de offic. delegati*, verbo *possessionem*, Gom. *l.*45. *Tauri*, *num.*111. Cabed. *dec.*172. *p.*1. Valasc. *cons.*173. *n.*1. *p.*1.

Verbo RETENTIO.

RETENTIO faciliùs conceditur quàm restitutio, Menoch. *de interdict. remed. ult. retin. possess. num.*19. Et in quo differat retentio à compensatione Vide Barbos. *in l. divortio*, §. *ob donationes*, *num.*4. *ff. soluto matrim.* Ubi quod jura loquentia in retentione non habent locum in compensatione, vel è contra: & *num.*5. quod licèt res dotales retineri non possint, tamen in illis admittitur compensatio, & *num.*7. quod mulier potest uti retentione adversus maritum.

Retentio datur pro expensis factis in re conducta, ex Themudo *p.*3. *dec.*348. Plura alia de retentione vide apud Næv. *in l. quæ omnia* 25. *n.* 7. *ff. de procurator.* Surd. *de alim. tit.*8. *privil.*62. *& cons.* 4. *n.*5. Bernard. Græv. *in pract. Cam. Imper. lib.* 1. *conclus.*12. *consider.* 2. Cald. *de empt. c.*27. *num.*1. Aloys. Ricc. *dec. Cur. Archiepiscopat. Neapol. p.*2. *dec.* 176. Stephan. Gratian. *disceptat. forens.*408. *num.*7. *&* 8. *& c.*728. *n.*29. *cum seqq.*

Verbo

Verbo REX.

REGEM poteſt eligere populus, legitima ſtirpe deficiente, Menchac *illuſtr. caſ. 22. n. 12.* Peregrin. *de jure fiſci, lib. 2. n. 68.* Gom. *ad l. 40. Tauri, num. 4.* Avend. *ad dict. l. 40. Taur., lib. 2. num. 12. & de exequendis mandat. p. 1. c. 28.* Molin. *de primog. lib. 1. caſ. 2. num. 11. cum ſeqq.*

Regi in qua ætate ſit Regnum tradendum? Vide Azeved. *l. 1. n. 8. tit. 33. novæ recopil. p. m. 164.* Cald. *in l. ſi curatorem*, verbo *hunc contractum, num. 4.* C. *de in integrum reſtit. min.* Anton. Gom. *tom. 3. var. cap. 1. num. 56.* Bobadil. *in Polit. lib. 1. cap. 4. num. ſeq.* Paul. Montan. *de tutel. cap. 28. num. 87. & caſ. 37. num. 68. cum ſequentibus*, Guter. *eodem tr. lib. cap. 18.* ubi reſolvit, quod ſi ſit minor 25. annis tenetur recipere curatorem.

Reges Chriſtiani die ſuæ nativitatis veſtes tribuunt tot pauperibus, quot ſunt anni elapſi à die ſuæ primæ nativitatis. Vide Fr. Gabr. de Toro *in lib.* cui titulus vulgaris, *Theſoro da miſericordia divina, è humana, cap. 49. pag. 163.*

Regem oportet eſſe largum, munificum, & liberalem Molin. *de primog. lib. 1. caſ. 3. n. 20.*

Regi competit titulus majeſtatis, & alritudinis, Perez *ad leg. Ordinam. lib. 3. pag. 459.* Et regis titulus *de Alteza* denotat ſummam dignitatem, & ſummum honorem, Archidiaconus *in cap. Ordinatos, 59. d ſt. & in cap. fin. de rejud. lib. ſexto, &* qui tituli competant aliis dominis inferioribus. vide per Menoch. *conſ. 302.* Et Reges utuntur clauſula *Dei gratia*, Azeved. *l. 1 tit. 2. num. 1. pag. 159* Menoch. *conſ. 2. num. 104.* Et quo pacto ſit Rex ſalutandus, vide Avil. *in proœm. ad cap. Prætor.* verbo *ſalud, fol. 141.* Et de titulis Regibus competentibus, vide Fr. Hieron Roman. *p. 2. lib. 4. de Republica gentilica, caſ. 28* Farin. *in praxi delict. p. 5. quæſt. 112. inſpect. 1. num. 22.* ubi *num. 19.* quod Papæ ac Imperatori comperit titulus Majeſtatis: Et quibus titulis præfulgeat Imperatori Vide Mart. *de juriſdict., p. 1. cap. 21 num. 24. cum ſequentibus.*

Regi Hiſpaniarum competit titulus Catholici, & quid importet, & an ſit major titulo Chriſtianiſſimi quo utuntur Reges Franciæ? Vide Andream Philopatrum *in reſponſione ad edictum Elizabethæ Angliæ Reginæ, ſect. 4. num. 195. pag. 201.* Et de Regibus Hiſpaniæ, cur Catholici nominentur? Vide Cæſar. Baron. *Annalium Eccleſ. tom. 8. anno Chriſti 638. pag. 347.* Petr. Sanchez *Recocino da ſe de Toledo no triangulo das virtudes no da Fe, art. 22.* Luis de Corres de Lima *lib. dos ſucceſſos de Portugal, è aviſos do Ceo, cap. 45.* Et quo tempore Regi Hiſpaniæ fuerit datus titulus Catholici à papa, & Chriſtianiſſimi Regi Franciæ? Vide Zurit. *p. 5. Annalium Aragoniæ, lib. 2. cap. 40.* Garibai *in compend. hiſt. lib. 9. cap. 6. pag. 405.* Valdeſ. *de dignitate Regum Hiſpaniæ, cap. 13. num. 19. cum ſeqq.* Et cùm Catholici nomen fidei Chriſtianæ, ac Eccleſiæ proprium ſit, & nomen debeat eſſe conſonans rei, §. *eſt & aliud, Inſtit. de donat.* meritò Hiſpaniæ Reges, qui Fidei Chriſtianæ pugiles, & Eccleſiæ Romanæ protectores ſunt, Catholici nominantur, quod originem ſumpſit à Ferdinando, & Iſabella fortunatis Aragoniæ & Caſtellæ Regibus, qui primò Catholici ſunt appellati, ut conſtat ex Catholicis, quemadmodum etiam Reges Franciæ Chriſtianiſſimi nuncupantur, latiſſimè prædicat Chaſſ. *in catal. gloriæ mundi, p. 5. conſiderat. 30. cum ſequentibus, & pag. 12. conſiderat. 17.* de quo etiam eſt videndus Croſe *in theſauro linguæ Hiſpan. lit. C*, verbo *Catholico, fol. 212.* Et de titulo Regis Franciæ, quare illum fuit conſecutus? Vide Fr. Hier. Roman. ubi *ſupra, cap. 27.* Et de titulo Catholici conceſſo a ſummis Pont. Regibus Alphonſo I. & Ferdinando V atque Philippo II. & III. agit Petr. Aſnat *no trat. expulſion dos Moriſcos, cap. 25 26. & 27.*

Reges Hiſpaniæ habent jus præſentandi, & nominandi ad Epiſcopatus ac Prioratus in Eccleſiis Cathedralibus, & Collegiatis ejuſdem Regni, ex fundatione, exſtructione, vel dotatione Eccleſiarum, vel ex privilegio & beneficio Rom. Pontificis, vel ex conſuetudine ſeu præſcriptione, Azor *inſtit. moral. p. 1. lib. 5. cap. 14. col. 425. & p. 2. lib. 10. cap. 7. q. 4. fol. 1077.* Guter. *lib. 3. pract. quæſt. 13. num. 72.* Gabr. Pereira *p. 1. de manu Regia, in concord. 28. num. 76. fol. 233. verſo.* Et de Regno Luſitaniæ idem refert Cabed. *de patronat. Regiæ Coronæ, cap. 37. num. 1.* ubi *num. 8.* aſſerit quod reges ſunt patroni Eccleſiarum Cathedralium, atque ita ex conceſſione Apoſt. data fuit poteſtas Regibus Hiſpaniæ eligendi Prælatum Eccleſiis Cathedralibus, & Collegiatis, ut comprobat Guter. *ubi proximè* Fr. Emman. Roderic. *Regul. quæſt. 122. art. 4.* Azor. *dicta col. 425.* Idem in Rege Franciæ, ut per Rebuff. *in tract. nominat. q. 1 n. 28.* in quo Regno per legem Salicam excluduntur è corona omnes mulieres, refert Ant. de Herrera *lib. 8. de la razon. de Eſtado, fol. 141.*

Reges ſunt curatores Regni & tutores, Ceval. *de violentiis, gloſſ. 1. n. 1. 5. & 11.* ubi *num. 4.* quod eſt vicarius Dei, & *num. 9* quod eſt pater Reipublicæ, & *num. 10.* quod eſt anima Reipublicæ.

Regem poſſunt adire Vaſſali dominorum habentium terras cum juriſdictione pro querelis delictorum in prima inſtantia, Azeved. *ad l. 1. tit. 1. num. 36. & 37. lib. 4 novæ recopilat.* Ubi notat quod ſi domini prohiberent Vaſſallis ſuis ne adirent Regem pro querelis delictorum, crimen læſæ majeſtatis committerent, niſi domini ipſi merum & mixtum imperium, & primam cauſarum cognitionem haberent, quoniam tunc poſſent probibere Vaſſallis, ne in præjudicium ſuæ juriſdictionis in prima inſtantia Curiam adirent.

Regi ſolùm licet reviſiones concedere, non Archiepiſcopo Brachar enſi, Cabed. *p. 2. deciſ. 67. p. 5.* ubi *deciſ. 68. n. 1.* quod ad Regem ſolum pertinet ſindicare officiales dominorum terrarum, & donatariorum: & *num. 2.* quod ſic decretum fuit per Regem in auditore & cæteris officialibus civitatis Brachar, & ibi refert dictum decretum.

Regi competit evocatio cauſarum de uno judicio ad aliud, vide *in regimine Senatorum Palatii, ad calcem lib. 1. Ordinat. §. 4. pag. 290.* Rebuff. *tom. 1. ad leges Galiæ, tract. de evocat. pag. 262.* Avend. *de exequendis mandatis, p. 1. cap. 19. num. 2.* & plurimùm eſſe evitandam reſolvit Azeved *ad novam Recopil. l. 32. tit. 4. lib. 2. pag. 168. & ad l. 45. tit. 4. lib. 3. n. 2. pag. 206.* Et acta eſſe remittenda expenſis petentis tradit Rebuf. *ubi proximè, pag. 268. n. 71.* & eſſe odioſam, reſolvit idem *pag. 269. n. 89.*

Regis aſſertioni de delicto non eſt credendum, niſi legitimè de eo conſtiterit, Menoch. *conſil. 378. numero 4*

Regis donatio eſt amplianda, & non reſtringenda, *l. fin ff. de conſtit. Principum*, cum aliis de quibus per Burg. *conſ. 17. num 7.*

Regis conſenſus in alienatione bonorum præſumitur diuturnitate temporis, Afflict. *dec. 107. num. 7.* Molin. *de primogen. libro 4. capite 10. numero 10.* Menoch. *de præſumpt. lib. 3. præſumpt. 131. numero 68. & 71* Maſcard. *de probat. concl. 1316. num. 29. cum ſequentibus.*

Regis aſſenſus non requiritur in conſtitutione majo

Majoratus Molin. *de primog. lib. 1. c. 1. n. 25. & lib. 2. cap. 2. num. 10.*

Regis licentia debet probari in scriptis, *l. unic. Cod. de mandat. Principum*, Bald. *in l. humanum, in fine, Cod de legibus*, Afflict. *decis. 243. num. 3.* Molin. *dict. lib. 2. cap. 8. num. 7.* Matienz. *l. 1. tit. 7. gloss. 3. num. 1.* & ibi Azeved. *n. 10. lib. 5.*

Regis præceptum inducit justum metum, Bart. *in l. pen. Cod quod metus causa*, late Flamin. *de resignat. tom. 2. lib. 13. q. 1. n. 184. cum sequentib.* Surd. *decis. 326. n. 68.* Ubi etiam de precibus.

Reges & Imperatores jus dicebant suis populis, de quo Virgil. *lib. 4 Georgic.* Cæsar dum magnus ad altum fulminat Euphraten bello victorque volentes per populos dat jura, viamque affectat Olympo: & rursus de Priamo, *lib. 7. Æneid.* Hoc Priami gestamẽ erat cùm jure vocatis more daret populis, &c. refert alia Pat. Joan. de Pineda *in Job. tom. 2. cap. 29. vers. 14. pag. 449.* Horozco *nas emblemas morales, lib. secundo, Emblemate 10.*

Reges & judices qui malè judicaverint, habent Deum judicem suum: refert multa Joan. Pined. *ubi proxime, cap. 31. vers. 14.* Item probatur *Eccles. 5. 7. & Sapient. 7. 2. Isai. 10. Apostol. ad Ephes. 6. 9. & ad Colossens. 4. 1.*

Regi expedit habere divites subditos, *l. 1. ff. de bonis damnat.* Auth. *ut judices sine quoquo suffragio, collat. 2* Tiraq. *de jure primog. q. 23. n. 12.*

Rex est lex viva & animata, Auth. *de consulibus, in fine*, Garc. *de nobilit. gloss. 6. n. 37.* Gam. *decis. 331. alias 333. n. 2.*

Rex est publica potestas, & imago divinæ potestatis in terris, & tanquam sol habendus est, & alia vide per Roland. *cons. 71. num. 18. cum sequentibus, vol. 3.* Surd. *decis. 2. n. 5. & 23.* & dicitur loqui per os Dei, à quo delegatus est judex in terris, ut per Flamin. *de resignat. lib. 5. q. 1. n. 12.* Et turpissimum est Principi ab honesto recedere, Cabed. *decis. 36. num. 11. part. 2.*

Rex est fons jurisdictionis, Næviz. *in l. 4. C. de summa Trinitate, §. nos reddentes, num. 19.* & ab eo tanquam à fonte fluunt omnes dignitates & nobilitates, Roland. *cons. 100. n. 4. vol. 4.*

Rex non potest ab se abdicare jurisdictionem, ut dimittat Ecclesiæ, nisi factis comitiis, Panormit. *in cap. intellecto, de jurej ur. notab. 1. & 3.* Barbosa *in addit. ad collect. p. 59 col. 1.* cum aliis citatis à Gabr. Pereira *de manu Regia, in concordiis, num. 358. folio 277.*

Rex fungitur jure minoris, *l. Rempublicam, Cod de jure Reipublica, lib. 11.* per quam requiritur tempus 40. annorum ad præscriptionem contra fiscum, quæ quamvis loquatur de republica Romana, idem disponitur in Regibus, *l. ult. §. ult. part. 6,* & ibi Gregor. verbo *Reys*, Cald. *in l. curatorem*, verbo *minoribus, num. 2. Cod. de in integrum restitut. minor.* Barbos. *de offic. & potest. Episcopi, p. 2. allegat. 75. n. 41.* Et restitutio quadriennii ei non currit, nisi à tempore notitiæ, *cap. 1. de præscript. lib. sexto*, Ordinat *lib. 3. tit. 41. § 6.*

Rex habet fundatam intentionem suam quoad jurisdictionem in suo Regno. Perez *l. 4. tit. 1. lib. 2. Ordinam. p. 195. & lib. 3. Ordinam. p. 455. cum seq.* Menoch. *de præsumpt. lib. 2. q. 14. n. 5, cum sequentibus*, Burg. *cons. 15. n. 23.* Avil. *ad cap. 1. Prætor. in princip. n. 2.* Peregrin. *de jure fisci, §. 16. num. 40.* Valdes. ad Soar. *p. 2. pag. 81.* Azeved. *ad l. 3. tit. 5. lib. 3. novæ recopilat. n. 3. p. 211.* Cabed. *decis. 9. n. 1. & decis. 15. num. 2. p. 2.* Valasc. *de jure emphyt. q. 8. n. 30. & q. 83. num. 32.* Et domini terrarum tenentur ostendere titulos, Azeved. *l. 2. à n. 1. tit. 1. lib. 4. novæ recopilat.* Cabed. *dicta dec. 9. in fine*, faciunt quæ Bernard. grævv. *in pract. Cam. Imper. lib. 2. concl. 62. in coronide, n. 10.*

Rex potest inhibere Episcopis & eorum vicariis ne quenquam excommunicent, donec causa excommunicationis ostendatur, Auth. *de Sanctissimis Episcopis, §. omnibus*, Ceval. *commun. contra commun. q. 897. à num. 206.*

Rex subditis oppressis occurrere solet cùm proceditur omissa partis citatione, & denegata defensione juris naturalis, Ordinat. *lib. 1. tit. 9. §. 12.* Gabr. Pereira *de manu Regia, part. 1. cap. 9.* ubi *cap. 10. num. 5.* quod recurrens ad Principem in causa violentiæ, si excommunicatur, usurpatur Regia jurisdictio, & est casus violentiæ, etiamsi causa pendeat inter personas Ecclesiasticas.

Rex potest promittere officia antequam vacent, Phœb. *dec. 2. p. 1.*

Rex officia publica practicè non potest vendere, de quo vide Cab. *decis. 24. part. 2.* Menchac. *controvers. illustr. cap. 42. & 43.* Valasc. *de partit cap. 13. num. 66. cum seqq.* Azor. *moral. part 2. lib. 11. cap. 5. col. 1236.* Bobadil. *in Polit. lib. 1. cap. 11. num. 11. cum sequentibus, & lib. 2. cap. 16. num. 109.* Avend. *resp. 9.* Azeved. *ad Curiam Pisanam, l. 4. ap. 7. n. 2. cum sequentibus.* Pin. *in monarchia Ecclesiast. lib. 19. cap. 26. § 3.*

Rex tenetur observare suos contractus, *l. digna vox, Cod. de legibus, cap. 1* ubi Doct. *de probat.* Gam. *decis. 135. n. 5.* Cald. *de resolut. emphyt. cap. 2. n. 18. cum seq.* Et tenetur servare foralia, quæ sunt contractus onerosi, juxta notata *in dicto cap. 1. de probat. cap. quanto, de censibus, l. 1. Cod. de indict. lib. 10.* latè Dec. *cons. 464. num. 28 & cons. 498. n. 19.* Cor. *in memorab.* verbo *Princeps.* Et exemptiones in foralibus factæ debent latissimè interpretari. Valasc. *consult. 58. n. 9.* Et successor tenetur observare contractus antecessorum, Peregr. *de jure fisci, lib. 1. tit. an habentes jura fiscalia, num. 45.* Cab *part. 2. decis. 75. n. 1* Menchac. *illustr. cap. 26 num. 16.* Et non potest eos revocare. Valasc. *cons. 72. num. 5.* Menoch. *cons. 113. num. 9. & cons. 307. num. 5. cum sequentibus & de præsumpt. lib. 2. p. æsum. 10. num 16.* ac per consequens neque revocare potest privilegia, quæ in naturam, & vim contractus transeunt, quando ob servitia & merita collata sunt, ut de jure cum Bart. Pin. & Valasc. resolvit Gabr. Pereira *decis. 120. num. 7.* nec contravenire poterit etiam de plenitudine potestatis, ita ex Paul. de Castro, Bald. & Dec. probat Cald. *cons. 18. n. 8.* quia contractus sunt de jure gentium, & non subjecti Regi, Surd. *decis. 43. num. 11.* Gonzal. *ad reg. 8. Cancel. gloss. 28. num. 13. cum sequentibus.*

Rex in donationibus quas facit, debet immotus persistere, tanquam positus in cœlo, Dec. *in l. nemo potest mutare, n. 3. ff. de regul. juris*, Cot. *in memorab.* verbo *Princeps, pag. 703.* Menoch. *cons. 331. num. 65. & cons. 378. n. 29.* Molin. qui multos refert, *de primog. lib. 4. cap. 3. num. 18.* Phœb. *decis. 92. num. 4. & decis. 113. n. 18. cum sequentibus, p. 2.* Flamin. *de resignat. lib. 3. q. 18. n. 92. & lib. 9. q. 25. num. 19. cum sequentibus*, Cabed. *decis. 19. num. ult. p. 2.* Cald. *de extinct. emphyt. cap. 2. n. 18.* Surd. *decis. 234. num. 10.* Gonzal. *ad reg. 8. Cancel. gloss. 9. §. 2. num. 31. & 32.* Farinac. *de delict. p. 1. tit. 4. q. 28. n. 5.*

Regis contractus habet vim legis, *l. pen. Cod. de donat. inter virum & uxorem*, Cæsar, *ff. de publicanis*, Surd *decis. 2. n. 4.* Cald *cons. 28. n. 8.* Gabr. Pereira *decis. 120, num. 1.* Potest tamen Rex ex causa contractum suum infirmare, Burg. *cons. 25. n. 48. cum sequentibus.*

Rex

Rex non poteſt alienationes à prædeceſſoribus factas revocare, *cap. intellecto, de jurejur.* Menoch. *conſ.*307.*n.*17. *cum ſequentibus.* Et hujuſmodi donationes ſunt confirmandæ à ſucceſſore, Valaſc. *conſult.*167. Barboſ. *in cap. Apoſtolicæ, de donat. numero* 3.

Rex poteſt legitimare naturalem in præjudicium agnatorum ante aditionem hæreditatis, vel apprehenſionem bonorum: poſtea non poteſt, cùm factus ſit jam dominus, Molin. *de primog. libro* 1. *cap.*7. *numero* 30.

Rex non poteſt jus tertio quæſitum auferre, *l.* 2. §. *meritò, & §. ſi quis à Principe, ff. ne quid in loco publico, l. fin. ff. de conſtit. Principum, cap. ex tuarum, de auctorit. & uſu pallii, cap. ſuper eo. de offic. delegati, cap. Paſtoralis in fine, de privileg.* Maſcard. *de probat. concluſ.*1003. *n.*22. Menoch. *de arbitr. lib.*1. *q.*9. *n.*11. Borrel. *in ſum deciſ. tit.*12. *num.*32. Gabed. *deciſ.*93. *n.*2. *p.*2. Gabr. Pereira *de manu Regia, part.*1. Stephan. Gratian. *diſceptat. forenſ. car.*221. *num.* 38. *cum ſequentibus.* Et ſi dicatur, non obſtante jure tertii, intelligitur de invalido, Grammatic. *deciſ.*103. *num.*236. *cum ſequentibus.* Et quotieſcumque aliquid conceditur, videtur in dubio conceſſum ſalvo jure cujuſcunque, Cald. *de nominat. q.*21 *num.*56. *cum ſequentibus*, Azeved. *l.*14. *n.*39. *tit.* 3. *libr.* 1. *novæ recopilat.* Ricc. *in collect. deciſ. part.*3. *collect.*1752 Marta *de juriſdict. p.*4. *caſu* 94. *n.*29.

Rex ex cauſa dominium privato auferre poteſt propter utilitatem publicam, *l. Lucius, ff. de evict. l. item ſi verberatum,* § 1. *ff. de rei vendicat.* Azeved. *l.*1. *tit.*1. *lib.*4. *novæ recopilat. n.*23. Rol. à Valle *conſ.*79. *n.*5. *cum ſequentibus, vol.*2. Menoch. *conſ* 307. *n.*39. Cabed. *deciſ.*18. *num.*12. *p.*2. Bobadil. *in Polit. lib.* 2. *cap.*163. *n.*162. Bernard. Græv. *in pract. Cam. Imper. lib.*2. *concl.*56. Et tunc debet ſolvi pretium parti, Roland. *ubi proximè, n.*18. *cum ſequentibus*, Cabed. *dicta deciſ.*18. *n.*13. Phœb. *deciſ.*94. *p.* 1. Et dominium ex ſolo jure civili acquiſitum, non poteſt tollere ſine cauſa, Molin. *ne primog. libro* 2. *cap.*7. *n.* 28. Bernard. Græv. *dicta concluſ.*56 *conſiderat.* 1. Cabed. *ubi proximè*, Ceval. *commun. contra com p.*4. *q.*906. *n.*355. *cum ſequentibus.*

Rex poteſt teſtamenta privatorum, & clauſulas eorum mutare, ſi id fiat cauſa publicæ, non privatæ utilitatis, Cov. *lib* 3. *var. cap.* 6. *num.*7. Menchac. *illuſtr. cap.*5. *n.*21. Guter. *lib.*3. *pract q.*76. *num.*5. Et valet diſpenſare, ut poſſint bona majoratus prohibita à teſtatoribus vendi, Gom. *l.*40. *Tauri, num.* 89. Molin. *de primog. lib.*1. *cap.*8. *num.*28. *& n.*31. *& lib.*4. *cap.*5.

Rex poteſt remittere damna facta ſingularibus perſonis pro bono pacis, Perez *lib.* 8. *p.* 347. Azeved. *l.*1. *tit.*1. *num.*29. *lib.*4. *novæ recopilat.* Roland. *conſ* 69 *n.*8. *vol.*2. Menchac. *illuſtr. cap.* 4. *num.* 111 Bernard. Græv. *in pract. Cam. Imper. lib.* 2. *concl.* 56. *n.*7. *& concl.*57. Phœb. *dec.*132. *p.*2.

Rex poteſt jubere, ut ſimul de poſſeſſorio & petitorio agatur, Menoch. *conſ.* 302. *num.* 51. Valaſc. *conſ.*51. *n.*48. alter Valaſc. *tom.*1. *alleg.*58. *n.* 16. Stephan. Grat. *diſceptat. forenſ. c.*681. *n.*23. Cabed. *deciſ.*16. *n.* 6. *n.*1. Ubi quod non poteſt partibus renitentibus ſtatuere quod judicetur de poſſeſſione, & proprietate ſimul.

Rex poteſt cogere partem, ut ſimul poſſeſſorio, & petitorio agatur, licèt pars velit ſolùm uti poſſeſſorio, Afflict. *conſtitut Neapolit.*75. *lib.*1. *rub.* 24. *de violentiis circa poſſeſſionem, n.*56. Barboſa *in l. ſi de vi, ff. de judic. n.*167. *cum ſequentibus*, Bernard. Græv. *in pract. Cam. Imper. lib.* 1. *concluſ.* 35. *conſiderat.* 1. Ricc. *in collect. deciſ. part.*5. *collect.*2022. *verſ. ſecundò.*

Rex poteſt removere ſuſpicionem, & committere cauſam ea remota, & valet proceſſus per judicem, cui jam commiſſionem fecit, non obſtante quod recuſetur, Thom. Valaſc. *tom.*1. *alleg.*96. *n.*ult.

Rex poteſt pervertere ordinem judicialem, & cum ſit lex animata, derogare ſcripturæ, & mutare quadrata rotundis & non poteſt ei dici: Cut. ita facis? Varg. *in lib.* cui titulus vulgaris, *da nobreza, diſcurſo* 7. *n.*25.

Rex quando poſſit cogere ſubditos ire ad bellum ſuis expenſis? Vide Cabed. *part.* 2. *deciſ.* 44. *numero* 2. Vbi ait, quod vaſſalli ratione juriſdictionis non tenentur propriis ſumptibus dominum comitari ad bellum, niſi ſubſit timor ſubitus invaſæ patriæ, vel Rex non habuerit facultates ex quibus poſſit ſatisfacere: & *num.*5. quod ſi nulla bona habent à Rege, inviti non ſunt cogendi ad bellum ire, & *num.*9. quod pro defenſione patriæ omnes tenentur ire ad bellum, dummodo eis ſtipendium de publico ſolvatur, ſecus ſi opes publicæ ad hoc non ſufficiant.

Rex tempore belli poteſt caſtrum, vel fortalitium Vaſſallo auferre, ut ibi præſidia militum ponat, & an poſſit domos ſubditorum capere, & alia in materia? Vide per Roland. à Valle *conſ.*69. *vol.*2 Cabed. *deciſ.*26. *num.*3. *p.*2. Et idem ſi tantùm adſit belli ſuſpicio, ex Surd. *de alim. tit.*8. *privil.*1. *num.*4. *& 5.* Et damna tenetur reſarcire. Menoch. *conſ.*312. *num.*12. & vide Cot. *in memorab.* verbo *caſtrum*, Bernard. Græv. *in pract. Camera Imper. lib.*2. *concluſ.*56. *conſider.* 2. Et quando Eccleſiaſtici poſſint compelli ad contribuendum pro ſumptibus belli? Vide Mart. *de juriſdict. p.*4. *cent* 1. *caſu* 10. Ubi per articulos tres quæſtionem reſolvit.

Rex in præceptoriis Ordinum Militarium non habet liberam diſpoſitionem, imò manet ſubditus Romano Pontifici, quia hujuſmodi præceptoriæ ſunt inſtitutæ auctoritate Apoſtolica ex redditibus beneficiorum, & tanquam beneficia Eccleſiaſtica ſunt regulandæ, de quibus vide Barboſam *in l. quia tale, ff. ſoluto matrim. num.*95. *&* 96. Cabed. *deciſ.*61. *num.*6. *part.*1. *& deciſ.*112. *num. ult. part.* 2. Fr. Emman. Roderic. *tom.*2. *Regular. quæſt.*122. *art.* 3. Gabr. Pereira *deciſ.*2. *num.*2. *& deciſ.*58. *num.*7. Rebuff. *tract. de nominat. q.*15. *num.*16. Mandoſ. *de infirmis reſignantibus, q.*20. *num.*8. Mart *de juriſdict. p.*2. *cap.* 32. *num.* 22. Quamvis quod præceptoriæ non ſunt beneficia Eccleſiaſtica, tradat Cæſar *in relect. de Eccleſiaſtica Hierarchia, quæſt.*2. *proœm.* §.4. *à num.*32. *& p.*3. *diſp.*14. §.6.

LITERA S.

Verbo SACERDOS, SACER ORDO.

SACERDOS cum ordinatur, imprimitur character: & datur potestas ad conficiendum corpus Christi verum per traditionem calicis, & cum propria forma; & per manuum impositionem datur potestas absolvendi, & sic conceditur duplex potestas, scilicet consecrandi Corpus Christi verum, & potestas clavium, Suar. *tom. 5. de censur. disp. 42. sect. 4. num. 13*

Sacerdos omnis simplex quoslibet pœnitentes à quibusvis peccatis & censuris in articulo mortis absolvere potest, Barbosa *ad cap. Pastoralis 11. de offic. judicis ordin. num. 16.* Etiam quando adest proprius parochus, ut per eundem *in collect. ad Concil. Trident. sess. 13. de Sacramento Pœnit. cap. 7. num. 13. & 14.* ubi *num. 15.* quod potest absolvere in articulo mortis Sacerdos etiam irregularis, suspensus, excommunicatus, &c.

Sacerdotibus propter dignitatem Sacerdotalem, semper & ubique summa reverentia debetur, Farin *cons. 60. num. 34.*

Sacer Ordo non liberat filium à patria potestate, Barbosa *ad c. constitutus 8. de in integrum restitut. n. 6.* Intellige quoad temporalia, secus verò quoad spiritualia, ex eodem Barbosa *ad cap. indecorum 3. num. 4. de ætate & qualit.*

Sacerdos recipiens à pluribus plura stipendia pro Missarum celebratione, non potest unica Missa omnibus satisfacere, Barbosa *in collect. ad Concil. Trident. sess. 22. de Sacrificio Missæ, numero 4.* ubi *numero 6.* quod Rector beneficii potest Missam per alium celebrare, retenta sibi parte, & tribuat Sacerdoti eleemosynam congruam: & *num. 7. & 8.* quod Sacerdotes debent absolutè integram eleemosynam tribuere celebranti: & *numero 9.* quod non licet Sacerdoti celebrare Missas anticipatè: & *numero 10.* quod præcepto de audienda Missa satisfacit, qui horas canonicas ex obligatione recitat: & *ibidem numero 3.* agit quod sit justum stipendium.

Sacerdos non potest, nec debet revelare sibi expositа per confitentem in Sacramentali confessione, *c. dilectus, de excessibus Prælatorum, c. Sacerdos, de pœnis dist. 6. cap. omnis, de pœnit. & remiss.* Farin. *in praxi criminali, tom. 1. tit. 15. quæst. 51. num. 93.* quem ad propositum vide *num. 94. cum sequentibus, usque ad num. 102. uncto num. 111. 112. & 113.* Et confessio facta Deo in persona Sacerdotis, non probat in foro exteriori, Aloys. Ricc. *decis. Cur. Archiepiscopat. Neapolit. p. 1. dec. 172. num. 8.* ubi *num. 9.* quod revelatio confessionis condemnati ad mortem, facta à confessore de licentia ipsius condemnati, non valet: & *n. 12.* quod Sacerdos inductus ad deponendum super eo, quod habuit in confessione, non probat.

Verbo SACRAMENTA.

SACRAMENTA administrans in peccato mortali peccat lethaliter, Barbosa *de parochis, cap. 17. num. 4. cum sequentibus*: non licèt aliquid exigere pro Sacramentis conferendis, idem *in collect. ad cap. cum in Ecclesia 9. num. 2. de simonia*, ubi *n. 3.* secus asserit in extrema necessitate, de quo vide etiam Ricc. *decis. Cur. Archiepiscopat. Neapolit. p. 2. dec. if. 55. à num. 3.*

Sacramentum Eucharistiæ bene poterit ministrari infirmo non jejuno, instante necessitate, Cened. *ad Decretal. collect. 149. num. 6. & collect. 51. num. 3.* ubi *num. 4.* quod hostia consecrata non debet custodiri à parocho ultra unam septimanam, ne putrescat; sed eam debet sumere, & consecrare aliam recentem.

Sacramento extremæ unctionis ungi potest organum sensus magis obvium, si periculum fuerit in mora, ut per Barbos. *in collect. ad Concil. Trident. sess. 13. de Sacrament. extremæ unctionis, cap. 1. n. 17. & de parochis, cap. 22 num. 33. cum seqq.*

Verbo SALARIUM.

SALARIA petuntur extra ordinem, id est officio judicis, *l. salarium 7. juncta gloss. ff. mandati*; & proceditur in istis causis summariè, Marant. *de ord. judic. p. 4. dist. 9. num. 297.* Baëza *de decima tutoris, cap. 2. num. 29.*

Salarium consuetum regulatur ab actu ultimo, ex Avil. *ad cap. prætor.* verbo *salario, fol. 54.* Et crescit duplicato labore, Auth. *ut judices sine quoquo suffragio, §. illud Scio, ff. de annuis legat. cap. relatum 2. de testament.* Menoch. *de arbitr. casu 223.* Pro salario quis præfertur creditoribus, Ricc. *in collect. decis. 15. collect. 1540.* De salariis in genere, vide Reynoso *observat. 27.*

Verbo SCHOLARIS.

SCHOLARIS Actor togere potest Reum ut respondeat coram judice suo consetvatore, Auth. *Habita, Cod. ne filius pro patre*, Barb. *p. 7. l. 1. n. 48. ff. soluto matrim.* Cald. *de potest eligendi, cap. 1. n. 11.* Phæb. *decis. 27. num. 8.*

Scholaribus debita habent tacitam hypothecam cum privilegio prælationis, ad exemplum hypothecæ dotis, Horat. Luc. *de privileg. Scholar. privil. 34.* Barbosa *ubi proximè, n. 25.* & in salariis Doctorum atque advocatorum, idem procedere tenet Flor. de Mena *var. lib. 1. quæst. 8. §. 1. n. 70.* & secundùm hanc opinionem judicatum fuisse testatur Rebuff. *de privileg. Scholar. privil. 118.* sequitur Stephan. Gratian. *disceptat. forens. p. 2 cap. 257. ex num. 17.* Rodriq. *de concursu creditorum, p. 1. à num. 18* quia causa dotis, & studii æquiparantur, Gloss. ult. *in l. unica, Cod. de studiis liberalibus urbis Romæ, lib. 11.* communiter recepta ex citatis à Barbosa ubi suprà, *numero 23.* & in studio ac scholaribus publica utilitas versatur,

l. 2. Cod. qui ætate, vel profess. se excusant, lib. 10. exornat idem Barbosa *numero 49. in fine, & 50. d. Eo loco.*

Verbo SCRIPTURA.

SCRIPTURA non est de substantia legis, *ap. 1 de postulat. Prætator*, ubi Barbosa plures citat, qui resolvunt quod solum ad probationem legis, vel contractus requiritur.

Scriptura vel epistola obligationis, si dies deficiat, non idcirco vitiatur obligatio, juxta tradita per Bart. *in l. 1. §. hujus, ff. de justit. & jure, & in l. cum tabernam, §. id quæsit, ff. de pignorib. l. Publius, in fine, ff. depositi.* Et sic quoad substantiam obligationis, vel contractus non requiritur dies, aut locus, nec quoad probationem debiti, sed quoad probandam prioritatem, seu posterioritatem temporis requiritur dies, quia aliter apparere non potest? ita distinguit prædicta jura Cyn. *in l. optimam, Cod. de contrah. & commit. stipulat.* Angel. *in Auth si quis, de fide instrum.*

Scripturæ privatæ fides quibus casibus adhibeatur? Vide Mascard. *de probat. concl.* 1294. *num.* 1. *cum sequentibus.*

Scriptura privata per confessionem partis non habet prælationem, Mendez *in praxi, lib. 3. cap. 21. num. 64.* ex quibus scripturis actio summaria competat decem dierum? Vide eundem *dicto lib. 3 cap. 22. §. 1.*

Scriptura privata facta in lapidibus, aut columnis, in loco publico & manifesto, in antiquis plenè probat. Aym. *de antiquit. temp. fol. 72. verso, n. 12.* ubi *num. 14. & 15.* quod probat in non antiquis, & factis recentibus.

Scriptura quæ ex archivo publico Ecclesiæ profertur, testimonium publicum habet, *cap. ad audientiam 13. de præscript.* ubi Barbosa *n. 3.*

Scripturæ quæ ex archivo publico Regis profertur, plena fides adhibetur, Auth. *ad hæc*, ubi gloss. pen. & Bart. *Cod. de fide instrum. cap. cum causam*, ubi gloss. verbo *per libros. de probat. dicto cap. ad audientiam, de præsumpt.* Valasc. *de jure emphyt. lib. 1. quæst. 9. num. 26. cum sequentibus*, Roland. *cons. 75. a. princ. lib. 4.* Boër. *decis. 105. num. 11.* Aym. *de antiquit. temp. p. 1. num. 249.* & latè Gabr. *lib. 1. comm. opin. tit. de probat concl. 5. d. principio.* Et Chronicis debet dari integra fides, *l. 1.* ubi Bald. *ff. de offic. quæstor. gloss. in cap. inter dilectos*, verbo *magis, de fide instrum. & in cap. venerabilem*, verbo *transtulit. 1. de elect.* Soar. *allegat. 8. num. 11.* Roland. *cons. 2. num. 6. lib. 1.* Valasc *dicto num. 26.* Gam. *decis. 335. num. 7.* Phœb. *decis. 85 num. 5. p. 1.* cum aliis citatis *ad dictum cap. inter dilectos 6. num. 30.* Et Chronicarum, ac historiarum exemplum probat, & earum scriptoribus, etsi enunciativè loquantur, fides adhiberi solet in antiquis, ut per citatos à Barbosa *in Clem. unica de reliquiis & venerat. Sanctorum, num. 9.* Et Chronicis hujus Regni, quæ sunt in archivo publico, fides adhibetur, Cabed. *de patronat. Regiæ coronæ cap. 22. num. 3.* Et Chronicæ allegari possunt ad decisionem causarum, ex citatis per Barbos. *in remiss. ad Ordin. lib. 4. tit. 101. §. 1. num. 5.*

Scriptura debet legi ratificanti eam, Menoch. *cons. 1. num. 329. & de præsumption. lib. 5. præsumpt. 66. num. 22.* Burg. *cons. 2. num. 61.* Ubi quod ratificans debet videre scripturam quam ratificat, Flamin. *de resignat. lib. 9. quæst. 17. num. 29.* Ubi quod mentionem faciens de scriptura illam legisse, contentorum notitiam habuisse præsumitur.

Scriptura propria extracta ex originali, vel saltem authenticum transumptum parte citata debent edi, aliàs non probant *l. sancimus, Cod. de diversis rescriptis*, & ibi Bald. & Salicet Ordinat. *lib. 1. tit. 80. §. 15.* Doctor. *in Auth si quis in aliquo documento, C. de edendo*, Cov. *pract. ap. 21. n. 4.* Menoch. *cons. 175 num. 18.* Mascard. *de probat. concl. 711. & 712. & concl. 1388.* Pinel. *in rub. C. de rescind. vendit. p. 1. cap. 1. num. 13.* Avil. *ad cap. Prætor. cap. 19. num. 1. gloss. Transladen*, Cur. Philip. *p. 1. §. 17. n. 31.* Fr. Emman Roderic. *quæst. regular. tom. 1. qu. 8. art. 16.* Ubi idem in privilegiis. Anton. Gabr. *tom. 3. commun. opin. tit. de citat. concl. 1. num. 127. pag. 92.* Flamin. *de resignat. lib. 11. quæst. 6. num. 34. cum seqq.* Quod si pars non opponat, probat. Cald. *de resol. emphyt. cap 17. n. 10. & de empt. cap. 35. num. 26.* Stephan. Gratian. *discept. forens. cap. 268. num. 15. cum seqq.* Et de citatione partis, vide Mascard. *concl. 273. num. 7. & concl. 543. num. ult.* Aloys. Ricc. *decis. Cur. Archiepiscopat. Neapolit. p. 2. decis. 87. num. 18.* Gratian. *forens. cap. 455. n. 1.* Ubi quod partis citatio est necessaria in exemplatione & executione instrumenti, de quo etiam Afflict. *decis. 324. num. 14.* Et transumptum minimè probat parte non citata, Masc. *d. Concl. 1388.* Grat. *cap. 577. num. 25. cum seqq. & cap 582. num. 13.* Gabr. Pereira *decis. 26. num. 8* Farin. *decis. 543. cum seqq.* ubi agunt de transumptis quando probent: & transumptum authenticum quod dicatur, vide Flamin. *de resignat. lib. 11. quæst. 6. à num. 34.*

Scripturæ exemplum probat si extractum sit è registro, Mascard. *de probat. conclus. 1200. num 17.* Et exemplum scripturæ deductum ab originali instrumento habet eandem vim, *cap. ultim. de fide instrum.* Menoch. *cons. 7. num 1.* Mascard. *conclus. 317. n. 7. & 8. & concl. 711. ex num. 17.* Cov. *pract. c. 21. num. 4. & 8.* Cened. *ad Decretal. collect. 132. n. 1.* Et præsumitur solemniter factum à notario, Menoch. *de præs. lib. 2. præs. 80.* Cald. *de empt. cap. 35. num. 8. & 10. juncto num. 26. cum seqq.* Et exemplum debet collationari cum scriba, aliàs ei fides non adhibetur, ut per Ord. *lib 1. tit. 79. §. 6. & tit. 80. §. 15.* Et non est danda fides exemplo exempli, *l. sancimus, Cod. de diversis rescriptis.* Thom. Valasc. *tom. 1. allegat. 76 num. 8. & 9.* Cald. *dicto cap. 35. num 48. cum sequentibus*, Rebuff. *ad leg. Gallia, tom. 1. art. 2.* glossa unica, *num. 82. & de literis obligat. pag. 63.* Farinac. *decis. 549. in noviss.* Phœb. *arresto 4. & arresto 61. part. 2.* Mendez *in praxi Lusitan. lib. 3. cap. 22. num. 4.* cum aliis citatis à Barbosa *in remiss. ad Ordinat. lib. 3. tit. 20. §. 22. num. 3.* Et copia copiæ non facit fidem, nisi quando pars fuit citata, & nihil contra eam fuit oppositum, Aloys. Ricc *dec. Cur. Archiepiscopat. Neapolit. part. 1. decisione 198. num. 1.* Et exemplum exempli præsumitur falsum, *leg. 2. ff. de fide instrum.* Mascard. *conclus. 711. num 1.*

Scripturæ falsitas arguitur ex atramenti diversitate in apostilla, Ricc. *decis. Cur. Archiepiscopat. Neapolit. p. 2. decis. 10. num. 1.*

Scripturæ mortui tabellionis major fides datur, quàm si viveret, Stephan. Gratian. *discept. forens. cap. 429. num. 14.*

Scripturæ declaratione admittitur probatio per testes, Barbosa *in cap. auditis, num. 2. de in integrum restit.*

Scripturarum editio denegari non debet pro veritate reperienda, *l. si quis ex argentariis, §. ex hoc ed. Eto* ubi omnes, *ff. de edendo.* Ricc. *d. p. 2. decis. 36. n. 3.*

Scriptura quando est penes tertium, possunt contenta in ea probari per testes. Angel. *in l. si unus, §. ante omnia.* ubi Jas. *num. 4. ff. de pactis, & in l. certi conditio, § quoniam, num. 10. ff. si certum pet.* & vide

Valasc.

Valasc. *de jure emphyt. quæst. 7. num. 35.* & alterum Valasc. *tom. 1. allegat. 72. num. ult.* Et ex eo quod fit mentio instrumenti in libello potest peti, ut ante omnia edatur, ut possit deliberare an velit cedere, vel contendere, *cap. licèt causam*, ubi omnes, *de probat.* Dec. *cons.* 301 *numero 2. & 3.* Et ubicumque fecerit quis mentionem in suis articulis de aliqua scriptura, illam offerre tenetur, aliàs articuli deleri debent, nisi talis scriptura de qua fit mentio, fuerit inter alias personas, quia potest articulari de illa etiamsi non offeratur, vel nisi petatur licentia ad articulandum de tenore illius, & de ejus amissione, quia in eis casibus limitari Ordinat. decisum refert Mendez *in praxi Lusit. lib. 3. cap. 9. num. 2.* Et hoc non habet locum in hærede, vel in illo qui causam habet à contrahente, quia iste non dicitur tertius, *l. si superatus, ff. de pignor.* Surd. *decis.* 173. *numero* 27.

Scripturam offerens non potest impugnare contenta in ea, & censetur ea fateri, Bart. *in leg. post legatum, num. 2. ff. de his quibus ut indignis*, Roman. *cons.* 284. *col* 1. Alexand. *cons.* 108. *col. 3. lib. 5.* Afflict. *decis.* 25. Vivius *tom. 1. commun. opin. pag.* 577. *n.* 175. Mendez *ubi proximè.*

Scripturam qui penes se habet, præsumitur illius habere notitiam, *l. non est ferendus, ff. de transact.* Burg. *cons* 14. .39. Surd. *cons.* 4. *n.* 8. *& decis.* 153. *n.* 3. *& decis.* 288 *n.* 54. Vald. *in respo. so pro monasterio de Ossera, num.* 3. Gabr Pereira *decis.* 14. *num.* 10. Idem si instrumentum præsentavetit in judicio, vel de eo mentionem fecerit, Aym. *cons.* 201. *n.* 31. Surd. *d. cons.* 4. *n.* 46. quem vide *cons.* 5. *n.* 37. *& cons.* 351. *n.* 19. Et unusquisque præsumitur scire, & confiteri contenta in instrumento, quod pro se profert, Reynoso *observat.* 71 *n.* 13. Et scripturam qui producit, censetur fateri, & approbare ea quæ in illa scriptura sunt, Menoch. *cons.* 332. *num.* 23. Et scripturam penes se habens non poterit contra eam præscribere, Petr. Barbosa *ad rub. Cod. de præscrip.* 30. *vel* 40. *ann. n.* 344. *cum seqq.* Et præsumptio ista non facit omnimodam probationem malæ fidei, & purgatur per triginta annos, Bart. *in l. fin. Cod: unde vi, num.* 17. Covar. *in reg. possessor, p.* 2. §. 8. *num* 4. Dec. *cons.* 328. *col. fin.* Afflict. *decis.* 13. *n.* 11. faciunt quæ Menoch. *de præsumpt. lib. 6. quæst.* 13. *num.* 64. *& num.* 74.

Verbo SENATOR.

SENATOR est illustris, Tiraquel. *de nobilit. cap. 6. num.* 21. Menoch. *de arbitr. casu* 68. *num.* 20. Barbosa *in leg. quia tale, num* 28. *ff. soluto matrim.* Et excusantur à contribuendo in subsidiis, & à receptione militum in domibus, Roland. *cons.* 66. *num.* 42. *vol* 1. De famulis Senatorum, qui in tribunalibus Regi inserviunt, vide Phœb. *decis.* 32. *part.* 1. Vbi quod sunt exempti, & immunes à collectis Defuncto Senatore, cui famulus per quadriennium inservivit, propter quod privilegium immunitatis consecutus est, potest post obitum Senatoris uti eo privilegio in vita sua, vide Barbosam *in dicta leg. quia tale, num.* 10. Farinac. *in praxi delictorum, part.* 4. *consil.* 94. *num.* 12. Secus est in agricolis illorum, qui amittunt privilegium per mortem Senatorum.

Verbo SENECTUS, SENES.

SENECTVTIS prærogativas vide apud Mascard. *de probat. conclus.* 1295. ubi *num.* 6. quod Senes torqueri non possunt ullo genere tormenti, imò nec etiam ferula cædi. Quis dicatur senex remittitur judicis arbitrio, idem Mascard. *ubi proximè, n.* 8. Aloys. Ricc. *dec. Cur. Archiepisc. Neapolit. part. 2. decis.* 234. *a num.* 3. In Sene requiritur ætas 60. ann. Ricc. *ibid. num.* 5. In Sene diminuitur omnis concupiscentia & libido Barbosa *ad cap. pen. de præsumpt. num.* 3. ubi *num.* 4. quod senes præsumuntur à vitiis abstinere.

Senes præsumuntur prudentiores, sapientiores, probatiores ipsis juvenibus, & virtutibus excellere, utpote qui usu rerum docti prudentiam sibi comparare potuerunt, Menoch. *de præsumpt. lib. 6. præsumpt.* 47. Ricc. *dicta decis.* 234 *n.* 5. Et seniores præferuntur junioribus, Masc. *dict.* 1 *conclus.* 1295. *n.* 4. *& Levit.* 29. præcipitur: *Coram cano capite consurge, & honora personam Senis* Plures Senectutis laudes, vitia, incommoda & privilegia referunt citati à Cenedo *ad decres. al. collect 9. n* 5. Guev. *part. 2. epistolar. fol.* 278. *cum sequent.* & plura alia ad propositum de senibus, tradunt Barbos. *ad c. dudum 22. de elect. n. 3 cum duobus seqq. & ad c. quantò, de transl. Episcopi. n. 2. & 3. & ad cap. si qui 8. de testibus. numero 3.* Mallara *cent. 10. Resr.* 42.

Verbo SENTENTIA.

SENTENTIA habet vim legis, *l. fin. Cod. de legibus. l. nemo, Cod. de sentent. & inter locut. omn. jud.* Gam. *dec.* 174 *n.* 10.

Sententia comminatoria non obligat, nec habet vim rei judicatæ, neque potest exequi, *l. 1 & l. interlocutio. Cod. comminat. epistolas, &c.*

Sententiæ latæ per Reges pro lege servandæ sunt, *l. fin. Cod. de legibus, l. nemo, ubi proximè, cap. in causis* 19. *de re jud.* ubi Barbosa *n.* 3. Tiraquel. *de jure primog. q* 40. *n.* 167. Gam. *ubi supra.*

Sententia etiam Principis ob omissam citationem non valet, Bernard Græv. *in pract. Cam. Imper. in proœm. num.* 1. Et citatio ad sententiam est necessaria, & omissio illius inducit nullitatem sententiæ ipso jure, *l. de unoquoque ff. de re jud. cap. consuluit, de offic. deleg. Clem sæpe, §. sententia verò*, ubi Barbosa *num.* 12. 24. *& 25. de verbor. significat.* Gonzal. *de mensibus, gloss. 9. §. 1. in annotat. num.* 117. *cum sequentibus*, ubi *num.* 151. quod hæc nullitas sit insanabilis quando omninò deficit citatio ad sententiam. Et sententia non transit in rem judicatam contra non citatem, Barb. *in remiss. ad Ord. lib. 3. tit. 75. in princ. num.* 3.

Sententia dicitur res judicata, quando ab ea non fuit appellatum intra decem dies, Covar. *pract. c.* 23. *num.* 2. *vers. illud.*

Sententia non est necesse ut publicetur, nec est hodie necessarium sententiam legi per judicem eam pronunciantem, prout antea requirebatur *in cap. fin. de re jud. lib. sexto*, neque requiritur, quod pronuncietur sedendo pro tribunali, sed sufficit in actis proponi, & quod ibidem scripta appareat & pronunciata, Azeved. *lege* 10. *numero* 74. *cum sequentibus, titulo* 17. *libro* 4. *novæ recopilat.* Et sententia tradita tabellioni, postquam à præside pronunciata est, ut pro recitata habeatur non venit annullanda, & ita

u die fieri in Senatu teſtatur Gam. *deciſ.57. n.1.* & aſſerit Menoch *de arbitr. lib. 1. quæſt.66.* quod ſufficit venire ſententiam ad notitiam partis per quamlibet viam, facit Ordinat. *lib. 3. tit.66. §.6.* ibi, *e a publicar, ou derao eſcrivaon ou tabaliaon pera iſſo poro termoda publicaçaon, naon terro mais poder, de à revogar*: quamvis Ricc. *p.2.dec. 273. num.10.* aſſerat reſolutum fuiſſe in Curia Archiepiſcopali Neapol. quod ſententia diffinitiva adhuc non publicata poteſt revocari.

Sententia lata non publicatis atteſtationibus eſt valida, Gloſſ. *in l. prolatam, Cod. de ſent. & interlocut. omn. jud.* Capic. *deciſ. 1 n. 31.* Menoch. *de arbitr. lib. 1. q. 33. num. 1. cum ſequent.* Bonacoſ. *commun. opin. crim. p. 2.* verbo *publicatio, p.64.*

Sententia prolata ex falſis probationibus, & ex fundamentis non veris, & contra inſtrumenta publica, eſt nulla, Ordinat. *libro 3. titul. 87. §. 1,* & ita praxis obſervat, teſte Phœb. *deciſione 183. n.6. cum ſequentibus, p.2.*

Sententia eſt ipſo jure nulla, ſi lata fuerit præcipitanter, & in tam brevi tempore, & cum tanta feſtinatione quod acta veriſimiliter non potuerint videri, Barboſa *in remiſſ. ad Ordinat. lib. 3. tit. 75. in prin. ipſ. num. 13.*

Sententia eſt ſtricti juris, & ſtrictè eſt interpretanda, *l. 2. Cod. de judic. l. 1. Cod. ſi plures una ſententia*, Menoch. *conſ. 80. num 39.* Surd. *deciſ. 212. n.13. & deciſ. 261. n. 7.* Aloyſ. Ricc *in collect. deciſ. p.5. collect. 2006.* Farin. *de delict. part.12. lib 1. tit.3. q.25. n. 65.* Aym. *conſ. 10 num. 3. & conſ. 188. n.6.* Barboſa *ad rub ff. ſoluto matrim. p.3. num.50.* Gratian. *forenſ. cap. 705. num. 13.* Et ſententia ita eſt ſtricti juris, ut nunquam ex illa poſſit inferri, niſi illud quod ex verbis legitur, *l. 1. Cod. ſi plures una ſententia*, & cum multis deciſio genuenſis 204. *n.6.* Et ſemper reſtringi debet ſalva ratione recti ſermonis, Crav. *conſ.1.*

Sententia debet intelligi ſecundùm intellectũ juris, Farin. *deciſ. 837. num.4*

Sententia recipit interpretationem à petitione & cauſa Menoch. *conſ. 80. n.44.* ubi *num. 40.* quod ſententia debet interpretari, ne iniqua & injuſta decernat.

Sententiam nemo poteſt mutare ad præjudicium juris alterĩ quæſiti, *l nemo poteſt, ff. de regul. juris*, Ricc. *dec. Cur. Archepiſcop. Neapolit. p.2 deciſ. 280 num.8.*

Sententia quæ non tranſivit per Cancellariam, vel non habet ſigillum ſolitum, non probat, Maſcard. *de probat. concl. 1303. n. 3.* Valaſc. *conſult. 72. n.19.* Flamin. *de reſignat. lib. 2. q. 25. & lib. 8. q.2. à num.18. & lib.10. q.1. n.18.19. & 34.* Mendez. *in praxi. lib.3. c.21. n.1.* Cabed. *dec.3. n.7.* Farin. *de delict. part. 4. conſ. 60. num. 25.* Thom. Valaſc. *allegat. 80. n. 1. ad fin.* De ſigillo, & quid ſi ſit fractum? Vide Rebuf. *ad leges Galliæ, tom. 1. tit. de literis obligat. art. 2. gloſſ. unica, n. 83.*

Sententia potiùs præſumitur diffinitiva, Menoch: *de interdict. remed 8. recuper. poſſeſſ. n.84.*

Sententia definitiva adverſus hæreditatem jacentem, non dato curatore, eſt nulla, Thom. Valaſc. *allegat. 68 n.11. cum ſeq. tom. 1.*

Sententia ſuper receptione impedimentorum, vulgo *embargo*, habet vim definitivæ Marant. *de ord. judic. p.6. act.1. à n.42.*

Sententia lata ſine probatione eſt nulla, Bartol. *in l. prolatam, in fine, Cod. de ſentent. & interlocut. omn. jud.* quem dicit receptum Barboſa *in rub ff. ſoluto matrim. p.3. n.52.*

Sententia interlocutoria eſt, quæ ſuper incidentibus, & emergentibus cauſæ principalis profertur Menoch. *conſ. 360. num. 1.* Azeved. *ad leg. 3. numer. 7. cum ſequentibus. tit. 18. lib. 4. nova recopilat.* Barboſa *in l. ſi debitori, num, 97. cum ſequentibus, ff. de judic.* c

Sententia qua præcipitur, appellatione pendente nihil eſſe innovandum, eſt interlocutoria, Aloyſ. Ricc *de Cur. Archiepiſc. Neapolit. p.1. dec.212.*

Sententia interlocutoria eſt mandatum de citando, Gloſſ. *in l. cùm clericis*, verbo *ſententiam*, *Cod. de Epiſcop. & cleric.* Barboſa *in l. ſi quis poſteaquam, num. 40. ff. de judic.* Et creditur nuntio aſſerenti de diligentia ad citationem, Gratian. *diſceptat. forenſ. c. 60.* Et mandatum interpoſitum poſt ſententiam reſpiciens ipſius executionem, cenſetur ſententia merè interlocutoria *lege à divo Pio, §. in veditione*, ibi *interloqui ſolet, ff. de re jud.* & notavit ibi Jaſ. *num. 5.* Octavian. *de ſtylo Curiæ, lib. 7. cap. 13. num. 11.* Anchat. *conſ. 342.* optimè Rot. Genuen. *deciſ. 164. num. 11.*

Sententia lata ſuper attentatis an ſit interlocutoria? Valaſc. *conſult. 156. num. 30. cum ſequentibus*, ubi diſtinguit, an videlicet attentatum objiciatur tantùm ad impediendum curſum proceſſus, quouſque reſtituatur, & tunc ſit interlocutoria, an verò apponatur petendo dumtaxat reſtitutionem ſpolii facti, & tunc habeat vim diffinitivæ, & poſſit appellari tanquam à ſententia lata ſuper actione ſpolii.

Sententia interlocutoria quibus caſibus habet vim definitivæ? Vide Bernard. Græv. *ad pract. Cam. Imper. lib. 1. concl. 130 conſiderat. 1.*

Sententia interlocutoria habens vim definitivæ dicitur quæ ponit finem controverſiæ principali, gloſſ. *ult. in l. reſtituere 58. ff. de rei vendicat* quam commendat Bald. *in leg. eundem lectura 1. ad finem*, Angel. *num. 6.* Alexand. *in rub. num. 7. ff. de re jud. & conſil. 50. num. 11 vol. 2.* Valaſc. *conſ. 47. à principio.*

Sententia deſertæ appellationis interlocutoria habet vim definitivæ, & ab ea datur appellatio. Barboſa cum ab eo citatis *in remiſſ. ad Ordinationes, lib. 3 tit. 70. §. 3 n.7.*

Sententia lata non poſſunt partes dicere contra æſtimationem, Cabed *dec. 11. n. 1. v 16. n.2.*

Sententia non poteſt executioni mandari contra tertiam, Farin. *dec. Rom. 59 n.1.*

Sententia reſcinditur per viam reſtitutionis ex clauſula generali, Gregor. *l. 33. tit. 14. p.5.* Menoch. *de arbitr. caſu 15.* Gut. *de juram. confirm. p. 3. c.6. n.7.* Molin. *de juſtit. tract. 2. diſput. 368. num. 6.6* Et in cauſis publicis propter inſtrumenta de novo reperta reſcinditur ſententia, Steph. Gratian. *diſcept. forenſ. c.118. num.2. & cap.138. num.25.* Et ſententia reſcinditur propter juſtam cauſam, idem *c.408. num. 9.* Et præſumptio eſt contra ſententiam, ſi poſtea inſtrumenta appareant, Maſcard *de probat. concluſ. 1224. num.36.* Cald. *forenſ. quæſt.30. a num.12.* Ubi quid in Eccleſia, & minore.

Sententia quæ tranſivit in rem judicatam pro veritate habetur, & facit rem notoriam, & de albo nigrum, & præſumitur juſtè lata, Barboſa *in locis comm. lit. R, num. 21* ubi multipliciter limitat. Et habet vim conſuetudinis ac legis, ex Gam. *deciſ. 174. num.10.*

Sententia debet mandari executioni, quæ tranſivit in rem judicatam, aliàs nihil diceretur actum, gloſſ. *in rub. C. de execut. rei jud. cap. quoad conſultationem, de ſentent. & re jud.* Marant. *in pract. part. 6. actu ult. in princip.* Et executio pœnarum non eſt differenda, *l. ſi quis fortè de pœn.* Perez *tit. 5. lib. 5.*

Ordi-

Ordinand. pag. 18. Et parum est jura concedere, nisi sint ministri, qui ea exequantur, *leg.* 2. §. *post originem*, *ff. de origine juris*, Gregor. *l.* 15. *tit.* 1. *p.* 1. *lit. C.* Et sententia parum prodest nisi executioni mandetur, Gloss. *in rub. ff. de excep. rei jud.* Bobadil. *in Polit. lib.* 1. *cap.* 13. *num.* 31.

Sententia ultima mandatur executioni, non prima, Bart. *in l. furti, num.* 8. *ff. de his qui notantur infamia.* Barbosa *in l. divortio*, §. *si vir, num.* 51. *ff. soluto matrim.* Gabr. Pereira *de manu Regia, cap.* 13. *in fine, p.* 1.

Sententiæ executione debet citari pars principalis, etiamsi sit absens, & non potest citari procurator, Phœb. *decis.* 4. *p.* 1.

Sententia lata in causa proprietatis absorbet possessorium, Stephan. Gratian. *discept. forens. cap.* 731. *num.* 2.

Sententiæ dicuntur conformes, quando una confirmat aliam, ex citatis per Barbosam *in Clem.* 1. *de re jud. num.* 11. & 12. quem vide *à num.* 3. *cum sequentibus.* Et rescripta in Rom. Curia super nullitatibus post tres conformes sententias non conceduntur, nisi cum clausula, *sine præjudicio trium conformium sententiarum*, Cald. *forens. lib.* 2. *quæst.* 36. *n.* 13. Et à tertia sententia non admittitur appellatio, *cap. sua nobis* 65. *de appellat. l. unic. Cod. ne liceat in una*, Rebuff. *tract. de appell. art.* 7. *glos.* 2. *num.* 29. *vers.* 15. Scac. *eodem tract. quæst.* 17. *limit.* 1. *num.* 1. quod adeo verum est, ut nec Papa, seu Princeps per viam rescripti ex ordinaria potestate possit concedere tertiam appellationem, Scac. *ubi proximè, n.* 2.

Sententia per viam gravaminis, vel supplicationis non potest rescindi per viam appellationis, sed per gravamen, ut à primordio tituli posterior formetur eventus, *l.* 1. *Cod. de imponenda lucrat. descrip. lib.* 10.

Sententia non afficit Ecclesiam Collegiatam, & universalem, nisi fuerit legitimè convocata, Steph. Gratian. *discept. forens. cap.* 601. *num.* 49. De sententiis patrum judicare periculosum est, Tiraquel. *de præscript. vers. in qua re, fol.* 96.

Sententiam latam à laico in causa reconventionis contra Clericum non debet judex laicus executioni mandare, sed Ecclesiasticus, Mart. *de jurisdict. p.* 4. *cent.* 2. *casu* 124. *in fine*, & *casu* 151. *num.* 5. *cum sequentibus.*

Sententia favore piæ causæ, alimentorum, animæ & dotis pro pupillis miserabilibus non recipit dilationem, & est exequenda non obstante appellatione, Gratian. *forens. cap.* 665. *num.* 1. & 24.

Sententia una an possit quis condemnari, quando pro decem fuit conventus, & lite pendente debet alia decem, quia tunc advenit tempus solutionis? Vide Capel. Tolos. *quæst.* 30. Anton. Gabr. *lib.* 2. *de judic. conclus.* 2. *num.* 5.

Sententia nulla non parit exceptionem rei judicatæ, *l. unic. Cod. de Lat. liber. tol. l. non putavit*, §. *non quævis*, *ff. de bonor. possess. contra tab.* cum aliis de quibus per Barbosam *in locis commun. lit. R, num.* 21. Ubi etiam quod sententia nulla non est sententia, & ibi citatis adde Ricc. *decis. Cur. Archiepiscop. Neapolit. p.* 1. *decis.* 135. *num.* 4. & 5.

Sententia lata super eo de quo lis non est contestata, est nulla. Surd. *decis.* 195. *ad finem.*

Sententia nullum jus tribuit de novo, sed declaratur illud jam adesse de præterito, & dominium. Gratian. *forens. cap.* 464. *n.* 19. *cum seq.*

Sententia lata per subornationem pecuniæ, vulgò *por peita*, est nulla, Ordinat. *lib.* 3. *tit.* 87 §. 1. Gloss. *in l. jubemus*, verbo *sententiam*, *Cod. ad l. Jul. repetund.* Farin. *in pravi delict. p.* 3. *quæst.* 111. *n.* 97.

Sententia sine executione & traditione non transfert dominium, *l. sciendum*, §. *qui fundum, ff. qui satisdare cogant.* Alexand. *consult.* 90. *num.* 9. *lib.* 2. Gabr. Pereira *forens. q.* 29. *n.* 26. *cum seq.*

Sententiæ nomen non meretur quæ fertur ab eo, qui non habet jurisdictionem, *l.* 1. §. *fin. ff. ad Tertyllian. l.* 2. *in fine, ff. de pœnis*; est enim judex basis, fundamentum & pars judicii potissima, Bald. *in rub. num.* 2. *Cod. si à non compet. judice*, Vant. *de nullit. ex defectu jurisdict. ordin. num.* 1. Et talis nullitas semper opponi potest, Gloss. *fin. in Clem.* 1. *de sequestrat. poss. ff. & fruct.* latè Andr. Gail. *lib.* 1. *observat.* 42. *à num.* 8. Et sententia est nulla ob defectum jurisdictionis, Ordinat. *lib.* 3. *titul.* 87. §. 1. ibi, *por Juiz competente em parte, ou em todo*; & hic defectus impedit executionem etiam trium sententiarum, ex citatis per Barbosam *in remiss. ad dictum* §. 1. *num.* 3. Et sententia nulla nunquam ullo tempore transit in rem judicatam, Ordinat. *dicto l.* 3. *tit.* 75. *in princip.* & jurisdictionis defectus dicitur insanabilis, ut ibidem notatur *in remiss. num.* 9. idque tradit Gabr. Pereira *decis.* 2. *num.* 9 Et quamvis data sit sententia per judicem incompetentem, si ab ea fuerit appellatum, & fuerit confirmata per superiores, remanet purgatus defectus primæ instantiæ, & ita fuisse judicatum asserit Cabed. *p.* 1. *decis.* 48. *à princip.* & refert alios Barbosa *in remiss. ad Ordinat. dicto titul.* 75. *in princip. num.* 12. & quando confirmetur sententia nulla defectu potestatis & jurisdictionis? Vide Stephan. Gratian. *discept. forens. cap.* 56. *num* 55. ubi quod sententia nulla est confirmanda, si de justitia illius constat, parte non opponente.

Sententia justè lata etiam ab incompetenti judice potest ex eisdem actis approbari, Bartol. & paul. *in l. si ut proponis, Cod. quomodo & quando judex*, Alex. *cons.* 111. *lib.* 5. & *cons.* 181. Gam. *de is.* 219. Robert. Lancelot. *de attentat. p.* 2. *cap.* 6. *num.* 53. Valasc. *de partit. cap.* 39. *num.* 4. *junct. num.* 70. *cum sequentibus*, & *consult.* 65. *ad finem*, Cabed. *decis.* 36. *num. ult.* & *decis.* 159. *p.* 1. Mendez *in praxi, lib.* 3. *cap.* 3. *num.* 8. Non tamen procedit parte opponente, Farin. *Rota Rom. decis.* 52. & 53 *num.* 4.

Sententia justa non retractatur prætextu nullitatis, & non defertur nullitatibus, nisi simul allegetur error, seu læsio, vel justa causa gravaminis, Bart. *in l. si expressim, ff. de appellat.* Roman. *cons.* 499. *col* 5. Vant. *de nullit. p. ult. num.* 188. Valasc. *de jure emphyt. quæst.* 6. *num.* 14 & *de partit. cap.* 39. *num.* 72. *cum sequentibus*, Gam. *decis.* 219. & *decis.* 237. & *decis.* 324. Parlad. *lib.* 2. *rer. quotid. cap. fin. p.* 5. §. 2. *num.* 17. Valasc. junior. *tom.* 1. *allegat.* 24. *num.* 3. & *allegat.* 96. *num.* 71. Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancel. glos.* 9. §. 1. *in annotat. num.* 70. *cum sequentibus*, Ambros. Cardos. *in allegat. juris super tributo impositio in vino, num.* 39. *cum sequentibus*; & hæc est salutifera praxis, quâ utimur in gravissimo & æquissimo Senatu de qua per Afflict. *decis.* 262. *num.* 3. Valasc. *dicta quæst.* 1. *numer* 14. & eam refert ac laudat Bernard. græv. *in pract. Cam. Imper. lib.* 1. *concl.* 37. *consider.* 10. *ad finem*, & orta fuit ex textu *in l. ult.* §. *ult. de eo quod metus causa.*

Sententia potest allegari nulla usque ad triginta annos, gloss. *in cap unde quaritur.* 35. *quæst.* 9. Bald. *in l. scire oportet*, §. *fin. ff. de excusat. tutor. & in l. data opera, Cod. qui accusare non possunt*, Pinel. *in l.* 1. *Cod. de bonis maternis, part.* 3. *num.* 50. *pag* 383. & *in Auth. nisi tricennale. num.* 21. *Cod. eodem tit.* Perez. *tit.* 15. *lib.* 3. *Ordinam. pag.* 738. Cardos. *in praxi jud. & advocat.* verbo *sententia, num.* 57. Tiraquel *de retract. lig.* §. 36. *glos.* 2. *n.* 38. ubi idem asserit etiam in

t ſtamento, contractu, arbitrio & aliis,& ſententia poteſt nullitatis remedio retractari intra triginta annos, ex Barboſa *in addit. ad collect. pag.* 60. Quando nullitas eſt evidens ex actis poteſt perpetuò proponi Seſſe *Aragon. deciſ.* 230.*num.* 41. ubi *numero* 44. *cum ſequentibus*, & *numero* 79. idem ſi per viam exceptionis.

Sententia uſque ad triginta annos poteſt mandari executioni: Rebuff, *ad leges Gallæ, tom.*1.*tract. de ſentent. executor. art.*7.*gloſſ.* 11.*num.*9. Gom. *l.*63. *Tauri*, & *var. tom.* 3.*cap.* 14.*num.* 5. Soar. *in l. poſt rem judicatam*, *notab.*1. *num.*3. Tiraquel. *de retract. lig. ad finem cit. numero* 32. Mendez *in prax. lib.* 3. *cap.* 21. *num.* 50. Et non poteſt exequi poſt 30. annos, Gom. *d. l.* 63. *Tauri*, Soar. *ubi proxime*, Valdeſ. *ad eundem*, *pag.* 99. Marant. *in pract. p.*6. *ad finem*, *num.* 54.*pag.*480. Et ſententia præſcribitur triginta annis, Perr. Barboſa *ad l. ſicut.* 3 *num.*82 *Cod. de præſcript.* 30. *vel.* 40. *ann.* & lites præſcribuntur per ſpatium triginta annorum, Rota Bononien. *deciſ.* 76.*num.*7. & lis non dicitur finita, niſi elapſis triginta annis, Gratian *forenſ. cap.* 535.*num.* 8. ubi *cap.* 403. *num.* 8. quod non procedit ſi fuit cœpta executio.

Sententia lata contra poſſeſſorem majoratus, vel capellæ nocet ſucceſſoribus Roland. *conſ.*92.*n.* 14. & 16.*lib.* 4. Cov. *pract. cap.* 13.*num.* 6. Pinel *in l.*1. *Cod. de bonis maternis*, *p.*3.*num.* 48. *verſ. contrariam* Molin. *de primogen. lib.*4.*num.*3. Valaſc. *de jure emphyt.quæſt.*10.*num.*3.Peregrin.*de fideicommiſſ.art.*53. *num.*46 & *num* 51. Burg. *conſ.*1 . *num.*69.Menchac. *uſufrequent. cap.*61.*num* 6.& *de ſucceſſ* §.16.*num* 17. Gom. *l.* 40. *Tauri*, *num.* 73. Perez *l.* 2. *tit.* 2. *lib.* 5. *Ordinam. pag.* 495. & *tit.* 2. *lib.* 5. *pag.* 93. gregor. *l.* 20.*tit.* 22.*p.* 3. verbo *pero*, & *l.* 10. *tit.* 25. *p.* 4. gloſſ. *ni le empecer*, Cald. *de empt. cap.* 31.*num.* 29. & *forenſ.quæſt.*23.*num.*77. ubi *num.*78 quod in cauſa nobilitatis ſententia præjudicat aliis, de quo Tiraquel. *de nobilit cap.*37.*num*, 2: & ſi detur colluſio, non nocet ſequentibus, Garc. *de nobilit. gloſſ.* 40. *num.*9. *cum ſeq* Pralador. *lib.* 2. *reg. quotid. cap. fin. p.* 5. §. 9.*num.* 22. vel quando poſſeſſor ob dolum, culpam, imò & ob negligentiam fuerit condemnatus, ex Valaſco *dicto loco.*

Sententiam unam non ſufficit allegare, ſed plures in tribunalibus latas, *l.*1.§.*ait. Sextus*, *ff. ad Syllan.* ibi, ſic eſſe ſæpiùs judicatum, *l an in totum*, ibi, quæ frequenter in eodem genere controverſiarum ſervata ſunt, *Cod de ædificiis privatis*, Phœb. *part.*2. *arreſto* 108. *in verſ. & ſcias.*

Sententiæ cùm pars facit mentionem. & non eam præſentat, præſumitur non eſſe, ſi non eſt, quod ob eam præſentat, quia facit contra eum, Avend. *ad l.*41.*Tauri*, *gloſſ.*4.*num.*2. Farin. *p.*4 *conſ.*60.*n.*18. & *ibi additio lit. l.*

Sententia debet eſſe conformis libello, ſecus in criminalibus, Barboſa *in collect.ad cap.licèt Heli* 31. *num.*5.& 6.*de ſimonia.*

Sententia, vel inſtrumetnum inducit notoriam probationem, *cap.ult de cohabitat. Clericor. cap.cùm olim.* 24. *de verbor. ſignificat.* Menoch. *de interdict. remed.*1.*recuper. poſſeſſ.n um.*232.

Sententiæ verba quæ referunt ſe ad acta,ſi poſtea non appareant acta, probant illorum tenorem, Panormit.*in cap.cùm inter*, *num.*11.*de ſentent.*& *re jud.* & *in cap.quoniam contra,de probat num.*26. & ibi lata additio, Paul. Caſtrenſ. *conſ.*76.*in fallo*,*lib* 2. Aym. *de antiq.temp.p.*2.*num.* 6.

Sententia lata contra Regem præjudicat ſucceſſori, Peregrin. *de jure fiſci*, *pag.* 35. Tiraquel. *de jure primog. quæſt.*35. *num.* 17. ubi de aliis. Et lata contra unum præjudicat ſucceſſori Gabr. Pereira *deciſ.* 51. *num.*15. & *deciſ.* 122.*num* 3.

Sententia lata contra principalem, non nocet fidejuſſori, ſi non fuit citatus. Cor.*in memorab.* verbo *ſenteentia*, *pag* 758.Surd. *deciſ.*218. *num.*11. quem vide *deciſ.*25 . ubi *num.*4 quod ſententia lata contra unum non nocet tertio non citato: & *num ſeqq.* de aliis agit.

Sententia lata contra producentem falſos teſtes non præjudicat teſtibus, Guillem. *in cap. Raynutius in extremis*, *num.* 25.*de teſtam.*

Sententia lata in favorem directi dominii an proſit emphyteutæ? Vide Aym. *conſult.* 206. *numero* 5. Quid in ſententia lata contra emphyteutam, an noceat proprietario, & poſſit ſe opponere? Vide Afflict. *deciſ.*380. Et quid in ſententia lata contra proprietarium, an noceat uſufructuario? Vide Put. *part.*2.*deciſ.* 336.

Sententia lata contra reſignantem reſpectu beneficii reſignati, non nocet reſignatario, Flamin *de reſignat. lib.*1.*quæſt.*16. *num.*25.

Sententia inter alios lata nocet & prodeſt in cauſa ſtatus perſonæ, Gonzal, *ad reg* 8 *Cancel. gloſſ* 9 §.1. *num.* 85. *cum ſequentibus*, de quo etiam vide Phæb. *deciſ.*20.*num.* 14.*cum ſeq.*

Sententia non nocet ei, cui non nocent acta, Garc.*de nobil gloſſ.*25.*num.*8. Barboſa *in l. ſi conſtante*, §.*fin.num.* 21. *ff. ſoluto matrim.* Et cui non nocet ſententia, non nocent etiam acta, Surd. *de.i.* 256.*n.*5. Cald. *forenſ. quæſt.*23 *num.*80.

Sententia lata contra uſufructuarium an noceat proprietario, & cujus expenſis facienda ſit lis. Vide Pinel, *in leg.* 1. *Cod. de bonis maternis*, 1. *part num.* 68.

Sententia contra Prælatum lata an liget ſucceſſorem? Vide Pinel. *in d.l.* 1.*p.*3.*num.* 48.*pag.* 383. ubi *num.* 49. *pag.* 379. quid in ſententia lata contra emphyteutam, an noceat ſucceſſori, de quo vide Valaſc. *de jure emphyt.quæſt.* 38.*num.*33. Ubi quod non præjudicat dominis ſcientibus.

Sententia lata contra debitorem non præjudicat creditori in re pignorata in favorem tertii, Neguzant. *de pignor. part.* 6. *membr.* 3.*num.* 38. *cum ſequentibus.*

Sententia in cauſa nobilitatis ita demùm nocet aliis, ſi agaturum eo, ad quem principaliter pertinet, & à quo jus aliorum dependet, qualis eſt pater reſpectu filiorum. Surd *deciſ.* 189.*num.* 17. Stephan.gratian.*diſceptat. forenſ. cap.*456. *num.* 78. *cum ſequentibus*, Calder. *forenſ. quæſt.* 23. *num.* 78. Quid in ſententia lata contra dominum terrarum,an præjudicet Regi? Vide Capic. *deciſ* 20 *num.*17

Sententia lata in favorem prædeceſſoris in beneficio an proſit ſucceſſori? Vide gregor. *leg.* 19. verbo *el Senhorio*, *tit.* 22.*part.* 3. Quid in ſententia lata pro domino, an proſit arrendatori? & alia vide apud Put. *part.*1 *deciſ.*12.Et an ſententia lata contra hæredem noceat legatariis? Vide Ranchin.*p.*3 *concluſ.* 228. Et non nocet ſubſtituto, Menoch. *conſult* 311.*num.*23.

Verbo SEPULCHRUM, SEPULTURA.

SEPVLTVRA Eccleſiaſtica qui careant? Vide Themudo *p.*3.*deciſ.* 314. *num.* 10. *cum ſequentibus.*

Sepulturæ uſus poteſt eſſe penes aliquem. ita ut illo invito non poſſit extraneus ſepeliri, & vendi poteſt abſque vitio ſimoniæ, non ſolùm Eccleſiaſticis perſonis, prout importat locum illum honorificum,

cum, sed etiam à laico in laicum transferri potest per contractum venditionis, vel alium quæ consuetudo repetitur in hoc Regno, Phœb. *p. 1. aecis 8. num. 8. 9. & 10.* ubi etiam refert decisum in Senatu, quod in usu Capellæ & Sepulturæ fieri potest executio per sententiam alicujus debiti.

Sepulcrum commune esse familiæ probatur ex inspectione literarum, Barbosa *de Parochis, cap. 26. num 15.* Pro sepultura non est aliquid exigendum, *cap. non satis 8. & cap. ad Apostoli am 42. de simonia*, Mart. *de jurisdict. p. 4. cap. 41. num. 23. cum seqq.* secus ubi sit consuetudo, juxta *dictum cap. ad Apostolicam, l. 15. tit. 17. part. 1.* ubi Gregor. Concil. Brachar. *act. 4. cap. 29. ad finem.* Constitut. Brachar. *tit. 14. constitut. 5. §. 1* juxta requisita per Paul. de Castr. *consil. 363. incip. In Christi nomine, volum. 1.* Alia de sepulturis vide latè per Spin. *in speculo testam glos. 2. princip. tit. de elect. sepulturæ.*

Verbo SEQUESTER, SEQUESTRARE, SEQUESTRATIO, SEQUESTRUM.

SEQUESTRARE potest judex rem penes justitiam, ne partes deveniant ad arma, ex doctrina Baldi *in l. fin. num. 3. Cod. de edicto D. Adriani toll. & in l. nulli, num. 2. Cod. de Summa Trinit.* Afflict. *in cap. 1. ex quibus causis feudum amitt. l. 3 num. 106.* Rot. Bononien. *decis. 73.* Valasc. qui loquitur in majoratu, *consult. 191. num. 34. cum seqq. tom. 2. & de partit. cap. 3 num. 12. & cap. 4. num. ult* & vide Hypolit. *consil. 126. num. 11.* Joseph. Ludovis. *decis. Perus. 10. num. 2.* Intellige ubi neuter possidet, Avil. *ad cap. 2. Prator.* verbo *parcialidad, num. 25. fol. 80.* Bernard. Græv. *in pract. Cam. Imperial. lib. 1. conclus. 5.* Phœb. *arresto 82. cum seqq. p. 2.* Et sequestrum decernitur ne contendentes ad arma prosiliant, item ut obviam fraudibus & malitiis litigantium eatur, & ut res in tuto sint, & ut conserventur illæsæ sine dissipatione, & ut lite & appellatione pendente & indecisa fructus interim ab interitu, & difficili recuperatione vindicentur, Ordinat. *lib. 4. tit 95. §. 2* ubi Barbosa *num. 2. in fine*, Reynoso *observ. 37. num. 17. & 10.* ubi *num. 33. & 34* intelligit in materia beneficiali, quando scilicet in Curia Romana contra possessorem beneficii sententia lata fuit.

Sequestrum fieri potest si timetur, ne incommodè fiat postea executio, & cum possessor beneficii recurrit ad judices sæculares pro manutentione possessionis, Monet *de distribut. quotid. p. 1. quæst. 9. num. 7.* ubi *num. 8. & num. 55 cum seqq.* quod fit si debitor bona non possidens suspectus sit de fuga, de quo etiam Phœb. *arresto 83. & 84. p. 2.* vel si sit dissipator bonorum, Ordinat. *lib. 3. tit. 73. §. 2.* ubi Barbosa *n. 1.* quem vide *num. 2. 3. & 5.* Mendez *in praxi, lib. 2. cap. 11, num. 17.* Et tenetur judex si depositarium fecit non idoneum, Cald. *forens. quæst. 21. num. 49.* Azeved. *ad l. 13. num. 6. tit. 6. lib. 3. novæ recopilat. pag. 355* Ad sequestrationem requiritur, quod in persona illius contra quem petitur, immineat suspicio dilapidationis, seu dissipationis, & antequam ad sequestrum perveniatur, præcedere debet summaria quædam inquisitio suspicionis; & sequestrum petens debet notum facere judici periculum aliquod subesse, ne vel res consumatur, vel debitor efficiatur non solvendo, Reynoso *dicta observ. 37. num. 44* ubi *num. 4.* quod nunquam permittitur sequestratio cùm aliquis est in possessione illius rei quæ sequestrari petitur. Et fit sequestratio quoties agitur super re mobili, & debitor de fuga est supectus, *cap. 2.* ubi gloss. *de sequestrat.* Cald. *d. q. 21. num. 40.*

Sequestrum regium decerni solet procedente informatione, sine citatione partis, ut refert decisum in Senatu superiori Phœb. *arresto 86. part. 2* contrarium probat text. *in l. si cui, ff. de servit. vend. l. ult. Cod. si per vim*, Gam. *decis. 331. aliàs 333. incip. Circa invaliditatem.* ubi Flor. Bernard. Græv. *in pract. Cam. Imper. lib 1. conclus. 6.* Reynos. *observat. 37 num. 42.* ubi *num. 45* quod sequestrum non imponitur contra eos qui sunt in possessione: & *num. 33.* quod ad constituendum sequestrum requiritur sententia Curiæ Rom Et quod in decernendo sequestro sufficiat levior probatio, tradit Stephan. Gratian. *disceptat. forens. cap. 1214. num. 10.*

Sequestratio quibus casibus admittatur? Vide Gonzal. *ad regul. 8. Cancell. §. 7. proœm. num. 19. cum sequentibus*, Aloys. Riec. *in collect. decis. parte 5. collect. 1827.*

Sequestrum ut fiat interim dum lis pendet, impetrari potest diploma Regium, ut testatur decisum Mendez *in praxi, lib. 4. cap. 10 numero 27. & 28.*

Sequestratio non est decernenda, nisi de debito priùs constet, Barbosa *in remiss. ad Ordinat. lib. 3. tit, 21. §. 3. num. 4.* ubi *num. 5.* quod prius quàm deveniatur ad hanc sequestrationem, debet adesse justificatio, quod scilicet pars quæ illam à judice postulavit, habet justitiam in causa principali, per text. *in l. cùm proponat, Cod. de bonis auctorit. judic. possidend.* refert judicatum Phœb. *decis. 54 num. ult. tom. 1.*

Sequestratio durabit quousque controversia in torum sit extincta, vel causa propter quam decernitur, *l. ult. Cod. de Ordin. cognit. l. si fide ussor, § ult.* ubi communis, *ff. qui satisd. cogant. l. 2. tit. 9. part. 3.* & ibi Gregorius, Menochius *de arbitrar. casu 457.*

Sequestratio non revocatur si fiat in executionem sententiæ, Stephan. Gratian. *disceptat. forens. cap. 531. num 85.* Farin. *de delict. p. 1. lib. 1. tit. 4. quæst. 34. num. 27.*

Sequestrantur fructus, ubi quis habet primam, sententiam, *Clem. 1. de sequestrat. possess. & fruct.* Alciat. *reg. 3. præsumit. 9 n. 12.* Marant. *de ord. jud p. 6. tit. de appellat. num 188.* Robert. Lancelot. *de arrest. p. 2. cap. 12. ampliat. 12 num. 27.* Et quando æquitas movet judicem, toties procedendum est ad sequestrum, Abb. *in cap. 1 & fin. de sequestra. possess. & fruct.* Rebuff. *tom. 3. ad leges Gallia, glos. 2. num. 16. tit. de sequestris.* Et stante dubio potest judex ponere rem in sequestro, ut est text. singularis *in l. fin. Cod. ad l. Jul. majest.* qui licèt sit sub illo titulo, ejus decisio extenditur ad alias materias propter rationem. Et de stylo Rotæ fit sequestratio fructuum interim dum lis pendet, Gabr. Pereira *de manu Regia, c. 21. n. 14. col. 1.* Per sequestrum perficitur quædam executionis species, & læsio possidenti infertur, ut per Bart. & Jas. *in l. fidejussor, §. si satisdatum, n. 10. ff. qui satisd. cog.* Gam. *decis. 131. num 3.*

Sequestrum est à jure odiosum, & regulariter est prohibitum, & non datur nisi in casibus à jure expressis, text. ibi & Doct *in l. unic. Cod. de prohibita sequestr. pecunia*, Alex. *cons. 163. n. 12. vol 6.* Bernard. Græv. *ad pract. Cam. Imper. lib. 1. concl. 147. n. 1.* Barbosa *in cap. 2. de sequestrat. possess. num. 2.* ubi alios citat. Cæterùm quando duo petunt rem à possessore, & unus infringit petitionem alterius, debent litiga- & unus infringit petitionem alterius, debent litigare usque ad finem, & nulli res traditur, quamvis præstent fidejussionem: in terminis allegatur decisio, Innocentii *in cap. veniens 2 in gloss.* verbo *sententiam num, 3. de testibus*, quem refert, & sequitur Felin.

in cap. cum super, num. 10. *vers. limita tertiò, de re jud.* & ita practicatur, aliàs unusquisque idem petet, & impedient se per concursum. Facit quod duobus contendentibus super aliqua re immobili, potest colonus neutri solvere pensionem, quousque causa terminetur, gloss. verbo *restituantur, in l. litibus, Cod. de agricol. & censit. lib.* 11. Boër. *decis.* 106. *à principio*, Cald. *de renovat. quæst.* 7. *n.* 11. Flor. ad Gam. *decis.* 16. *num* 1. junctis traditis per Barbosam *in remiss. ad Ordinar. lib.* 4 *tit.* 9. *in principio, n.* 16.

Sequestrum necessarium possessionem non aufert, secus in voluntario, text. *in l. lic. t ff. depositi*, ubi Bart. *cap. examinata* 15. *de judic.* ubi Barbosa *num.* 10. *& in cap.* 1. *de sequestrat possess. num.* 5. Menoch. *cons.* 2. *num.* 163. *cum seq* Burg. de Pace *cons.* 40. *n.* 7. Mendez: *in praxi, lib.* 4. *cap.* 10. *num.* 27. *&* 28. Gam. *decis.* 277. *num.* 3. *& decis.* 333. *num* 3. Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancel.* 6. 7 *proœm. num.* 57. *cum duobus sequentibus*, Cardin. Tusch. *tom.* 7. *lit.* S, *concl.* 206. *num.* 3. *cum sequentibus*, Bernard. Græv. *ad pract. Cam. Imper. lib.* 1. *concl.* 5. *considerat.* 1. Garc. *de benef p.* 5. *cap.* 6. *num.* 18. Stephan. Gratian. *disceptat. forens. cap.* 114 *num.* 12. *&* 13. Reynoso *observ.* 37. *num.* 13.

Sequestri medicina est cautio, Farin. *decis.* 840. *in noviss. num.* 2. Et sufficienti cautione tollitur, *cap.* 1. *de sequestrat. possess.* Gratian. *forens. c.* 531. *n.* 92. Gonzal. *ad reg.* 8 *Cancel.* §. 7. *proœm. num.* 96. cum aliis citatis per Barbosam *in remiss. ad Ordinat. lib.* 3. *tit.* 73. §. 2. *num.* 4. Et sufficiens cautio dicitur, si pignora, vel fidejussores dentur, Menoch. *de arbitr. casu* 142. Surd. *decis.* 320. *num* 7.

Sequester tradens de mandato judicis alii, quàm vero domino, liberatur, Menoch. *de arbitr. casu* 137. *num.* 13. *& cons.* 68. *num.* 13. *cum seq.* Cur. Philip. *tom.* 2. *lib.* 2 *cap.* 7. *num.* 9. Secus est in mandato judicis justo, si non appellat. Gut. *pract. lib.* 1. *quæst.* 81. *num.* 14. *& quæst.* 113. *num.* 9.

Sequester post susceptum officium non potest removeri, vel se abdicare sine jussu judicis, vel justa causa, Stephan. Gratian. *disceptat. forens. cap.* 167. *num.* 28. *&* 29.

Sequestratis bonis semper dominus rerum positarum sub sequestro ali debet de illis bonis, Barbosa *in cap. ex parte* 11. *de accusat. num* 9. Et sunt præstanda alimenta ac sumptus ex istis bonis, Cald. *forens. quæst.* 21. *num.* 38.

Sequestratio distributionum, & adjudicatio ita fieri debet creditori, ne clericus egeat Mornet. *de distribut. quotid. p.* 1. *quæst.* 9. *num.* 62. *cum sequentibus*, & *num.* 63. quod clericus non debet cogi mendicare vel sordidum quæstum exercere cum dedecore status Clericalis, & *num.* 64. quod Clericus conveniri nequit ultra id quod facere potest, hoc est non nisi deducto ne egeat.

Sequestrarius repetit omnem impensam à sequestrante, quam fecit pro conservatione rei sequestratæ, ex Surd. *de alim. tit.* 1. *quæst.* 70 *num.* 6. ubi *num.* 8. quod potest retinere animal donec sibi satisfiat pro alimonia.

Sequester an debeat habere salarium? Vide Perez *l.* 1. *titul.* 10. *lib.* 3. *Ordin. pag.* 662. Azeved. *l.* 13. *num.* 3. *tit* 9. *lib.* 3. *novarecopilat. pag.* 354 Flor. *var. lib.* 1. *quæst.* 7. §. 3. *num.* 2. Cur. Philip. *tom.* 2. *lib.* 2. *cap.* 21 *num.* 48 Cald *forens. quæst.* 21. *n.* 24. Phœb. *arresto* 26. *p.* 1. Alia de sequestratione per Pat Molin. *de justit. disp.* 522. *vers. in sequentibus*, Reynos. *d. observat.* 37. ubi latissimè

Verbo SERVITUS, SERVUS.

SERVITUS alterari non debet, *l. non modus, Cod. de servit.* gloss. *in l. servitutes* 14. *ff. de servit.* recepta communiter ex Cov. *lib.* 1. *var. cap* 19. *n.* 10. *&* 11. Mascard. *de probat. concl.* 1214. *num.* 65. Gabr. Pereira *decis.* 52. *num.* 14 Cald. *forens. quæst.* 9. Steph. Gratian. *disceptat. forens. cap* 681. *à num.* 39.

Servitus non cadit in re propria *l. quiquid, ff. communia prædiorum, l. uti frui, ff. si usus fructus petatur, l.* 1. *ff. quemadmodum servit. amit. l.* 13. *titul.* 31. *part.* 3. Surd. *cons.* 17. *num.* 4. Menoch. *de interdict. remed.* 6. *retin. possess. num.* 152. Cepol. *de servit. urban. prædiorum, cap.* 24. *in princip.* Gom. *tom.* 2. *var. cap.* 10. *num.* 15. *col. pen.* ubi hoc declarat. Et servire non potest mihi res mea, *l. si rem alienam* 2. *ff. de pignorat. act. l. in re communi, ff. de servit. urban. prædior.* Surd. *de alim. titul.* 8. *privil.* 49. *num.* 7. *& decis.* 76. *num.* 2. *& dicto cons.* 17. *num.* 4. Nec potest res mea mihi obligari, Neviz. *ad l. ex sextante* 30. §. *Lucius Largus, ff. de excep rei jud.* Et sicut servitus constitui non potest in re propria, ita nec etiam in re communi, Cepol. *cap.* 16. *num.* 5. *d. loco.*

Servitus discontinua acquiritur, si quis usus est illa per decem annos, & allegat illud tempus pro concessione domini, Cov. *lib.* 1. *cap.* 17. *num.* 10. Mascard. *de probat. conclus.* 1214. *num.* 67. *cum sequentibus, & conclus.* 1371. *num.* 87. Garc. *de nobilit. gloss.* 6. *num.* 63. Et in juribus incorporalibus scientia ac patientia domini habetur loco tituli, Menchac. *illustr. cap.* 78.

Servitus discontinua ducendi aquam non præscribitur minori tempore centum annorum, quod est immemoriale, juxta gloss. communiter receptam *in l. servitutes* 14. *ff. de servit. l.* 2. *Cod. eod. tit. l. hoc jure* §. *ductus aquæ, ff. de aqua quotid. & æstiva*, Bald. *de præscription. 2. p. 3. partis princip. quæst.* 1. Cov. *d. cap.* 17. *num.* 11. *&* 12. Mascard. *d. conclus.* 1214. *num.* 6. Gabr. Pereira *decis.* 52. *num.* 14. Cald. *forens. quæst.* 9. Gratian. *disceptat. forens. cap.* 681. *à num.* 39. Secus si possessio fuerit interrupta, text. *in l. naturaliter* 5. *ff. de usu cap. cap. illud. cap. auditis, in fine, de præscript.* Cardos *in praxi judicum & advocat.* verbo *servitus, n.* 20. *&* 21. Cum titulo tamen præscribitur tempore ordinario, *l. ult. Cod. de præscript. longi temporis* Reynoso *observat.* 65. *num.* 36. ubi *num. sequenti*, ita asserit judicatum anno 1619.

Servitutem habens eundi ad suum agrum, vel ducendi aquam per agrum alienum, si postea emat alium agrum, ad quem velit ire, vel ducere etiam aquam per suum agrum, potest hoc facere, *l.* 1. §. *illud. Labeo, ff. de aqua quotid. & æstiva*, Boër. *decis.* 322. *num.* 11. *in fine*, Cepol. *de servit. rusticor. prædior. cap.* 4. *num.* 51. Menoch. *de interdict. remed.* 6. *retin. possess. num.* 86.

Servitutem si quis impediat, utpotè ne aqua in molendinum derivetur, intercipiendo eam in parte superiori, potest agere ut opus destruatur, & non potest propria authoritate evertere quod factum est, *l. si eo loco* 9. *ff. si servit. vend. l. quemadmodum*, §. *si protectum, ff. ad leg. aquil* Innocent. *in cap.* 1. *ad fin. de immunit. Ecclesiast.* receptus, ut per Alciat. *in l.* 1. §. *nuntiatio, num.* 13. & ibi Ruinus *num.* 18 *ff. de novi operis nuntiat.* Gom. *ad l.* 45. *Tauri, num.* 196. Menoch. *de interdict. remed.* 1. *retin. possess. num.* 139 *& num.* 489. An dominus molendini superiori possit parietem destruere, qui ab inferiori domino in flumine construitur; quando aqua restagnante sui molendini superioris usus impeditur? Vide Gabr. Pereira *decis.* 33. Ubi ait judicatum fuisse, destructionem

operis

operis & demolitionem posse fieri, quia ex contractu inter partes inito licet superiori domino propriis manibus lapides vertere, quousque appositum signum appareret, & secus esset semoto contractu, cum tunc quando aqua testagnat, vel retrocedit,& usus nautarum impeditur,comperat interdictum *uti possideti*.

Servitutem nemo potest concedere in re aliena, *l.in concedendo. ff. de aqua pluvia arcenda, l.Lucio, ff. de aqua quotid. & æstiva, l.ex meo 24.ff de servit.rustic.prædior. l.12.tit.31.part.3.* Paris. *consult.* 116.*in prin.c vol.1.*Et servitutem nemo acquirit ad prædium alienum, Sess, *Aragon dec.*139.*n.*12.

Servitutibus rusticis non competit nuntiatio novi operis, *l.qui viam,*& communis ibi, *ff. de novi operis nuntiat.* Gom. *l.*46 *Tauri, num.* 24 Secus in urbanis, per text. *in l.*1 §. *sive autem,ff.eod.tit. de novi operis nuntiat.* Si autem vicino sciente & patiente opus factum est,non potest agere ut opus destruatur, *l.Labeo,ff.de aqua pluvia arcenda,* Francisc. Marc. *q.*497. *num.*17.*&* *n.*29 Barbos. *in l. quæ dotis,n.*171 *ff.soluto matrim.*

Servitutem qui tenetur dare in uno loco, potest alio concedere, si hoc non nocet servienti,*l.*2 §.*fin. ff. de religios. & sumptibus fun.* Menoch. *consult.* 51. *n.*45. Barbos. *in l.*12.*ff. soluto matrim. in princip.p.*2. *n.*35 *&* 36.

Servitus extinguitur, & liberæ manent ædes à servitute, quando ambæ fuerunt in dominio unius, & postea dividuntur inter duos, *l. si quis ædes* 29. *ff. de servit. urban. prædior.* in tantum quod vendens dominus unam illarum debet nominatim eis imponere servitutem, alias liberè venditæ sunt,ex verbis *dictæ l. si quis ædes,* facit text. *in l. quidquid, ff. communia prædior.l.si h narum,l.binas ædes,ff.de servit.urban. prædior.* & vide circa istam materiam Surd. *cons.*17.

Servus partis interessentis est suspectus, *l.etiam,C. de testib.l.pen.ff.eod.tit.c.ult.*§.*item idonei* 4.*q.*3.

Servus uxoratus cum libera non est legitimus filiorum administrator, quia servus non habet filios in potestate,juxta reg. *l.quod.attinet.ff.de reg. juris,*& tutor datur eis qui non sunt in potestate alterius, *l. fin in princ.C.de curatore furiosi princ.Instit. de tutel.* faciunt text. *in* §. 1. *instit. de patria potest.* & quæ Cabed. *dec.* 150.*p.*1.

Servus qui dicit se liberum, non debet pendente lite reponi in libertate, Azeved. *ad l.*8.*n.* 4. *cum sequentibus, tit.*9.*lib.*3.*nova. recopilat.pag.*346.

Servi dicto standum circa morbum, *l.quæro,* §.*fin.ff. de Ædilit.edicto,* Paul. *in l.quicunque,in fin.C.de servis fugitivis,* Bart Alex.& Jas *in l.*2.§ *ult.ff.si ex noxali causa agatur.*

Servus potest præjudicare domino in acquirendis. Tiraq. *de jure primog. q.*6. *n.*15. Intellige solùm procedere cùm per alium nobis acquiritur, secus ubi à nobismetipsis jus illud acquirendum pendet, Cald. *de resolu.emphyt.c.*12.*n.*4.

Verbo SIMILE.

SIMILIA sunt illa, quorum qualitas est una, Cota *in memorab.* verbo *similia, pag.* 762.vel similia illa dicuntur, quæ regulantur per unius & ejusdem rationis identitatem,vel in quibus est eadem aut major ratio & similitudo, vel paritas rationis, vel similis qualitas, vel in quibus ratio diversitatis reddi non potest, Phœb.*p.*2.*dec.* 126.*n.*34. ubi *n.*36. quod ut casus omissus sit similis expresso, & super eo comprehendatur,debet esse similis quoad tria,scilicet quoad mentem, quoad rationem, quoad effectum,aliàs casus omissus remanet in dispositione juris communis.

Simile non est idem, ex citatis per Barbosam *in libello de principiis, & locis commun. utriusque juris, lit. S, n.* 9. quibus adde Reynoso *observat.* 21. *n.* 11. Ignat. del. Vilar. *in Sylva respons.lib.* 1. *responso* 11. *c.*11.*p.*3. Phœb. *dicta dec.*126 *num.*34. *cum sequentibus,* Auctor. *ad c.* 2.*translat. Episcopi, n,* 10. Et de argumento à simili vide eundem Barbosam *lit. A. n.*221.cui adde Auctor.*ubi proximè, & ad c.inter cæteras,de rescriptis,n.*55.

Verbo SIMONIA, SIMONIACUM.

SIMONIA est peccatum contra Spiritum sanctum, ut probatur quodam miraculo,de quo Illesc. *p.*1.*Chron.Pontific. lib.*5.*cap.*13.*prope finem.* De simoniæ origine & antiquitate vide Fr. Hieron. Roman.*p.*1.*lib.* 3.*de Republica Christiana, cap.* 14.*in fine.*

Simoniæ crimen non committitur, nisi præcedente pactione, Farin. *de delict. p.*4.*cons.*75.*n.*24. *& num.*48. *&* 53. *&* 80. *&* 109. & ad privandum quem beneficio debet probari simonia realis, *ibidem num.*33.

Simonia non inducitur quando fit renuntiatio cum clausula,non aliter, nec alio modo. Farin. *dicto cons* 75.*n.*17. & quando fit in manibus Papæ, *ibidem num.*33.

Simonia realis contrahitur dando pecunias pro adipiscendo beneficio,vel ejus possessione.Limitatur tamen quando provisus habet titulum legitimum & juridicum, taliter quod ab adversario nihil prætendat acquirere,nec respectu tituli,nec respectu possessionis, cùm realiter & verè adversarius non dicatur beneficiatus, sed tantummodò perturbans & inquietans,atque indebitè molestator;nam in hoc casu non est dubium quod talis beneficiatus potest licitè & absque vitio simoniæ dare pecunias suo adversario, ut desistat à tali perturbatione & molestia,ita est doctrina expressa Abb. *in c.dilectus* 1.*n.*4.*ve.s. pro jure autem quæsito,& vers puto tamen quod si potentiam,& in c.Matthæus, n.*4. *& in c.cùm Ecclesia,n.*6. *de simonia,* gloss. *in c. cùm pridem, de pactis,* verbo *illicitè,* ubi Abb.*n* 9.Bald. *in c. ad audientiam* 2.*de rescriptis, c. dilectus* 3. *de simonia,* Navar. *in man. c.*23. *n.*101. Flamin.*de resignat. lib.*14.*q.*3 *n.*6.*&* 7.

Simonia committitur dando aliquid pro redimenda vexatione in spiritualibus, si non habtur certum & plenum jus in re: dicitur certum, quia non sufficit habere jus dubium dicitur etiam plenum, quia non satis esset habere certum, nisi esset plenum jus in re. Exemplũ:Consecutus est quis Bullas à summo Pontifice,sed non potest habere possessionem beneficii,nisi pro illa det aliquid temporale; tunc si daret aliquod temporale committeret simoniam,Galet. *in margarita cas. consc.* verbo *simonia, pag. mihi* 242 ubi citat Nav.*cons.*29.*&* 49.*de simonia* Pro vexatione redimenda licet dare temporale pro spirituali,quando is qui vult redimere vexationem jus bonum in causa obtinet,secus quando non habet,vide Barbos. *ad c.nisi essent* 21.*de præb.n* 7. Menoch.*cons* 67.*n.*17. *cum duobus seq.* ubi *num* 20. quod clausula protestationis, si ita placuerit Summo Pontifici, excusat paciscentes à crimine simoniæ post jus quæsitum in beneficio illicitum est redimere vexationem,vide Barbosam *in collect.ad c. Matthæus* 23.*de simonia,n.*4.& varios casus de redimaeda vexatione,vide per eundem *in ad c.super eo* 4.*de usur.n.*11.*cum sequentibus,&* ad propositum Quarant. *in summa Bullarii,* verbo. *beneficiorum possessio,pag.*69. & Paul. Comitol. *resp. moral.*

moral. lib.1. quæst.80. vers.quæritur igitur. Ubi quod Pro injusta tantùm vexatione, & pro jure suo retinendo licitum est pecuniam dare. Et possessione carenti, seu spoliato non licet redimere vexationem, quantumcunque jus habeat in beneficio, quia possessio beneficii est quid spirituale, seu connexa spirituali propter administrationem Ordinis, vel clavium, quæ inde sequitur. Imol. & alii *in cap. aures, de simonia*, Abb. *in c. dilectus 1. eod. tit.* Navar. *in man. c.23. num.101.* Sot. *de justit. lib.9. q.6. art.10* Sylv. *in sum.* verbo *simonia, n.5.* Ludovic. Lopez. *in instruct. conscient. tom. 2. capit. 302.* Quidquid dicant Aragon. *2.2. q.100. art.2.* Roder. *in sum. tom. 2. c.59. n.5. & c. 62.* Veiga *in sum. p.2 c.101. casu 19. 33. & 44 ad finem, & 67.* Petr. Ledesm. *2. p. sum. tract. 12. concluf.26. & 27.* quos citat Garc. *de benef. p.1 c.2. n.53.* & vide Barbosam *de offic. & potest Episcopi, p. 3. alleg.60. num.54. & in collect. ad c. cum pridem, de pactis, n.6.* Alia de hac materia vide per Soar. *lib. 4. de simonia, c. 19. n.7.* & plures Doctores vide apud Cened. *ad Decretal. collect. 174. n.1.*

Simonia non committitur in datione rei temporalis facta ex intervallo, gloss. *1. in cap. officii 38. de elect.* Mascard. *de probat. concl. 1305 n.6.* Menoch. *de præsumpt. lib.5. præsumpt. 8. n.7.* Ant. Gabr. *lib. 1. de præsumpt. concl. 13. num.6. cum sequentibus*, ubi *n.15.* resolvit quod cessante conventione potest quis postea licitè capere temporale à sponte dante, & vide Farin. *dec.102. n.2. cum sequentibus, & p.3. quæst.111. num.348.*

Simonia contrahitur consentiendo pensioni cum obligatione eam redimendi, Less. *de justit. lib.2. c.35. dub.22. num. 124.* idem etiam asserunt Beja *respons. casuum conscient. p.1. casu 37. fol. 59.* Garc. *de benef. p.11. c. 3. num. 172.* Nam in beneficiis prohibita est omnis pactio, *c. ult. de pactis.* Spin. *in speculo testam. gloss.7. princip. n.33.* Azeved. per text. ibi, *in l. 8. tit.2. lib. 7. novæ recopilat.* Et resignatio quæ fit cum pactione & modo est simoniaca, Flamin. *de resignat. lib 14 q. 3. n. 1. cum sequentibus*, cùm debeat esse libera & pura, idem *lib.1. quæst.2. num.5. & lib.2. q.2. num. 68. & 74.* Guter. *consult. 42. num.7* Barbosa *ad dictum c. cùm pridem, n.5. de pactis.* Quemadmodum beneficium est conferendum purè & sine extrinseca conditione, *c. unic. ut. Ecclesiastica beneficia sine diminutione conferantur*, gloss. verbo *o ninò*, *in cap. 1. part 12. de offic. delegati*, Garc. *de benefic. p.8. cap.ex num. 1. & 2.* Gonzal. *ad reg. 8. gloss. 5. num.15.* Ideo renuntiantes beneficio ea intentione, ut sibi reservetur pensio demùm extinguenda pro certis anticipatis pensionibus, & ita paciscentes procul dubio simoniam committunt, cùm dent temporale pro spirituali, ut *in toto tit. de simonia*, & propterea graviter puniendi sunt, & ab omnibus accusari possunt, *c. si dominus 3. de simonia*, & quicunque ad accusandum admittitur, *c. tanta 7. eod. tit.* simoniaca enim pestis magnitudine sua alios omnes morbos, omniaque crimina vincit, *c. si ut 6. eod. tit.* Probatur etiam, quia quotiescunque collatio beneficii fundatur in aliquo pacto non gratuito, est simoniaca, ut docet D. Thom. *2.2. q 38. art.2.* Et ratio est, quoniam spirituale, cum non sit natura sua vendibile, gratis donari debet, secundum illud Christi Matth. 10. *Gratis accepistis gratis date.* Deinde, quodcunque spirituale est mera Dei gratia, gratia autem nullo modo gratia est si non gratis datur, seu si non gratis recipitur, ut declarat Leo Papa *in cap. gratia 1. quæst. 1.* & Urbanus *cap. Salvator 1 quæst. 3.* Ulteriùs id quod in temporalibus efficit usuram, in spiritualibus causat simoniam, ut est commune Doctorum axioma, sed mutuum dare cum pacto redimendi talem, vel talem tem, esset realis usura, quia aliquid extra sortem exigeretur, contra illud Christi: *Mutuum date nihil inde sperantes*: ergo resignare beneficium cum pacto redimendæ pensionis erit simonia realis, Caët. *in sum.* verbo *simonia*, & *2.2. q.100. art.6.* Sylv. verbo *simonia, q.22.* Sot. *lib.9. de just. & jure, q.6.* probata igitur simonia reali, aut conventionali, non solùm provisio beneficii erit nulla, sed etiam provisus inhabilis ad illud obtinendum, ut patet ex text. *in cap. nobis 27. de simonia, c. pen. de elect.* ubi Doct. Ugolin. *de simonia, tab.4. c.6. n.2.* Less. *de justit. lib. 2. cap.35 n.139.* Suar. *de relig. tom. 1 tract. 3. lib. 4. de simonia cap.58. n.9.*

Simoniaca sunt pacta adjecta in contractibus beneficialibus, nisi confirmentur per Papam, *cap. quàm pio 1 quæst. 2. cap. pactiones, ult de pactis*, gloss. *in cap unico, vers. sub modo, ut Ecclesiastica beneficia sine diminutione conferantur*, gloss. per text. ibi, *in cap. significasti*, verbo *itaque, de præbend.* gloss. *in c. ex parte 1. de offic. delegati, Concil. Trident. sess. 25. de reformat. c.9.* Gig. *de pension. quæst.5. num.3.* Crescent. *dec.5. de simonia*, Emman. Roderic. *in sum. tom. 2. c.56. per totum, & c.60. n.2.* Barbosa *ad c. cum pridem 4. de pactis num.7.*

Simoniæ crimen quando est notorium reddit simoniacum irregularem, si verò sit occultum, non est irregularis post pœnitentiam, & absolutionem ab excommunicatione, & celebrans ante dictam absolutionem erit irregularis, quia celebrat in excommunicatione; & ideo irregularis violando censuram Ecclesiasticam, à solo Papa dispensatur; Sayr. *de censur. lib.7. c.12. n.10.*

Verbo SOCIETAS, SOCIUS.

SOCIETAS prava paulatim depravat, & corrumpit innocentem, Barbosa *ad c. postquam 3. de elect. n.2.*

Socii non obligantur ad ea quæ sunt diversa, nec comprehensa in societate, sed separata, *l. nemo ex sociis, ff. pro socio, l. si socius, ff. si certum petatur*, Genuens. *dec.14. n.11.*

Socio administranti an sit danda major pars lucri, attenta qualitate & industria personæ? Vide Mex. *in tract. taxæ panis, conclus. 2. num. 85.* Et quid si plus laboravit cum filiis: Vide Ranchin. *p. 4. concl. 469.* Et non tenetur sumptus ex suo facere, Barbosa *in l. fructus, num. 17. ff. soluto matrim.* Mendez *in praxi, lib.4. c. 3 n.11.*

Socius propter debitum societatis, quod debet alii consocio potest carcerari, ex Bald. *in l. liber. captus, ad finem, C. de cap. & postlim. revers.* sequuntur Avend. *respons. 8. num. 7.* Barbosa *in l. maritum 2. ad medium, ff. soluto matrim.* Et habet privilegium ne conveniatur ultra quam facere possit, *l. verum, ff. pro socio*, Surd. *de alim. tit. 1. q.78. n.9.* Cur. Philip. *tom.2. lib.1. c 3. n.50.*

Socius in materia individua gaudet privilegio socii, Surd. *dec.301. n.1.*

Societas non præsumitur, sed debet probari, Surd. *cons.441. n.9.*

Socii quando contrahunt societatem, licèt tempus non sit limitatum, possunt de anno in annum revidere rationes suas, Bart. *in l.4. C. de suscептor. & arcar. lib.10.* Cur. Philip. *tom.2. lib.1 c. 3. num. 45.* Et præsumitur si sit mercator, quod lucratus est, *l. comperimus, Cod. de navicular. lib.11.* Cur. Philip. *dicto cap.3. num.16.* Gregor. *l.13. tit.10. part.5.* verbo *ganancias*, Thom. Valasc. *tom 1. allegat. 76. num.32.* quod procedit, si alii ejusdem artis lucrati sunt, Alexand. *cons.47. vol.1.* Rota Genuæ *decis. 139. & decis.206.* Et potest fieri executio in capitali, non liquidato

liquidato priùs debito, aliàs lucro, Gregor. *l.* 10. *tit.*10. *part.*5. *glos. fin. ad finem*, qui refert Bald. *consil.*493. *num.*3. *vol.*4. ubi alia de materia, Thom. Valasc. *d. alleg.*76. *n.*30. *cum seqq.* Cur. Philippic. *ubi proximè, n.*17. Valasc. *consult.*164. *num.*9. *p.*2. Et de lucro vel damno constare non potest, nisi deducta sorte principali, Menoch. *consult.*121. *n.*41.

Socius mercator tenetur ostendere libros accepti & soluti, ut sic possit constare quid fuerit lucratus, Bart. *in l.*1. §. *officio*, *ff. de tutel. & ration. distrahend. & in l.*1. §. *quod de frumentaria*, *ff. de administrat. rer. ad civitatem pertinent.* resolvunt Alex. *cons.* 47. *vol.* 1. Rota Genuæ *decis.*187. Soar. *receptar. sentent. thesauro*, verbo *rationes*, *pag.*550, Menoch. *de arbitr. lib.*2. *casu* 209. Rebuff. *in l. boves inter edere*, *ff. de verbor. signific. pag.* 393. Aloys. Ricc. qui plures citat *decis. Cur. Archiepisc. Neapol. p.*2. *decis.*36. *num.*4. Paris. *cons.*84. *num.*18. *vol.*1. ubi quod tenetur reddere rationem societatis administratæ, *& cons.*83. *num.*6. *vol.*2. *& cons.*87. *num.*15. *vol.*1. Et quid si dicat *que sera credo por sua verdade sobre o ganho è perda*? Vide eundem *consil.*84. *num.*24. *& num.*35. *d. Gio. vol.*1. & Flor. *in addit. ad Gam. decis.*110. *num.*17. Camil. Borrel. *in sum. decis. tit.*60. *num.*395. *cum sequentibus*, Farin. *de delict. p.*4. *decis.*91. *num.*3. & ibi additto, & de libro vide aliqua per eundem *p.*7. *in fragm. lit. A*, *num.* 47. *cum seqq.* facit text & ibi Bart *in l. cum servus*, *ff. de condit. & demonstrat.* Aliàs contra subducentem librum juratur in litem, *dicta l.*1. §. *officio*, *ff. de tutel. & ration. distrahend.* Cald. *in l. si curatorem.* verbo *læsis*, *n.* 134. *Cod. de in integrum restit. minorum.* Et socio dicenti non habere librum non est credendum, Ricc. *dicta decis.*36. *n.*5. Et præsumptio est contra illum qui non conficit librum, Paris. *dicto cons.* 87. *n.*18. Et tenetur de culpa & negligentia, Menoch. *cons.* 122. *num.* 46. Et præsumptio est contra illum, qui non vult reddere rationes, idem Menoch. *de præsumpt. lib.* 3. *præsumpt.* 55. *num.* 9. Et dolus præsumitur contra eum, qui non facit quod facere tenetur, *l. si procuratorem*, §. *dolo*, *ff. mandat.*, Menoch. *d. præsumpt.*55. *num.*10. *& lib.*5. *præsumpt.*3 *num* 66. Et interim quod non reddit rationes, censetur societas continuata. Flor. *ad Gam. decis.*254. Et non potest reddere rationem per aliam personam, quia est electa industria sui ipsius, *l. inter artifices*, *ff. de solut.* Rota Genuæ *decis.*209. Et debet sigillatim, & non generaliter reddere rationem, Rebuff. *ubi supra*, *pag.* 392. Et hæres tenetur exhibere librum rationum defuncti in eo casu, in quo defunctus teneretur, cujus juramento non statur, quod liber ille ad se non pervenerit, Menoch. *lib.* 6. *præsumpt.*61. *num.*10. ubi *num.* 11. quod juris præsumptione censentur omnia perveniſſe ad hæredem, quæ fuerunt apud defunctum.

Societatis contractu proceditur summariè, ut servari in Senatu docet Thom. Valasc. *alleg.*76. *num.*32. alter Valasc. *p.*2. *consult.*164 *n.*9.

Societas ad tempus contrahi potest, *l.* 1. *pro socio*, & eo finito finitur societas, *l. actione*, §. *item qui societatem*, *ff. illo tit.* Si tamen in societate permanserint socii, tacitè videbitur renovata, ut tradit Bart. per text ibi, *in l. si id quod*, §. *si servus*, *ff. pro socio* facit in argumentum *l. item quæritur*, §. *qui impleto*, *ff. locati*, & resolvunt Valasc. *in consult.* Cur. Philip. *tom.*2. *lib.*1 *cap.*3. *num.*43 *cum seq.* addit. ad Gam. *decis.*254. & in terminis ita consulere Socin senior *cons.* 82. *num.*13. *lib.*1. Dec. *cons.*548. *num.*4. Paris. *cons.*82. *n.*35. *& 37. & cons.*84. *n.*51. *vol.*1. quos refert & sequitur Menoch. *cons.* 122. *num.* 50. *&* 51. Et ista prorogatio in nihilo nocebit fidejussori, *l. si cum Hermes*, ibi Bald. adnotavit, *Cod. locati*, latè Tiraq. *de retract. tit.* 2. §. 1. *gloss.*7. *n.*32. Menoch. *cons.* 1. *o. c.* 29. *& de præsumpt. lib.*3. *præsumpt.* 85 *n.*50. Et sit expectandus anni cur. sus, quando sine tempore fuit contracta societas, Cur. Philip. *d. cap.*3. *num.* 37. Et quando videatur societas prorogata, etiamsi unus ex sociis intereat, Vide Palat. *in repetit. rub.* §. 62. *n.*28.

Societas omnium bonorum eam habet conditionem, ut omnia æqualiter inter socios dividantur, Surd. *de alim. tit* 6. *& quæst* 11. *num.*6. *& quæst.*13. *n.*5. *cum sequentibus*, & potest. obligare consocium, quamvis non fuerit contractum nomine societatis Stephan. Gratian. *disceptat. forens. cap.*725. *num.* 4. *cum seqq.*

Socius tenetur de levi, *l. socius socio* 73. *ff. pro socio*, § *ult. Inst. de societ.* Menoch. *cons.* 122. *n.*46. Barbosa *in prælud. ad l. si mora*, *n.*38. *ff. soluto matrim.*

Societas potest contrahi cum pupillo, Paris. *consil.*84 *num.*4. *cum sequentibus*, *vol.*1. Surd. *consul.*9. *& de alim. tit.*6. *quæst.*13. *num.*24.

Socius potest prosequi causam cœptam, licèt alius socius sit vita functus, argument. text. *in l. actione*, §. *mortuo*, *ff. pro socio*, junctis traditis per Stephan. Gratian. *disceptat forens. cap.*71. *num. ult.*

Socius utrum adversus socium possit agere remediis testitutoriis ad rem quam pro indiviso possident Vide Reynoso *observa.* 29 De contractu societatis vide Bonacin. *tom.*2. *disp.* 3. *quæst.*6. de contractu societatis, & quando calculatio possit reiterari? Vide Sesse *Aragon. decis.*38.

Verbo SODOMIA, SODOMITA.

SODOMIÆ crimen est casus reservatus, Bonacin. *de iis quæ pertinent ad usum matrimonii*, *quæst.* 4. *puncto* 11. *proposit.* 2. *num.* 5. Et divortium potest fieri inter maritum & uxorem propter crimen sodomiæ, Clar. *pract. lib.*5. §. *sodomia*, *num.*7. Bonacos. *p.*2. *fol.*71. verbo *sodomia*, Barbosa *p.*2. *rub. n.*30. *ff. soluto matrim* Sanch. *de matrim. lib.*10. *disp.* 4. *n* 2. *cum sequentibus*, Farin. *de delict. p.*5. *quæst.* 143. *n.*85. Cened. *ad Decretal. collect.*130. *n.*2.

Sodomitæ omnes interierunt subitò in initio Nativitatis Domini nostri Jesu Christi, Marta *de jurisd. p.* 2. *cap.* 15. *num.* 11. Azeved. *ad l.*1. *num.* 12. *&* 13. *tit.*21 *lib.*8. *novæ recopilat. tom.*5. ubi etiam ait quod est majus crimen, quàm agnoscere matrem De hoc crimine vide glossam poëtæ Joannis de Mena *in tertio ordine veneris*, *copula* 101 *p.*83. *juncta. p.*82:

Sodomita non potest facere testamentum, Guter. *pract lib.*2. *quæst.* 39. Cened. *ad Decretal collect.*130. *num.* 11.

Sodomitæ an sint privati beneficiis ipso jure, vel sint privandi? Vide Garc. *de benefic. part.*11. *cap.*10. *num* 191. *cum sequentibus*, ubi *num.*196. quod hodie ex constitut. 70. Pii V. Clerici tam dirum nefas exercentes omni privilegio clericali, omnique officio, dignitate & beneficio Ecclesiastico præsentis canonis authoritate privantur, ita quod per judicem Ecclesiasticum degradati potestati statim sæculari tradantur, &c. sic ipso jure privantur beneficiis, efficiique executione, & sunt ipso jure depositi & in effectu irregulares, & plura de hoc crimine vide per Salzed. *in pract. crimin. Canon. cap.* 86. Et pœnæ contra Clericos sodomiticos intelliguntur solum de exercentibus crimen illud, hoc est, qui quasi ex usu continuato id exercent, Sayr. *de censur. lib.*7. *cap.*12 *num.*23. quæ limitantur in occultis, Quarant *in sum. Bullar.* verbo *Sodomia.*

Verbo SOLEMNIA, SOLEMNITAS, SOLEMNITER.

SOLEMNITAS à jure requisita, si non observetur, corruit actus, Cald. *de potest. elig. ca. 7. num.* 13. Quid in levi solemnitate? Vide eundem *de empt. cap.* 34. *num.* 20. quod solemnitas levis omissa non vitiat, *num.* 21. quod solemnitas levis omissa per contemptum legis vitiat, per errorem non vitiat: & *num.* 22. quod omissio levis solemnitatis regulariter non vitiat, & in testamentis suppletur per Notarii declarationem.

Solemniter omnia interveniſſe præsumuntur ex longissimo temporis cursu, Mich. Graſſ. *tom.* 1 *comm. opin. lib.* 4. *tit.* 9 *n.* 348. *pag.* 511. Surd. *decis.* 231. *num.* 19. Flor. *var. lib.* 3. *quæst.* 23. *n.* 40. & 89. Avend. *ad l.* 42. *Tauri, gloss.* 1. *num.* 7. etiamsi expressus requiratur consensus de solemnitate, ut per Mascard. *de probat. concl.* 2. *num.* 9. & *concl.* 154. Valdes. ad Xuar. *part.* 2. *pag.* 43. Barbosa *in l.* 2. *ff. soluto matrim.* §. *fin. num.* 30. & 31. Tamen ubi consensus requiritur in scriptis, vel ubi actus pro sui solemnitate scripturam requirit, cursu temporis consensus, vel solemnitas non præsumitur, Menoch. *de præsumpt. lib.* 3. *quæst.* 108. *num.* 1. & *quæst.* 232. *num.* 87. Næv: *cons.* 3. *de censibus, num.* 7. Burg. *cons.* 44. *num.* 2. Menchac. *illustr. cap.* 61. *num.* 14.

Solemnia requisita non præsumuntur interveniſſe ex temporis diuturnitate, quando ex inspectione instrumentorum apparet ea non interveniſſe, aliàs secus, ut per Bellacomb. *tom.* 2. *com. opin. lib.* 7. *tit.* 14. *num.* 229. *p.* 274. Quarant. verbo *alienatio rerum Ecclesiæ, p.* 34. Garc. *de benefic. p.* 12. *cap.* 21. *num.* 188. Phæb. *decis.* 82. *num.* 22. & 36. Flamin. *de resignat. lib.* 10 *quæst.* 4. *num.* 27. & 28. Barbosa *de offic. & potest. Episcopi, p.* 3 *allegat.* 95. *num.* 73. Menoch. *dict. q.* 132. *num.* 79. Ant. Gabr. *lib.* 1. *de præsumpt. concl.* 1. *num* 57. Mascard. *concluſ.* 1140. *à num.* 25. & *concluſ.* 1316. *à num.* 33. Avend. *ad l.* 41. *Tauri, gloss.* 5. *n.* 5. Peregrin. *de jure fisci, lib.* 6. *tit* 8. *num.* 25. Valasc. *consult.* 162. *num.* 20. Stephan. Gratian. *disceptat. forens. cap.* 268. *num.* 4. & *cap.* 415. *n.* 21. & *cap.* 474. *n.* 14. Cald. Pereira *de empt. cap.* 34. *num.* 41.

Solemnitas extrinseca præsumitur in actu interveniſſe ex diuturnitate temporis, Mascard. *de probat. concl.* 2. *num.* 5. Surd. *decis.* 231. *num.* 7. 19. & 26. Gam. *decis.* 49. *n.* 3. & *decis.* 83. *n.* 20. & *decis.* 323. *aliàs* 325. *num.* 3. Tiraq. *de jure mariti, gloss.* 7. *n.* 39. & 42. *cum sequentibus*, Marta *de jurisd. p.* 4. *cent.* 1. *casu* 94. *n.* 2. *cum sequentibus*, vide etiam Avend. *ad l.* 42. *Tauri, gloss.* 2. *n.* 7. & de tempore immemoriali, vide Aym. *cons.* 204. *num.* 10. Barbos. *in l.* 2 §. *fin. num.* 30. & 31. *ff. soluto matrim.* Et solemnitas extrinseca non præsumitur quando est talis, cui partes renuntiare non possunt, Surd. *de alim. tit.* 8. *privil.* 56. *num.* 112. Et non præsumitur minori spatio 30. annorum in præjudicialibus, Gratian. *forens. cap.* 268. *à n.* 9.

Solemnitas intrinseca & extrinseca, quando, & quomodo, vel quo temporis cursu, vel alia ex causa præsumatur in contractibus, aliisque actibus inter vivos? Vide Menoch. *de præsumpt. lib.* 3. *præs.* 132. Gabr. Pereira *de manu Regia, cap.* 7. *num.* 28. Cald. *de empt. cap.* 34. *num.* 26. & 27. ubi quod solemnitas intrinseca semper præsumitur, licèt non allegetur, nec sit necessaria ad validitatem actus: & *num.* 28. quod solemnitas intrinseca materialis non præsumitur. Alia de solemnitate extrinseca, quando præsumatur, vide Reynoso *observat.* 71.

Solemnitas & titulus non præsumitur in alienatione rerum minoris, Ecclesiæ, & similium, ex cursu decennali, vel nisi possessio triennalis, & quadragenalis sit, nisi possessio sit admodum antiqua, vel immemorialis, vel centenaria, Flor. *var. lib.* 3. *q.* 23. *n.* 94. *cum seq.* & vide Molin. *de primogen. lib.* 2. *cap.* 6. *num.* 74. Assensus Apostolicus ex cursu 30. vel 40. annorum cum possessione præsumitur, Barbosa *de offic. & potest Episcopi, p.* 3. *alleg.* 95. *n.* 72. Aloys. Ricc. *decis. Cur. Archiepisc. Neapol. p.* 2. *decis.* 116. utrum ex cursu longi temporis præsumatur titulus aut solemnitas in titulo, vel in actu requisito? Vide Flor. *dicta q.* 23. Confirmatio Apostolica præsumitur, quatenus sit necessaria ex observantia 30. annorum. Gonzal. *ad reg.* 8 *Cancel. gloss.* 12. *num.* 78 Item ex diuturnitate temporis præsumitur consensus Capituli in unione non enuntiatus, seu solemnitas aliàs in actu requisita, si lapsum sit tempus 30. annorum, cum possessione & observantia unionis, seu actus per illud tempus aliàs non Garc. *de benefic. p.* 12. *cap.* 2. *num.* 178. *cum seq.* deinde autoritas superioris requisita præsumitur interveniſſe ex temporis diuturnitate, Mascard. *de probat. concl.* 154. Et consensus requisitus ad validitatem actus, ex spatio longi temporis præsumitur interveniſſe, Flamin. *de resignat. lib.* 8. *quæst.* 8. *num.* 69. ubi *num.* 62. quod tempus decem annorum dicitur longum, præsumatur consensus, & *dicto num.* 62. *cum seqq.* refert plures casus de consensu in supplicatione beneficii præstito.

Verbo SOLVERE, SOLUTIO.

SOLVTIO tributorum non potest probari, nisi per Scripturam publicam, Mascard. *de probat. concluſ.* 802. *numero* 5. Cald. *de potest. elig. cap.* 7. *num.* 16.

Solviſſe se asserenti incumbit probatio, *l. quingenta, ff. de solut.* Menoch. *de præsumpt. lib.* 3. *præsumpt.* 135. *num.* 2. Mascard. *de probat. concl.* 1318. Barbosa *in cap. potuit, de locato. num.* 130.

Solvere qui tenetur Romæ non satisfacit solvendo in hoc Regno. juxta text. *in l. is qui certo loco* 10. *ff. de eo quod certo loco*, & solutio debet fieri in Curia Rom. in moneta currente tempore solutionis, *l. sen. per in stipulationibus* 34. *ff. de reg. juris*, cum traditis per Tiraq. *de retract. lig.* §. 1. *gloss.* 18. *num.* 731. & vide Gam. *decis.* 174. *num.* 13. Stephan. Gratian. *disceptat. forens. cap.* 549. *num.* 24. *cum sequentibus*, Garc. *de benefic. p.* 5. *cap.* 3 *à num.* 147. Et pecunia affectionem recipit ratione loci, in quo solutio facienda est, ex eodem Grat. *cap.* 70. *num.* 13.

Solvere qui tenetur, non satisfacit consignando vel deponendo, Barb. *in remiss. ad Ordinat. lib.* 3. *tit.* 36. §. 4. *num.* 10. Nec satis est pignorum, vel fidejussorum præstatio, Cald. *de empt. cap.* 23 *num.* 4. & 5. & vide Barbos. *in l. si cùm dotem*, §. *fin. num.* 37. *cum seq. ff. soluto matrim.* Bern. Græv. *ad pract. Cam. Imper. lib.* 2. *conclus.* 15. *considerat.* 1. *num.* 2. Et non solvit qui deponit, Aloys. Ricc. *in collect. decis. part.* 5. *collect.* 1615. Ubi quod depositum judiciale obtinet vicem veræ solutionis. Et solvere qui tenetur per sententiam, non satisfacit dans pignora, vel fidejussores, ex Barbosa *in addit. ad cap. cum aliquibus* 4. *de re judic. pag.* 81. Ubi intelligit quando quis condemnatus est, vel tenetur solvere quantitatem liquidam.

Solvens in dubio videtur solvere de pecunia propria: & non de pecunia illius, cujus nomine solvit, *l. si defunctus, Cod. arbitrium tutelæ*, tradit Bart. *in l. si patruus, num.* 4 *Cod. communia utriusque judicii, & in l.* 2. *num.* 2. *Cod. pro socio*, resolvunt Chassan. *in consuetud. Burgund. rub.* 4. §. 14. verbo *meubles, numero* 5. Menoch. *cons.* 12. *num.* 20. & 22. & *de præsumpt.*

præsumpt.lib.3.præsumpt.146. Valdes. *ad Soar. part 2. pag.113.* Burg. *consil. 3. n.73.* Rot. Genuæ *decis. 127. num.7.* Aym *cons.129.n.2.* ubi limitat. Gam. *decis.247. num.2.* Mascard. *de probat.concl.611.& conclus.1159. & concl.1319.num.12.* Surd. *de alim.tit 6. qu. 8. n.51.* Cald. *de empt.cap.20.n.13.* Farin. *decis. 339. ad finem, in noviss.* Et in dubio præsumitur res empta ex pecunia propria, Tiraquel. *de retr.lign.§.1. gl.9. num.63. & §.10.gl.1.num.3.* Menoch. *cons.115. num.60.* Cald. *d.tract.de empt cap.7.num.4.cum seqq.*

Solutio videtur facta de reliqua summa, quando aliquid petitur de resto, secundùm Paulum *in l.pater tuus,n.3.C.de testam.* Bart. *in l.si cùm dos,n.2. ff. rerum amot.* & alios quos refert Parlador. *lib.2. rerum quotid.cap.fin.p.5.§.1.n.20.* Mascard. *de probat.concl.980 num.20. & concl.1111.n.20.* Thom. Valasc. *allegat. juris tom.1.allegat.76.num.19* Cur Philip. *tom.2. lib.2. cap 7.n.33.* Stephan. Grat *discept.forens.cap.486.n.34. & 35.& cap.570. num.33. cum seqq*

Solutio facta judici aut apparitori exequenti liberat debitorem, *l. quæsitum ff.de distract.pign.* Parlador. *lib.2 rerum quotid. cap.fin.p 5.§ 17. num.10.*

Solutio debiti facta à tutore nomine pupilli sine judicis mandato, vel juxta text. *in l. Lucius, § tutela, & § fin.ff. de administr. tutor.* resolvit Tiraq *de retr. lign.§.1.glo.18 num.93.* Cald. *in l.si curatorem*, verbo *læsis, num.58. cum seqq. Cod. de in integrum restitut. minorum.*

Solvens thesaurario Regis an deobligetur, si non est solvendo? Vide Chassan *in catal.glor.mundi, p 5. considerat.24.fol.118. vers 200.& p.6. considerat.12.* Rebuff. *de privileg.scholar. privil.114.*

Solutio debiti quocunque tempore potest allegari, etiam in executione sententiæ, Dec. *in l. bona fides, num.3.ff.de regul.juris*, ex eo quia bona fides non patitur ut bis idem exigatur, in tantum quod etiamsi statutum dicat, quod nulla exceptio admittatur, exceptio aut impedimenta solutionis nunquam videntur excluſa, ut per Angel. *in l.non tantùm,§.pro emptore, ff.de petit. hæredit.* Alex. *cons.* 103. *num.8. lib.5.* Decis. Genuens. 104. *num.1.*

Solutio debet fieri congruo loco & tempore, *l. si soluturus*, & ibi Bart. ac omnes, *ff. de solut.* Bald. *in l.acceptam,q.2* & ibi Salicet. *oppositi 3. Cod. de usur.* habetur *in l. qui Romæ*, ubi bona glossa, ibi verbo *obtulerit, ff.de verbor. obligat.* Tiraq. *de retr. lign. ad finem tit.num.84* Negusant. *de pignor.p.5.membr.3.q.2. num.9.* Næv. *in l.creditor obligatam 102.ff. de solut. n.2.* Et an alio loco? Vide eundem *in l. uuras,q.8. Cod. de solut.* & debet fieri in loco ubi fuit contractum, Stephan Gratian. *discept forens.cap.11. num.19. cum seq.* ubi *num.22.* quod in mensura attenditur locus contractus. Et potest fieri creditore invito ante tempus, Valasc. *de partit.cap.21.n.7.* Gratian. *d. tract.8. num.3. cum seqq.*

Solutionem si quis tenetur facere certa die & certo loco destinato, putà in civitate Florentiæ die Paschatis, ille cui debet fieri solutio probare debet, quod fuit in illo loco paratus ad recipiendum, & si hoc non probaverit, non est probata mora per lapsum diei, Bart. *in l.item illa, col.3.num.11. vers. quæro pone ff. de constit. pecunia*, & hanc doctrinam Bart. meritò multi Doctores sequuntur, ut Guillelm. Alberic. & Paul. *in d. l. item illa*, Alex. *cons.* 41. *lib.* 4. *& cons.177.col.2.lib.2.& cons 92.col.5.lib.1. & cons. 33.col.2.vers.quia respondeo, lib.6.* Dec. *consil.556. col. fin.* Gozad. *cons.57 n.13.& cons.31.col.fin. in princ. & cens.66.col.1.* Afflict. *decis. 306. col.1.* Soc. *cons.180. col. pen.* Paris. *cons.5.num.47. lib.4.* Roland. *cons.57. num.38.lib.1.* Mascard. *de probat.concl. 1066. num.23.* Surd *de alim.tit.1.quæst.41.num.128.cum sequentibus*, & cùm non fuerit præsens, requiritur ut per novam interpellationem constituatur in mora, juxta reg. *l.si ex legati causa, ff.de verbor. obligat.* Et loci adjectione, ac temporis certi constitutione solvere promittens, illius lapsu in mora est, *l.magnam, Cod.de contrah.& commit. stipulat.* Rot. Genuæ *decis.* 150 *n.1.* Dies enim interpellat pro homine, & constituit debitorem in mora, *d.l.magnam, cap.potuit, in fine, de locato*, Surd. *d.quæst.421 à num.* 125. *& decis.* 57. *num.7.* Mascard. *d.conclus.1066. num.19.* Grat. *forens. cap.579. num.12.*

Solutionem diminutam creditor non tenetur recipere, *l.tutor,§. Lucius, ff.de usuris*, Cov. *var. lib.1. cap.2.n.5.vers, ad textum*, Stephan. Gratian. *discept. forens.cap.637.num.11.* Cur. Philip. *tom.2.lib.2. cap.7. num.22.* Gabr. Pereira *deci .42. n.4.* Particularis enim solutio multa affert incommoda, *l.planè, ff.famil. herciscund.* gloss. Bart. Alex. & Jas *in l.quidam æstimaverint, ff.si cert.pet.* Surd cum aliis *decis* 186. *num.2.* Idem in compensatione, Grat. *forens.cap.515. num.46. & 47.* Et tenetur solutionem ante tempus acceptare, si tempus est petitum in favorem debitoris, Valasc. *de partit.cap.21.num.7.& 8.* Næv. *in l.quod in diem 70. ff. de solut.* Et si in favorem creditoris fuerit positum tempus, non tenetur acceptare. Cur. Philip. *d. cap.7. num.11.* Et si pars liquida sit, & pars liquidanda, tenetur liquidam recipere, Aloys. Ricc. *decis. Cur. Archiepiscop. Neapolit.p 2.decis.130. num.12.*

Solvens in publica subhastatione de mandato judicis, non debet decipi, nec aliquod damnum sentire, & liberatur, Stephan. Gratian. *discept. forens. cap.36.num.37.*

Solutionem qui tenetur facere alicujus pecuniæ cum interesse, tenebitur solvere usque ad executionem completam, ut probant text. *in l.in fideicommissi, in princip ff. de usur.* Roderic. Xuar. *in l.post rem judicatam, super declarat leg. regni, quæst. 8. pag:362.* Cald *de empt. cap. 29. num 50.* & de mora circa solutionem, vide Barbosam *in l.ex divisione, num.28. cum seqq ff soluto matrim* Quid si supposuit bona sua subhastationi? Vide Surd. *decis.262.num.6.* ubi quod interesse currit, quatenus durat mora: qui *de alim. tit.1.quæst 48. num 28.* agit de illo qui consuevit dare pecuniam ad honestum lucrum, qui petere potest interesse, sive sit ratione damni emergentis, seu lucri cessantis, & *num.44.* quod peti etiam potest quando probatur quod mercatores talis artis solent communiter lucrari. Et de interesse damni ob retardatam solutionem, vide Cald. *de empt.cap.28. n.45. cum seq.*

Solutio quo pacto probetur, quando possunt intervenire conjecturæ? Vide Surd. *decisione 105.* Mascard. *de probationib. conclusione. 1318. num. 26. cum multis seqq*

Solvens præsumitur debitor, Cald. *de empt. cap.7. num.13.*

Solvere recusans, vel debitum negans, vim infert turbativam, Esse *de inhibit. cap.9.§.3.num.31.*

Solvere promittens cùm tenetur ex aliquo contractu invalido. ex promissione potest obligari, quia dicitur novus contractus, *l.adoptio, ff. de adopt.* Surd. *de alim.tit.8.privil.22. num 24*

Solvens alicui qui fuit præpositus ad contrahendum liberatur, Bart. *in l.quod Servius, ff.de solut.* vel solvens filiofamilias qui patris pecunias mutuò dedit, vel monacho mutuanti, vel prælato putativo, qui contraxerat, liberatur, ex Surd. *decis.229. n. 8. cum seqq.* & faciunt quæ Grat. *forens cap. 360. n.36.* ubi quod valent gesta cum tutore, ne contrahentes decipiantur.

Solutio fieri potest socio, Stephan. Gratian. *discept. forens.cap.401.num.45.* Cur Philip. *tom.2. lib.2. cap.7.n.9.* De depositario qui solvit, vide Gratian. *d.*

tract. cap. 704. *num.* 36. & 37. Et rei quando sunt duo ad solvendum, & unus solidum solvit, nihil potest repetere a correo, Bart. *in l. reos, num.* 9. *Cod. de duobus reis*, Surd. *decis.* 308. *num.* 20 Valasc. *consult.* 127. *num.* 7

Solvens alii quàm vero domino, quando liberetur? Vide Rot. Rom. per Farin. *decis.* 151. & *decis.* 849. *num.* 2.

Solvens alii quàm vero creditori, non liberatur, *l.* 1. § *ante omnia, ff. de pactis*, cum aliis relatis per Surd. *decis.* 60. *num.* 1. & *decis.* 229. *n.* 1. Steph Grat. *disceptat. forens. cap.* 20. *num.* 30. *cum seqq.* ubi etiam quod si contraxit, potest recipere solutionem, Barbos. *ad cap. ea* 22. *num.* 3. *de jurej.* qui ibidem addit, nisi solutio fiat prælato putativo, non verò intruso? & secus esse si solvat de mandato judicis, quia tunc liberatur. Quid in foro conscientiæ? Vide Sayr. *in Clavi Regia lib.* 10. *tract* 5. *cap.* 7. *num.* 6. 7. & 8. ubi quod remota fraude & præjudicio primi creditoris, non peccat, nec tenetur de damno. Potest tamen creditor inhibere debitori suo, ne solvat, Cabed. *parte* 1 *decis.* 86. ubi etiam quod hæc inhibitio non possit fieri laico de mandato judicis Ecclesiastici. Et debitores hæreditarii solventes falso hæredi, non liberantur, Gratian. *cap.* 194. *num* 17. Et solutio facta patri tanquam legitimo administratori de eo quod debebatur filio, liberat debitorem, idem *cap.* 40. *num.* 3. *cum seqq.* Et si solutio fiat Prælato putativo possessori intruso, liberat solventem, Mascard. *de probationib. concl.* 1323. *num.* 1. Surd. *d. decis* 219. *num* 10. Cald. *de empt. cap.* 15. *num.* 34. *in fine*, Gam. *decis.* 1. *num.* 1. & ibi Flor. Gonzal. *ad regul.* 8 *Cancel. gl.* 45 §. 2. *num.* 16. 17. & 18. ubi *num.* 23. quod quasi possessor arrendare potest, & non qui caret possessione, & *num.* 44. quod intrusus in beneficio reservato non potest conferre, nec præsentare, & *num.* 45. *cum duobus seqq.* quod non tenent contractus gesti cum illo, & vide Garc. *de benefic p.* 5. *cap.* 5. *num.* 4. ubi ait quod in collationibus, & præsentationibus provisus à possessore præfertur provisо à proprietario Et solutio facta per metum judicis alii, quàm creditori excusat debitorem, Bart. *l. creditor. ff. de solutionib.* Menoch. *de arbitr. casu* 137. & *cons.* 68. Guter. *lib.* 1. *pract q.* 113. Grat. *d. tract. cap.* 636. *num.* 1. *cum seqq.* & dicitur facta coactio, quando fit de mandato superioris, Bonacos. *parte* 2. *fol.* 7. verbo *solvere*, & si fiat de mandato judicis injusto, non liberatur, Guter. *d. lib.* 1. *quæst.* 81. *num.* 10. *cum seqq.* Farin. *de delict. parte* 3. *quæst.* 97. *num.* 117.

Solvere an quis compelli possit oblationes? Vide text. *in cap. ad Apostolicam, de simonia*, ubi Barbosa Gabr. Pereira *de manu regia, parte* 1. *cap.* 8. *num.* 8. & *cap* 15 *fol.* 139. *verso*, & *num.* 12. ubi quod inducitur obligatio ex præsumpta offerentium voluntate per tempus decennii.

Solutio debiti præsumitur facta, si chirographum reperitur cancellatum per debitorem, Gregor. *l.* 11. *tit.* 19 *partita* 3. verbo *otrosi dezimos*, & *l.* 9. *t.* 14. *partita* 5. Menoch. *de præsumpt. lib.* 3. *præsumpt.* 141. Mascard. *de probat. conclus.* 256. *n.* 10. & *concluſ.* 476. Surd. *cons.* 16. *num.* 4. Stephan. Gratian. *disceptat. forens. cap.* 593. *num.* 15. *cum seqq.* Cur. Philip. *tom.* 2. *lib.* 2. *cap.* 7. *num.* 31.

Verbo SPOLIARE, SPOLIATIO, SPOLIATOR, SPOLIATUS.

SPOLIATO denegatur restitutio, quando lubens spoliatur beneficio, vel super decimis, Aloys. Ricc. *decis. Curiæ Archiepisc. Neapol. p.* 1. *dec.* 79. *num* 3. Et dejectus tempore spolii non tenetur probare, se justum & verum possessorem esse, sed sufficere, ut probet se dejectum possessione quantumcunque injusta, etiam in beneficialibus, Gabr. Pereira *de manu regia, p.* 2. *cap.* 24. *num.* 9.

Spoliare non dicitur qui continuat suam possessionem, Patis. *consil.* 24. *volum.* 1. Paul. de Castro *consil.* 346. *incip Forma ampliori, col.* 1. *lib.* 1. qui dicit communem. Et inhibitioni contravenire non dicitur, qui suam continuat possessionem, ex Barbosa *in addit. ad collect. cap.* 1. *ut lite pend. pag.* 39 ubi etiam docet unumquemque lite pendente suam possessionem continuare posse.

Spoliare dicitur qui non sinit possidentem uti re sua, *l. vim facit, ff. de vi & vi armata*, Menoch. *de interd. remed.* 3. *retin. possess num* 468. Mascard. *de probat. concl.* 1329. *n.* 11. Surd. *de alim. tit.* 9. *quæst.* 27. *num.* 72. *cum seqq. & decis.* 194. Gam. *decis.* 54. *num.* 3. imò committitur furtum, ex Farin. *de delict. p.* 6. *quæst.* 378. *n.* 8. Et qui impedit continuationem possessionis, committit vim, Robert. Lancelot. *de attentat. p.* 2. *cap.* 4. *limit.* 1. *num.* 7. Vel qui non admittit venientem ad possessionem, *l. fin.* ubi Bart. *ff. de precario*, Surd. qui alios refert, *de alim. tit.* 1. *q.* 32. *num.* 27. Et qui legem depositi non servat, Rebuff *in tract. de except. num.* 795. Et vim licitum est inferre occupanti in conservatione rerum, etiam cum periculo personæ *l. ut vim, ff. de justit. & jure*, Barbosa *in remiss. ad Ordinat. lib.* 5. *tit.* 35. *in princip. num.* 15. Auctor. *de officio & potest. Episc. allegat.* 51. *num.* 6.

Spoliationis exceptio est dilativa, & potest poni in principio causæ, Barbosa *in remiss. ad Ordinat. lib.* 5 *ti* .49. §. 2. *num.* 3 cui adde Cald. *forens. q.* 22. *num.* 2. & *num.* 67. & potest intentari in vim peremptoriæ, Gabr. Pereira *decis.* 83. *num.* 5.

Spoliator acquirens dominium post spoliationem potest se illo juvare, Stephan. grat. *disceptat. forens. cap.* 142. *num.* 13 *cum seqq.*

Spoliator potest opponere de melioramentis priùs solvendis, quibus res est melior facta. Cald. *de empt. cap.* 27. *num.* 5.

Spoliatus ante omnia est restituendus, *cap.* 1. *de restitut. spoliat.* ubi Barbosa *num.* 4. *cap. frequens, eod. tit. lib.* 6 quanvis prædo, Cardos. *in praxi judicum*, verbo *interdictum*, *num.* 36. Et antequam restituatur, non tenetur respondere spoliatori, *cap.* 2. *de ord. cognit.* Menoch. *de interd. remed.* 1. *recuper. possess. num.* 326. *cum seqq.* Et spoliatus debet restitui usque ad minimum quadrantem, tam quoad possessionem rei, quàm quoad fructus, damna & interesse, Barbosa *ad cap. si Episcopus*, 3. *quæst.* 2. *num.* 1. & *ad c. gravis* 11. *de restit. spoliat. num.* 2. Et spolium est purgandum antequam ad ulteriora procedatur, Grat. *forens. cap.* 724 *num.* 5. & *num* 34 44. & 46. Et ad propositum notabis quod in violentia illata requiritur possessio ex parte actoris, & spoliatio ex parte rei, glos. communiter recepta, verbo *possessionem, in cap. consultationibus, de officio delegati, l. meminerint, Cod. unde vi*, Cardos. dicto verbo *interdictum*, *num.* 22. Mendez *in praxi, lib.* 4. *cap.* 10. *num.* 1. & 2. Gom. *l.* 45. *Tauri. num.* 111. Cabed. *decis.* 172. *num.* 1. *p.* 1. Valasc. *consult* 173. *n.* 1. *p.* 2. Menoch. *de interd. recup poss. ff. in præfat. num* 1. Azeved. *l.* 1. *n.* 74. *tit.* 13. *lib.* 4. *novæ recop.* Et ubi non est possessio, non potest esse violentia, *l.* 1. §. *desicitur, ff. de vi, & vi armata*, Menoch. *in prælud. recuper. possess. num.* 1. Et in causis violentiæ unica tantùm, & peremptoria dilatio conceditur, Ordinat. *l.* 3. *tit.* 48. §. 2. Mendez *in praxi, lib.* 3 *cap.* 12. *num.* 1.

Spoliatus non restituitur quando constat de dominio spoliantis, & ad commodum ejus, Stephan. Gratian. *disceptat. forens. cap.* 581. *num.* 18 Et non restituitur, si tertius objiciat rem esse suam. Menoch. *remed.*

*remed.2.recuper.possess. à num.*172. Cald. *forens.lib.2. cap.36.num.*18. Valasc. *cons.*162. *num* 4. alter Valasc. *allegat.*75 *num.*13. Et spoliatus à judice juris ordine prætermisso, ante omnia restituitur, *cap. conquerente de restit. spoliat.* ubi Barbos. Et quando timetur violentia in rebus, potest implorari, judicis officium Hyppolit. *in l.* 1. §. *præterea*, *num.*88. *cum sequentibus*, *ff. de quæst.* Menoch. *de interdict. remed.*5. *adipisc. possess. num.*32.

Spoliatus de facto debet de facto restitui, etiam absque aliqua juris solemnitate, Bald. Alex. & Jas. *in l. pacto quo pœnam*, *Cod. de pactis*, ubi asserunt, quod spoliatus debet in citatione restitui: sequitur Roman. *sing.*766. & *cons.*222. *incip. Circa.* Alexand. *cons.*5. *lib.*2. Felin. *in cap qualiter*, *num.*15. *de accusat.* Innocent. *in cap. querelam de elect.* ubi allegat. gloss. *in l. minoris annis*, *ff. de evictionibus*, & *l. pen.* §. *hoc edictum*, *ff. si mulier ventris nomine*, Menoch. *de arbitr. lib.*1. *quæst.*7. *num.*74. Mendez *in praxi*, *lib.*4. *cap.* 10. *n um.*25.

Spoliatus potest restitui ad possessionem sine citatione spoliatoris, *l.* 3. §. *cum agitur*, *ff. de vi*, & *vi arm. l.*1. *C. unde vi*, *cap. Olim*, §. 1. *de restit spoliat* Ordinat. *lib.*4. *tit.*58. §. 2. *glos.*1. & *omnes in l. ut vim*, *ff. de just.* & *jure*, & *in cap.*3. *de sentent. excom.* Cov. *in clem. si furiosus*, *homi. id.* 2. *p.* §. 1. *n.* 6. Menoch *remed.*1. *recup. possess. n.*204. Et quamvis hæc restitutio debeat fieri incontinenti, *dicto* §. 2. ibi *lege*, intelligitur *dictio in continuenti*, quando spoliatus id potest facere, ut argum. *l.*2. *vers. confestim*, *ff. ad Tertyllian.* docent. Menoch *de arbitr. casu* 11. & *dicto remed.*1. *num.* 385. Tiraq. *de constitut.*3. *p. limit.*21. *num.*11 & probat Ordinat. *d.* §. 2. *vers. Equanto tempo.*

Verbo SPURIUS.

SPVRIVS quis non præsumitur, sed naturalis, Surd *cons.*530. *num.*2.

Spurius dicitur infamis infamiâ facti, Menoch. *cons.*345. *num.*21. & *de arbitr. lib.*2. *casu* 464. *num.*17. & 18. Gregor. *in princip. tit.*13. *p.*4. verbo *caëm*, & verbo *los homran*, Perez *tit.*2. *lib.* 5. *Ordinam. p.*92. Valasc. *consult.*17. Farin. *de delict. p.*1. *lib.* 1. *quæst.*13. *num.*52. & *p* 2 *lib.* 2. *tit.*6. *quæst.* 56. *num.*399. *cum sequentibus*. Et est turpis persona, Roland. *cons.*87. *num.* 2. *vol.*3.

Spurius nec agnatus, neque cognatus dici potest, Menoch. *cons.*345. *num.*17. & 18. Henriq. *tom.*2. *sum. lib.*14. *cap.*8 *lit. S*, *p.*1289. Surd. *decis* 249. *n.* 8 Cald. *cons.*9. *n.*52. & 75. & *in responso pro Sebastiano Limpo*, *num.*14. & 49. *cum seq.* & *cons.*26. *num.*7. *cum sequentibus*, Tiraq. *de retract. lig.* § 1 *glos.*8. *num.*6. Molin. *de primog. lib.*1. *cap.*4. *num.*45. & 46. Nec dicitur de familia, Gonzal. *ad reg.*8. *Cancel. glos.* 5. *num.* 110. ubi *num. sequentibus junctis num.* 121. quod filius legitimus istius spurii non dicitur de familia. Et spurius filius dicitur quaod familiam & agnationem extraneus, Menoch. *consil.* 181. *num.* 14. Et non potest ferre arma, idem *de præsumpt. lib.* 4. *præsumpt.* 88. *n.* 13. & ad hoc ac alia vide enriq. *ubi proximè*; Cotam *in memorab.* verbo *bastardi*, Guter. *pract. lib.*2. *quæst.* 155. *num.*3. Ubi secus asserunt si aliud admittat usus communis. Et spurius legitimatus fit agnatus, vel cognatus, Cald. *in dicto responso pro Sebastiano Limpo*, *num.*34. & *num.*71. & 56. & *dicto cons.* 9. *num.*68. *cum seq.* & *num.*71. & *cons.*26. *num.*15. *cum seq.* Molin. *de primogen. lib.*1. *cap.*4. *num.*44.

Spurii & filii naturales à testimonio repelluntur, ex Mascard. *de probat. conc.*1356. *num.*31. Rebuff. *de reprobat. testium*, *num.*500. *cum sequentibus*. Farin. *de delict. p.*2. *lib.*2. *tit.*6. *quæst.*56 *n.*399.

Spurius potest succedere fratri suo etiam ex testamento, Greg. *l.*4. *tit.*3. *p.*6. gloss. verbo *nacida* Molin. *de primog. lib.*1. *cap.*13 *n.*16.

Spurius à patre hæres institutus non potest in foro conscientiæ hæreditatem retinere, sed tenetur eam restituere legitimis hæredibus, Cov. *part.* 2. *de sponsal. cap.*8. §. 5. *num.*8 Rot. *Epitomes succes. cap.*20. *n n.*147. & post Gam Pat. Molin. *disp.*167. *concl.* 3. *vers. quod si*, & *disp.*169. *concl.*1. *cum seqq.* Less. *de justit. lib.*2. *cap.*19 *dubit.*6. *à n.*58. Fr. Ludovic. Lopez *de instruct. conscient. p.*2. *cap.*18. *q.*2 & 3.

Spurius non potest aliquid capere à patre per interpositam personam, Gom. *l* 9. *Tauri*, *num.*21. Cov. *dicto* §. 5. *num.* 3. *vers. nec confert*, Molin. *disp.* 169. *per totam*, Petr. Greg. *Syntagm. lib.*42. *cap.*29. *num.*5. Less. *d. dubitat.*6. *num.* 59. Azor. *moral. p.*2. *lib.* 2. *cap.*10. *à principio*, apud quos etiam vide an conscientiæ foro possit hæres qui tacitam fidem accommodavit, hæreditatem retinere, an verò teneatur statim fisco restituere? Et resolvunt quod non tenetur restituere fisco ante sententiam.

Spurius an sit incapax fideicommissariæ restitutionis, ut silicet alteri restituat? Vide Doct. communiter post gloss. ult. *in l. eam quam*, ubi Jas *n* 25. *Cod. de fideicommiss.* Xuar. *alleg.*37. *n.*2. Rojam *dicto cap* 20. *num.*52.

Spurii possunt bona sibi à patre relicta præscribere longi temporis præscriptione ordinaria decem, vel viginti annorum, Bald. *in l. nullo*, *n.* 4. & ibi Doct. communiter, *C. de rei vendic.* & post Paleot. *de notheis*, *cap.*51. Duen. *reg.*366. *ampliat.*5. Roy. *d. cap.*20. *à n.*123. Peregr. *de jure fisci*, *lib.* 3. *tit.*18. *n.ult.* Valasc. *cons.*19. *n.*3. Cald. pereira *cons* 39. *n* 23. & 29.

Spuriis quomodo pater possit præstare alimenta? Vide Surd. *de alim. titul.*4. *quæst.* 18. *num.* 49. Molin. *de primogen. lib.*2. *cap.*15. *num.*55. Bernard. Græv. *ad pract. Cam. Imper lib.* 2. *concl.* 88. Stephan. Gratian. *discept. forens. cap.*112. & *cap.*580. *num.* 29. & *cap.*615. *num.*6 *cum seq.* Cald. *forens. lib.* 1. *quæst.* 18. *num.* 12. Cordub. *in l. si quis à liberis*, §. *idem rescripsit*, *num.*48. *cum seq. ff. de liber. agnoscendis*, Barbosa *in l.* 1. *p.*4. *num.*61 & 65. *ff. soluto matrim.* Quid si habeat filios legitimos, an possit relinquere spurio ultra tertiam ad alimenta, quando tertia non sufficit? Vide Guter. *l.*2 *pract. quæst.*109. Ubi resolvit cum distinctione. Et an filium spurium possit pater clericus dotare, vel alimentare concedendo aliquam rem soli in emphyteusim? Vide Cald. *de potest. eligendi*, *cap.*13. *num.*11. & 12. ubi affirmat. Et quando bona fisco applicantur, qui auferuntur ab hærede tacitè fidem accommodante de restituendo spurio à fisco, est alendus spurius, Surd *de alim. tit.*1. *quæst.*31. *num.* 36. Et pater potest stipulari emphyteusim filio spurio pauperi ad alimenta, Surd *de alim. tit.*2. *quæst.*13. *n.* 20. Et legatum fundi factum spurio pro alimentis est validum, quatenus capit verum debitum alimentorum, Aloys. Ricc. *decis. Cur. Archiep. Neapolit. p.* 2. *decis.* 46. *num.*8. Cordub. *in d.* § *idem rescripsit*, *n.*70. *cum sequentibus*; Barbosa *in d. l* 1. *p.*4. *num.* 72. Et valet legatum ei relictum pro alimentis, Surd *d. tit.*1. *quæst.* 10. *num.* 10. & 11. & *d. quæst.*13. Cald. *d. quæst.*18. *num* 14. Barbosa *ubi proximè num.*76. Ricc. *d. decis.*46. *num.*7. Et pater etiam clericus tenetur dotare filiam spurium, etiam ex redditibus sui beneficii, Gam. *decis.*140. *n.*7. quem admodum dominus directus pro modo alimentorum potest bona filio spurio concedere, ita etiam nominari ad emphyteusim poterit, ut inde se alere possit, Cald. *de potest. eligendi*, *cap.*1 *n.*49

Spurius licet à parte nihil capere possit, tam ex testamento, quàm ab intestato, Auth. *ex complexu*; *C. de inceptis nuptiis*, Duen. *reg.* 366. *nisi ad alimenta*, *cap. cùm haberet*, *de eo qui duxit in matrimonium*: potest

tamen ſpurius hæres inſtitui ab aliis, gloſ. in Auth. *quibus modis naturales efficiantur ſui*, §. *ultima ſiquidem*, verbo *participium*, recepta per Jul. Clar. §. *teſtamentum*, *quæſt.* 31. *num* 4. Roland. *conſi.* 87. *num.* 17. *vol.* 3. Poterit etiam à parte capere ex titulo oneroſo emptionis, & ſimili, Gom. *ad l.* 9. *Tauri. n.* 35. *cum ſequentibus*, Tiraq. *in l. ſi unquam*, verbo *donatione*, *n.* 22. *Cod. de revocandis donat.* Et poteſt capere à patruo magno, Cald. *in reſponſo pro Sebaſtiano Limpo*, *num.* 47. *& conſ.* 9. *num.* 73. Et poteſt inſtitui ab avo, Cald *conſ.* 39. *num.* 16. Et filius legimus poteſt approbare relictum factum filio naturali, vel ſpurio, Surd. *de iſ* 53. *num.* 7. *& deciſ.* 249. *ad finem.* Alia de ſpuriis & nothis vide apud Alciat. *emblem.* 138. Cot. *in memorab.* verbo *baſtardi*, Guter. *lib ſecundo practicarum*, *quæſt* 155. *num. ſecundo*, *& libro tertio*, *q* 81. *num.* 7. Gald. Pereira *conſult.* 9. *num.* 75.

Verbo STATUTUM.

STATUTUM excludens fœminas propter maſculos eſt injuſtum, & irrationalibile, Molin. *de primog. lib.* 2. *c.* 12. *n.* 51.

Statuti extenſio non fit de perſona ad perſonam, Farin. *p.* 4. *conſ.* 64. *n.* 5.

Statuta puritatem ſanguinis requirentia in obtinentibus canonicatus ſunt odioſa, & exorbitantia à jure, & pœnalia, ac proinde ſtrictiſſimè interpretanda, Barboſ. *de canonicis*, *cap.* 13. *num.* 10. ubi *num.* 59. quod ſtatuta excludentia à beneficiis deſcendentes ab Hebræis, nihil favoris continent, ſed odioſa ſunt & à jure exorbitant, de qua materia vide etiam eundem *de offic. & poteſt. Epiſcopi*, *p.* 1. *tit.* 2. *gloſſ.* 17. *num.* 29. Et non comprehendunt habentes ingreſſum ad beneficia anteà acquiſita, Flam. *de reſignat. lib.* 6. *quæſt.* 5. *à n.* 39. Ex juris æquitate non habent locum in deſcendentibus ex illis, qui ſponte propria, nulloque metu coacti ſunt converſi, Sanch. *in præcepta Decalogi*, *lib.* 2 *c.* 27. *n.* 3.

Statutum exoludens deſcendentes à ſtirpe Chriſtianorum novorum, non excludit deſcendentes à novis Chriſtianis ex parte fœminæ, *c. ubique* 4 *de pœnis*, *lib. ſexto*, & ibi ſcribentes, ac Doct. quos citat. Barboſ *in collect. ad eundem text. num.* 1. & 2. Verbum enim *deſcendentes*, non comprehendit deſcendentes à fœminis, quando ſumus in materia odioſa, Roman. *conſ.* 18. *num.* 6. *in fine. lib.* 3. poſt Bart. Imol. & Alex. quos allegat: tale autem ſtatutum odioſum eſt, tum quia eſt contra diſpoſitionem juris communis, à quo omnis receſſus eſt odioſus, Aym. *conſ.* 170. *ſub n.* 3. tum quia deſcendentes gravat odio ſuorum majorum abſque aliqua ipſorum culpa, quod iniquitatem ſapere videtur, *leg. ſi quis in ſuo*, §. *legis*, *Codic. de in offic. teſtam. l. lege* 12. *Tabularum*, *Cod. de legitim. hæredibus.*

Statuta jurata facta à Capitulo an poſſint ab eo tolli, ſi ſint confirmata à ſuperiore? Vide Menchac. *illuſtrium c.* 35. *n.* 12. Aloyſ. Ricc. *deciſ. Cur. Archiepiſcopat. Neapolit. p.* 1. *dec.* 157. Barboſ. *in c. non. debet*, *de conſanguinit. n.* 2. Soar. *de legibus*, *lib.* 6 *c.* 26. *n.* 14. & 15. Et quid ſi ſint contra bonos mores? Vide Cald. *de renovat. q.* 11. *n.* 28. & 29. Et juramentum præſtitutum in ſtatutis non impedit eſſe revocabilia, argum. text. *in l. ult. Cod. de non num pecun. c. quæmadmodum*, *de jurejur.* Sanch. *de matrim. lib.* 1. *diſp.* 67 *num.* 2.

Statuta quando dicantur contra libertatem Eccleſiaſticam? Vide Barboſ. *in c ult. de rebus Eccleſiæ non alieo. n.* 3. Ubi aſſerit quod ſtatuta contra libertatem Eccleſiaſticam dicuntur, quando directè ſunt contra privilegia, aut prærogativas conceſſas Eccleſiis, & Eccleſiaſticis perſonis, ſeu piæ cauſæ à Papa, vel à Principe ſæculari.

Statutum laïcorum in re modici præjudicii ligat Eccleſiam Tiraquel. *de jud. in rebus exiguis*, *pag.* 63. *verſ.* 43. Et citca ordinatoria judicii, vidde Put. *p.* 3. *dec.* 99. Mex. *tract. taxa panis*, *concl.* 5. *n.* 15. Bernard. Græv. *in pract. Cam. Imper. lib.* 2. *concl.* 31. *in Coron.*

Statuta ligant forenſes domicilium habentes, Mexia *tract. taxa panis*, *concl.* 5. *n.* 81 *cum ſequentibus*, Maſcard. *de probat. concl.* 807. *n.* 4. Menoch. *conſ.* 74. Clar. *lib.* 5. *fin. q.* 85. *num.* 2. Sayr. *clavis Regia lib.* 5. *cap.* 4. *n.* 15. Farin. *de delict. p.* 7. *fragm. lit. B*, *n.* 9. *cum ſequentibus*

Statuto loci ligatur forenſis, ubi contrahit quoad ordinem & ſolemnitatem contractus, Bart. *in leg. de quibus*, *in repetit. num.* 29. *ff. de legibus*. Surd. *deciſ.* 13. *n.* 6. Sanch. *de matrim. lib* 3. *diſp.* 18. *n.* 12. & 13. Bernard. Græv. *in pract. Cam. Imper. lib.* 2. *concl.* 123. *conſiderat.* 1. *in coron.*

Statuti forma ſi non ſervatur, actus eſt nullus, Dec. *conſ.* 110. *col.* 2. *poſt. principium.*

Statutum præcedens, in quo certa forma requiritur, cum annullatione actus in contrarium, non tollitur per aliud ſtatutum, Dec *conſil.* 229. *numero* 3.

Statutum ſi imponit pœnam 100 aliud verò 50. non corrigit prius, Dec. *dicto conſ.* 110. *n.* 4

Statutum factum per Regem. & ab eo cofirmatum ex certa ſcientia, manet firmum, & validum, ita ut non poſſit revocari per aliud, juxta text. *in c porrecta*, *& c. examinata*, *de confirmat. utili*, & ibi Doct. Et tale ſtatutum non poteſt eſſe confirmatum ex certa ſcientia, niſi adhibita cauſæ cognitione, per quam confirmatio facit validum hujuſmodi decretum à populo factum; quod non poterat durare, niſi per annum, juxta reſoluta per Barboſ. *in remiſſ. ad Ordinat. lib.* 1. *tit* 66. §. 28. *num.* 4. & per confirmationem manet validum in poſterum, ex traditis per Roderic. Xuar. *alleg.* 12. *n.* 34. *& alleg.* 14 *in princ.* Molin. *de primogen. lib* 2. *c.* 7. *n.* 9. *& n.* 20. Cabed. *dec.* 177. *n.* 9. *p.* 2 Phœb. *dec.* 28. *n.* 13. *p.* 1.

Statuta populi confirmata à Principe dicuntur leges Principis, Bald. *in l. g. ex placito Cod. de rerum permut.* & ita conſuluere Roland. à Valle, & Ruin. relati à Menoch. *conſ.* 351 *n.* 16

Statutum inter cives & incolas dicitur jus civile. Stephan Grat. *diſcept. forenſ. c.* 572. *n.* 10.

Statutum recipit interpretationem à lege clara illius civitatis, cui ſubeſt, gloſ. *in l. ex eo*, *ff. de poſtul.* Menoch *conſ.* 126. *n.* 22

Statutum debet interpretari, utminus quàm fieri, poſſit, lædat jus commune, Surd. *deciſ.* 36. *num.* 18. *cum ſeq. & deciſ.* 49. *num.* 7. *& deciſ.* 56. *num.* 4. Guter. *lib.* 3. *pract. quæſt.* 15. *num.* 34. *cum ſequent & n.* 37 *cum ſeq.* Et ita debet intelligi ne deroget alteri ſtatuto, Surd. *dicta deci.* 49. *num.* 6. Maſcard. *de probat. concluſ.* 1416 *n.* 11 Et in ſtatutis ſemper debet fieri interpretatio, ne præcedentia corrigantur, Maſcard. *ubi proximè*, *n* 11. *cum ſeq.* Et ſtatutum debet interpretari ſecundùm jus commune, Cot *in memorab.* verbo *ſtatutum*, *p.* 789. Cabed. *dec.* 11. *num* 6. quem vide *n.* 1. Et ſtatutorum verba ſecundùm juris diſpoſitionem intelligi debent, Barb. *ad c.* 1. *de conſtit. lib* 6. *num.* 18. *&* 19.

Statutum veniens ad jus commune corrigendum recipit modificationem ab ipſo jure communi, ut per Xuar. *ſuper declarat. legum Regni*, *n.* 127. Cor. dicto verbo *ſtatutum*, *p.* 477. Et non extenditur etiam ex identitate, vel majoritate rationis, Farin *de delict. p.* 4. *conſ.* 65. *n.* 123. Aloyſ. Ricc. *dec. Dur. Archiepiſc. Neapolit. p.* 1. *dec.* 223. *n.* 5. & 6.

Statutum

Statutum Episcopi sub censura non comprehendit eos, qui extra ejus territorium delinquunt, & subditus Episcopo violans statutum ejus, cui est annexa censura in alieno Episcopatu, illam non incurrit, ut v. g Episcopus Conimbricensis excommunicat ipso facto omnes raptores, aliquis ejus subditus committit illud delictum extra diœcesim, dicendum est non incurrere illam censuram, ut docet Pat. Suar. *de censur. tom. 5. disp. 5. sect. 4. n. 4.* Ubi ad hoc citat text. *in c. 2. §. statuta Episcopi, de constit. lib. sexto,* & Cov. *in cap. Alma mater, p. 1. §. 10. num. 3.* Jacob. de Graff. *lib. 4. decis. cap. 8. n 37.* & Ugolin. *tab. 1. cap. 9. §. 3.*

Statutum ligat extra territorium, quando aliquid fit in fraudem in loco vicino. Vide Ricc. *dicta p. 1. dec. 224. n. 2. cum sequentibus.*

Verbo STYLUS.

STYLUS pro lege habetur, §. *ex non scripto, inst. de jure naturali,* Joseph. Ludovis. *decis. Perus. 62. n. 7.* Roland. à Valle *cons. 58. n. 19. lib. 4.* Rodolphin. *de vrachio sæculari, n. 31. & 32.* Barbos. *in remiss. ad Ordinat. lib. 3. tit. 64 in princip. à num. 1.* & ejus filius *in collect. ad cap. ex literis, de constitut. num. 3. cum sequentibus,* ubi alios casus adducunt. in stylo notorio non est necessaria probatio, nec allegatio, vide Barb. *in dicto tit. 64. num. 3.* ubi *num. 4* quod judex judicando contra stylum facit litem suam, sicut si judicaret contra legem, & sententia lata contra eum est nulla.

Stylus non potest prævalere contra legem scriptam in contrarium, nisi sententia aut Senatusconsulto approbata fuerit, *l. 2. Cod. quæ sit longa consuetudo,* ibi, ut aut ratione vincat, aut lege, & est communis traditio *in l. de quibus, ff. de legibus, c. ult. de consuetud.* faciunt quæ Cabed. *dec. 212. n. 6. p. 1.* Ubi asserit quando de intellectu alicujus Ordinat. dubitatur eo casu Senatus cum præfecto prætorio poterit prædictam legem interpretari, & interpretatio Senatus pro lege observanda est.

Stylus judiciorum circa processus Ordinationem & judiciorum usum versans, pro lege in eodem judicio observandus est. Crav. *cons. 200. n. 21.* Cacher. *Pedem, dec. 22. n. 6. & 7.* Menoch. *cons. 110. num. 4. & cons. 380. n. 21 & de præsumpt. lib. 2. præsumpt. 8 n. 14.* Viv. *Neapolit. dec. 267. n. 1.* Marc. Anton. de Amat. *Marchiæ dec 31. n. 27.*

Stylus Rotæ non attenditur in lite vertente in partibus. Stephan. Gratian. *discept. forens. c. 604. n. 13* ubi *n. 14.* quod decisiones Rotæ non faciant jus in litibus extra Curiam.

Verbo STUPRUM.

STUPRUM committens clericus potest condemnari in pœna criminis imposita à jure canonico cum satisfactione dotis ut cum communi resolvunt Bernard. Diaz & Salzed *in prædicta canon.* verbo *stuprum,* & hæc pœna non transit ad hæredes, exceptis duobus casibus relatis *in l. unica, C. ex delict. defunctorum,* qui sunt, si defunctus citatus fuerit dum viveret, & si ad hæredes perveniat aliquod commodum, tamen cum sit materia peccati, in qua Ordinat *lib. 3. tit. 64. in princ.* jubet quod observentur Sacri Canones, debet satisfieri damnum puellæ corruptæ, juxta text. *in c. in literis, de rapt. c. fin. de sepultur.* quæ opinio est communiter recepta, ut per Cald. *in dicta unica, p. 4. n. 9.* & juxta prædictam Ordinat. potest cogi per judices sæculares, ut satisfiat damnum. Et debet haberi respectus ad bona puellæ, & ad qualitatem personæ ejusdem, ex Ordinat. *lib. 5. tit. 23. in princ.* Alia de stupro vide per Cardos. *in praxi judicum, & advocat.* verbo *stuprum.*

Verbo SUBHASTATIO.

SUBHASTATIO fieri debet, & præconia danda sunt in loco, ubi res quæ venditur sita est. Rebuf. *ad leges Galliæ, sub tit. de præconiis. & licitat. art. 1. gloss. 2. n. 6.* Gregor. *l. 32. tit. 26. part 2. gloss. 1.* Azeved. *ad l. 4. n. 14. tit. 5. lib. 7. Recopilat.* Cur. Philip. *stom. 2. lib. 1. cap. 14 n. 74.* Et idem in venditione bonorum minoris servandum testantur Guido Papæ *quæst. 31.* Capic. *dec. 36. num. 4.* Et si bona sita sint in diversis territoriis, sub quolibet territorio debent præconizari. Azeved. *ubi proximè.* Et debet fieri subhastatio secundùm consuetudinem loci, Stephan. Gratian. *discept. forens. 7. n. 2* ubi *n. 19. cum sequentibus,* quod æstimatio debet præcedere antequam bona subhastentur, & vide Cur. Philip. *p. 2. § 18. & § 21. n. 4.*

Verbo SUBREPTIO.

SUBREPTIO in quo differat ab obreptione? Vide Menoch. *de arbit. casu 201. n. 9.* Viv. *tom. 1. commun. pin. lib 4 tit. 1. num. 191.* Perez *l. 4. tit. 12 lib. 3. Ordinam. pag. 689.* Sanch. *de matrim. disp. 21. num. 2* Bernard. Grav. *ad pract. Cam. Imper. lib. 1. concl. 14.*

Subreptio in quibus consistat? Vide Menoch. *casu 101. n. 24. & cons. 1. n. 401. & cons. 191. n. 45. & cons. 316. n. 2. & 4. & cons. 385. n. 1. cum sequentibus,* Valasc. *consult. 130. n. 9.* Aloys. Ricc. *dec. Cur. Archiep. Neapolit. p. 1. dec. 165.*

Verbo SUBROGATUS.

SUBROGATUS debet justificare jus subrogantis, Bellam *dec. 112.* Rebuf. *in praxi, tit. de mandat. Apostol. § declarante, vers. insuper, pag. 96.* Et accipit causam in eo statu in quo erat, Flamin. *de resignat. lib. 2. q. 3. n. 76.* Et non potest admitti, nec plus juris prætendere, quàm competebat defuncto unde debet verificare literas sui prædecessoris, ac si ipse viveret. Gabr. Pereira *de manu Regia, p. 2. c 61. n. 41.* Et succedens illi cui est renuntiatum, vel cui est adhibitus consensus, non dicitur tertius, sed habetur tertius pro eodem, Surd. *dec. 163. num. 9.* Steph Grat. *discept. forens. c 557. n. 60. & c. 700. num. 26. & c. 724. n. 2. cum seqq.*

Verbo SUBSTITUTIO.

SUBSTITUTIO non admittitur de casu ad casum, & de persona ad personam, Menoch. *consil. 379 n. 12. cum seq* Guter. *pract. lib. 3 q. 67. n. 13. cum sequentibus,* Surd. *dec. 319. n. 2. & 11.* Et in substitutionibus fideicommissariis non fit extensio de persona ad personam, Menoch. *cons 315 num. 16* In substitutione fideicommissaria filii positi sub conditione censentur vocati, Menoch. *cons. 135.* Et substitutio fideicommissaria reciproca, ut facta censeatur, quæ concurrere debeant? Vide eundem *cons. 327. n. 27.* De substitutione conditionali, *si sine liberis hæres decesserit,* in quo differat à substitutione, si liberos non habuerit? Vide Reynoso *observat. 64.*

Verbo Succedere, Successio, Successor.

SUCCESSSIONIS prima cauſa eſt liberorum, Auth. *de hæredit. quæ ab inteſt. deferunt. collat* 8. *l. ſi quis filio, in princip. ff. de injuſto rupto*, Boër. *dec.* 96 4.

Succeſſione ab inteſtato attenditur tempus mortis. Tiraquel. *de jure primog. q.* 34. *n.* 27. Cald. *de nomin. q.* 12. *ad finem.*

Succeſſione habilitas ad ſuccedendum requiritur tempore mortis teſtatoris, *l. ſi Titius, ff. de militari teſtam.* Surd. *conſ.* 548. *n.* 2.

Succeſſio ab inteſtato & ex teſtamento æquiparantur, *l. cum ratio, §. fin. ff. de bonis damnat.* et ſuccedit ab inteſtato inimicus conſanguineus teſtatoris, ſi in teſtamento, vel in vita eum non renovaverit, *leg. fin. Cod. de revocandis donat. cap. fin. de donat.* Barboſ. *in l. ſi ab hoſtibus, §. fin. num.* 8. *ff. ſoluto matrim.*

Succedendi jus eſt reciprocum, Menoch. *conſ.* 60. *num.* 31. Cordub. *in l. ſi quis à liberis, §. parens, n.* 29. *ff. de liber agnoſcend.* Valaſc. *conſult.* 29 *n.* 5. Peregr. *de jure fiſci pag.* 168. *n.* 29. Guter. *pract. lib.* 2. *q.* 102. *ad finem.*

Succeſſores non debent eſſe melioris conditionis quàm ipſorum auctor, *l. fin. §. 1. ff. ad Velleian.* Steph. Grat. *diſcept. forenſ. c.* 653. *n.* 73.

Succeſſor ſingularis regulariter non ſtat locationi prædeceſſoris. Cavaler. *deciſ.* 612.

Succeſſor æſtimatur pro perſona prædeceſſoris, cujus mutatione non variatur jus actoris, *c. quoniam Abbas, §. 1. de offic. delegati, l. 2. §. ex his. ff. de verbor. oblig.* Rot. *dec.* 1. *de reſtit. ſpoliat. in nov.* Guido Papæ *quæſt.* 629. Chaſſan. *in conſuetud. Burgundiæ, rub.* 11. *§. 2. n.* 28. Menoch. *de interdict. remed.* 1. *recuper. poſſeſſ. n.* 89. Steph Grat. *diſcept. forenſ. c.* 113. *n.* 16. *cum ſequentibus*, Bern. Græv. *ad pract. Cam. Imper. lib.* 2. *concl.* 75. *n.* 5.

Verbo Supplicare, Supplicatio.

SUPPLICATIONES Conſtitutionibus Synodalibus Segovienſ. prohibetur nullas fieri (quas proceſſiones voce Eccleſiaſtica vocamus) ad Eccleſias ſeu Eremitoria, quæ ab oppido unde egrediuntur, diſtent ultra leucæ dimidium, ut teſtatur Cen. *in collect. ad Sextum, collect.* 11. *num.* 5. Proceſſionum aliqua, vide per Barb. *de offic & poteſt. Epiſcopi. p.* 3. *alleg.* 78. *& in collect. ad Concil. Trid. ſeſſ.* 25. *de Regular. & Monialibus, c.* 13. *à n.* 2. *cum ſequentibus.*

Supplicatio interpoſita à lege, & conſtitutione generali non ſuſpendit interim ejus executionem donec ſecunda juſſio ſuperveniat, Garc. *de benefic. p.* 11. *c.* 3. *n.* 272.

Supplicationi ſemel excuſatæ non defertur, Phœb. *arreſto* 8. *p.* 2.

Supplicare non licet ad Regium tribunal, quoties aliquod Concilii Trid. decretum ab Epiſcopo non obſervatur, quaſi Reges ſint Concilii protectores; nam hoc repugnat ipſi Concilio, *ſeſſ.* 25. *de reform. c.* 3. Uno tamen caſu admitti poteſt, quando Legatus vel Collector cauſas in prima inſtantia avocat à judicio Epiſcoporum ad ſuum tribunal contra formam Concilii, *ſeſſ.* 24. *de reformat. c.* 20. & tunc judex Regius ſe intromittit ex notoria oppreſſione, quæ ſubditis infertur cum perturbatione, & uſurpatione juriſdictionis Ordinariorum Regni, Bobad. *in Polit. lib.* 2. *cap.* 18. *n.* 194. & inſuper quia Collector eo caſu non habet ſuperiorem ad quem recurri poſſit, quæ omnia ſic conſiderata oppreſſionem non modicam inducunt. Vide Gabr. Pereira *p.* 1. *de manu Regia, c.* 8. *in fine.*

Verbo Suspectus, Suspicio.

SUSPICIO ſuſpendit juriſdictionem judicis recuſati, gloſſ. *in cap. cùm ſpeciali, de appellat.* Roman. *in l. quia poterat ff. ad Trebel. cap. allegat.* 1. Alexand. *conſ.* 89. *col.* 2. *verſ. præmiſſis, lib* 1. Et judex recuſatus perinde eſt ac ſi non ſit, Alciat. *conſ.* 131. *n.* 29. *lib.* 5.

Suſpectus eſt judex qui facit acta, per quæ intelligitur quod favet, aut deſiderat favere parti contrariæ, ex text. *in c. accedens* 1. ibi, *nimis favens eidem*, & ibi gloſſ. ult. *ut lite non conteſt.* notant omnes *in c. poſtremò, de appellat.*

Suſpicionis juſta cauſa eſt magna amicitia, *cap. inſinuante* 25. *de offic. delegati*, Marant. *de ord. judic. p.* 6. *tit. & quandoque appellatur, n.* 27. Eſcob. *de ratiocin.* 9. *n.* 15. & ex lite per Ordinat. *lib.* 3. *tit.* 56. §. 7. Ubi remiſſivè *n.* 11. hoc fundamentum comprobat cum aliis ab eo adductis: facit Ordinat. *lib.* 3. *tit.* 21. § 10. de quo etiam vide Barb. *ad cap. ſi contra unum* 4. *de offic. delegati, lib. ſexto. n.* 3. ubi *n.* 4. adducit caſum de recuſato uno ex judicibus delegatis cũ certis clauſulis, & facit ad propoſitum text. *in c. cum pares* 8. *eodem tit. & lib.* Et inimicus conſanguinei dicitur inimicus partis, Aloyſ. Ricc. *dec. Cur. Archiepiſc. Neapoſit. p.* 2. *dec.* 136. *num.* 8. & 9. Et ſuſpectus habetur judex ſi ſit conſanguineus inimici partis, ex Farin. *fragment. crimin. p.* 1. verbo *judex, n.* 873.

Suſpicionis cauſa ſi ſit manifeſtè frivola, judex poteſt eam non admittere, ſed procedit in cauſa recuſatione minimè obſtante, Barboſ. *in remiſſ. ad Ord. lib.* 3. *tit.* 21. §. 4. *n.* 2. cui adde Gabr. Pereira *de manu Regia, p* 1. *c.* 9 *n.* 32. & 35. *& c.* 22. *n.* 9. & 10. Judex recuſari non poteſt ex qualibet cauſa recuſanti benevisa, ſed ex juſta, legitima & rationabili tantùm cauſa. Pacian. *de probat. lib.* 2. *c.* 45. *n.* 42 Farin. dicto verbo *judex, n.* 805. ubi *n.* 806. dicit quod quando judex recuſatur ex cauſa ſuſpicionis notoriè frivola & fruſtratoria, tunc poteſt rejici à judice recuſato, & ea non obſtante ad ulteriora procedi, abſque eo quod arbitros eligat, *& num.* 807. quod debet tunc in rejectione cauſam ſuæ repulſionis exprimere. De variis cauſis recuſationũ, vide Rebuf. *ad leges Gallia tom.* 3. *tit. de recuſat. art.* 9. *gloſſ. unica, a n.* 9. Impedimenta, quæ poſſunt objici acceptioni ſuſpicionis, quia ſcilicet illarum materia antiqua eſt, vel quia recuſans approbavit perſonam recuſari, Barboſ. *in remiſſ. d dictum tit.* 21. § 24. Et vide aliqua circa iſta impedimenta per Mendez *in praxi ſæculari, lib.* 3. *c.* 3. *n.* 4. ubi quod impedimenta concurrere debent intra terminum Ordinationis.

Verbo Suspensio, Suspensus.

SUSPENSIO eſt cenſura quædam Eccleſiaſtica, qua miniſter Eccleſiæ impeditur ne functiones Eccleſiaſticas exerceat, aliquave Eccleſiaſtica poteſtate utatur. Suar. *de cenſur. diſp.* 25. *ſect.* 1 *n.* 2 Aliam definitionem vide apud Sayr. *de cenſur. lib.* 4. *c.* 1. *n.* 13. Differt à cenſuris, quia ſuſpenſio ſolum convenit clericis: cenſura etiam laicis, & cenſura ac interdictum magis privat uſu paſſivo, ſuſpenſio verò ſolùm activo. Suſpenſio duplex eſt, ab officio, & beneficio.

Suſpenſus ab officio incurrit irregularitatem exercendo

exercendo actum ordinis, *c.1. de sentent.excom: lib. sexto*, Suar. *dicto tract. de censur.disp.26.sect.2.n.3.* Ub. *n.7.* quod suspensio non privat aliorum communicatione.

Suspensus ab officio non privatur beneficio, nec ejus fructibus, secus in distributionibus quotidianis, ex Garc. *de benefic.p.7.c. 14. n.58.* Suar. *dicta disp. 26.sect.3. & disp.27.sect.1.n.19.* asserit quod suspensus à beneficio privatur fructibus & distributionibus. Alia notabilia de suspensione vide apud Sayr. *dicto cap.1.cum sequentibus* Anton.Fernand.de Moure *part.2. compendii moral. c. 7. § 1. cum sequentibus*, Filliuc, *tom.1. moral. quæst. tract.17. de censuris in particulari, per totum.*

LITERA T.

Verbo TABELLIO.

TABELLIO in conficiendis testamentis senum, vel infirmorum debet esse cautus, & de illis lex multùm confidit, Steph. gratian. *discept. forens. c.550.n.18.*

Tabellio privatus si facit scripturam an puniatur? Vide Pinel. *in l fin. Cod. de bonis maternis, num. 14.* Et privatus officio, licèt conficiat instrumentum, non punitur pœna mortis, Cot. *in memorab.* verbo *notarius.pag.610.*

Tabellio tenetur protocollum custodire, Perez *l.2. tit.5. lib.1. Ordinam. pag.257.* Ubi quid si non reddat rationem originalis, Azeved. *l.16.n.4.tit.25. lib.4.novæ recopilat.*

Tabellio quidquid reperitur scriptum, videtur scripsisse de voluntate partium, Gratian. *forens.c.116 n.24.* Cald. *de empt. c.34. n.24.*

Tabellio an possit aliquid scribere absente judice ad petitionem partis? Vide Tiraq. *de retract lig.36: gloss.2. n.54.*

Tabellio an possit conficere instrumentum die feriata. Vide Marant. *de Ordine judic.p.4.dist.16.n.86 pag.207.* Cened. *ad decretal.collect.142.n.7. in fine*, ubi remissivè.

Tabellio non potest dare finem, nisi de his de quibus est rogatus, Flor. *var.qq.q.1.n.3.* Et testanti aliquem esse sanæ mentis non creditur, Cald. *cons.24 n.16.*

Tabelliones solent ponere clausulas generales ex stylo potius ac consuetudine, quàm ex partium voluntate & quid operentur? Vide Anton. Gom. *tom.2. var.c.4.n.22.* Menoch. *de interdict. remed.1. recuper. possess.n.191. & de arbitr.lib.2.casu.144.n.4. cum sequentibus. & cons.87.n.6.* Et si ponantur in executivis, nihil operantur, idem Menoch. *cons.61. n. 32. & cons.160.n 38.*

Tabellio potest instrumentum, per alium scribere. Abb. *in cap. contingit, de fide instrum.7. aliàs in cap.inter dilectos*, & ibi addit. *lit. B.* Cald. *de empt. cap.6.n.15.* Et subscribens approbat omnia, decisio Genuen. 78. *n.1.* Mascard. *de probat. concl. 1341. vol.3.*

Tabellio tanquam publica persona potest alteri stipulari ratione sui officii, Cardos. *in praxi judicum & advocat.* verbo *tabellio*, *n.8.*

Verbo TEMPUS.

TEMPUS legis qui non observat, dicitur formam legis non observare, Bald. *consilio 169. vers.3. lib.1. l.observare, §. post hac, ff. de offic proconsulis.* Et recedere à tempore est recedere à forma, *l.qui Romæ, §. Angerius ff. de verbor-obligat.* Et tempora qui non observat, non dicitur observare formam, & ideo actus est nullus, Rebuf. *in tract. nominat. q.14. num.6.* Esse *Aragon. decis. 161. num. 13.* Et tempus legis non potest augeri, nec coarctari, *l.4. si quis condemnatus, ff. de re judicata*, Cald. *de renovat. q.5. n.13.* Gam. *decis. 336. incip. Solet, n. 4.* Et qui non observat tempora perdet jus, sicut agricola qui non observat anni tempora ad serendum, verba sunt Baldi relata à Reb. *in tract.nominat.q.14. num.125.* Et dispositio regulatur secundùm jus vigens tempore dispositionis, Avend. *ad l.40.Tauri, gloss.2.num.28.*

Tempus conditi testamenti consideratur, Mascard *de probat.concl.1416.* Surd. *de alim.tit.9. q. 13. n. 2.* Cabed. *decis.110.num.2.part.1.* Ubi idem in contractibus.

Tempus certum ubi requiritur, non sufficit dicere, vel circa. Cald *de nomin.q.12.n.14.*

Tempore qui se fundat, illud probare debet, Rebuff. *tractat. nominat. quæst. 14. numero 10. cum sequentibus*, Gratian. *forens. cap.60.n.17. & c. 562. num.35.*

Temporis cursu decem annorum oblivio præsumitur, Surd. *decis.222. num.17. cum seqq.* Farin. *de elect p.2.lib.3. tit.7.q.66.n.30.*

Temporis designatio denotat consummationem & complementum temporis, Cabed. *decis.4.n.10.p.2.* Stephan. Gratian. *discept.forens.c.41.n.1.*

Tempus datæ circa habilitatem personæ attenditur, licet tempore executionis gratiæ qualitas mutetur, Rebuf. *de nominat.q.9.n 41.*

Tempus omne assignatum à lege in dubio debet esse continuum, Azeved. *ad Curiam Pisanam, libro 4. cap 6. n.58.* Ubi *n.75.* quod intelligitur peremptorium, & lapsus ejus habet vim expressæ prohibitionis.

Tempus non currit in gravamine, quod habet tractum successivum, Ordinat. *lib.3. tit.20.§. 46. & tit.74.§ 5. & titu .84. in principio*, refert Gabr. Pereira *de manu regia, p.1. cap.11.n. 2.* et cum stat per judicem, non currit, Marant. *p.5.n.31.* Et quando gravamen habet tractum successivum, omni tempore auferri potest, Gabr. Pereira *dicta p. 1. cap.7. num.21. & cap.22. num.19.* Ubi ait quod extra decennium potest appellari, si sententia habet gravamen successivum, per text. *in cap. ex parte 47. de appellat.*

Tempus præfinitum ad appellandum non currit impedimento aliquo facto, Cabed. *p.1.decis.30.n.6.* Perez, *l.5. tit.8. lib.3. Ordinam.* Flamin. *de resignat. lib.12.q.13.n.110.*

Verbo TERMINUS.

TERMINUS probat fines, *l. in finalibus, ff. de judic. finium regund.* ubi gloss. verbo *monumenta*, *l.* 1. *Cod finium regund.* ubi Bald. quem refert & sequitur, & in materia adducit Gregor. *ad l.* 10. verbo *mejones*, *tit.* 15. *part.* 6. Menoch. cum aliis quos citat *cons.* 147. *num.* 36. & vide Cald. *de empt. c.* 21. *num.* 14. Ubi quod confinia non præsumuntur mutata. Et termini quomodo probentur? Vide Alciat. *reg.* 2. *præsumpt.* 13. *num.* 2. Et terminorum mutatio non præsumitur, & per eos probantur fines, Mascard. *de probat. concl.* 393. *n.* 8. & *concl.* 403. *num.* 7. & *concl.* 1078. *num.* 6. Menoch. *de præsumpt. lib.* 6. *præsumpt.* 43. Et ostenso termino non potest duci recta linea cum cordula, si de alio termino non constat, Menoch. *cons.* 21 *num.* 31. Et fines quo pacto probentur? Vide Cald. *dicto cap.* 21. *num.* 13. Ubi quod confinia probantur per aspectum? Vide eundem *in l. si curatorem*, verbo *minoribus*, *nam.* 19. *Cod. de in integrum resti ut. min.* Et an præscribantur? Vide Barbosam *in addit. ad collect. pag.* 109. Ubi quod quatenus fines juris publici authoritate & utilitate constituti, præscribi prohibentur? Et confines quo pacto probentur? Vide eundem *in cap. cum causam* 13. *de probat. num.* 10. *cum sequentibus*, Stephan. gratian. *discept. forens. cap.* 595. *n.* 7. Ubi quod conjecturæ admittuntur ad probandum confines: & *num.* 8. 9. & 10. quod in dubio arguitur à limitibus territorii ad limites parochiales: & *n.* 11. quod confines probantur per actus jurisdictionales, & meum esse præsumitur quod est intra fines meos, ex text. *in l. æde sacra. §. intra maceriem. ff. de contrahenda empt.* Menoch *d cons.* 21. *n.* 2. Surd. *cons.* 13.

Terminus assignatus tot dierum vel mensium debet esse continuus, gloss. *in rub. ff. de divers. & tempor. præscript.* Tiraquel. *de retract. lig.* § 1. *gloss.* 11. *num.* 21. Anton. Gom. *tom.* 3. *cap.* 2. & *c.* 8. *num.* 2. Cald. *de resolut. empyt. c.* 14. *num.* 3.

Verbo TESTAMENTUM, TESTAMENTARIUS, TESTARI, TESTATOR.

TESTAMENTUM antea factum rumpitur per ingressum religionis gloss. 2. *in Auth. si qua mulier, Cod. de sacrosanct. Eccles.* gloss in Auth. *de monachis*, verbo *voluerit*, *in pricip. collat.* 5. Valasc. *de partit. cap.* 16. *num* 17. Ubi quod non rumpitur si ille qui fecit, habuit eo tempore animum ingrediendi monasterium, & profitendi; & sic fecit cogitatione ingressus, nec rumpitur per professionē si ante ingressum dicat se animum habere profitendi religionem.

Testamentum debet esse conditum cum institutione hæredis, aliàs est nullum, Cardos. *in praxi judicum & advocat.* verbo *testamentum*, *num.* 2. *cum sequent.* ubi agit de personis, quæ prohibentur facere testamentum. De concordia facta inter judicem Ecclesiasticum & sæcularem super testamentis, vide Themudo *p.* 3. *dec.* 350. *per totam.*

Testamentum sustinetur sine institutione hæredis, quando quod in eo disponitur est pro exoneratione animæ, & ad pias causas, Valasc. *consult.* 145 *num.* 3. Tiraquel. *de privileg. piæ causæ*, *privil.* 16. Mascard. *de probat. concl.* 1170. *num.* 20. Guter. *pract. lib.* 3. *q.* 46. *num.* 11. Gam. *decis.* 382. *in fine*, Mendez *in praxi*, *lib.* 1. *cap.* 3. *num.* 21. Et testamentum valet quo quis animam suam hæredem facit, cùm eum sensum habeat ut ejus bona in operibus piis consumantur: ita Valasc. *tom* 1. *allegat.* 68. *num.* 4. Et testamentum ad pia valet sine solemnitatibus, Masc. *de probat. concl* 1352. *n.* 34. Tiraquel. *de privileg.* 80. *vers. sed & diverso*, Gam. *decis.* 46. *n.* 2 Marthus Soar. *in Pratica do visitadores*, *cap.* 10. *n.* 14. Et quod in testamento ad pias causas non requiritur solemnitas juris, tradunt idem Tiraquel. *privileg.* 3. & Phœb. *p.* 1. *dec.* 56. *n.* 1. Ubi quod dispositio dicitur pia, quando relinquitur pro anima, vel monasterio. Et legata pia sustinentur etiam annullato testamento Idem *dec.* 75. *n.* 10. *p.* 1 Ubi reddit rationem, quia non ex defectu voluntatis, sed ex defectu solemnitatis corruit, *c. relatum* 1. *de testam.*

Testamentum amissum probari potest per duos testes, Barbosa cum ab eo citaris *in remiss. ad Ordinat. lib.* 4. *tit.* 80. § 1. *n.* 2. quibus adde Mascard. *de probat. concl.* 908. *n.* 4. & *concl.* 1352. *n.* 52. Cot. *in* verbo *testamentum*, *pag.* 855 Farin. *p.* 7. *in fragment. crimin. lit. A*, *n.* 215.

Testamentum factum inter liberos potest probari per duos testes, Farin. *decis.* 388. *numero* 3. *in novis.*

Testamentum si ignorante testatore fuit factum, & lectum testatori qui eum approbavit in articulo mortis, non valet. Vide Paul. *in l. hac consultissima* §. *at cum humana*, *Cod. qui testam. facere possunt. n.* 1. Mantic. *de conjecturata mente testatoris*, *lib.* 2. *tit.* 6. *num.* 10. Cov. *in cap. cum tibi*, *num* 4. *de testam.* Flor. *var. qq. q.* 1. *n.* 52. Stephan. Gratian. *discept. forens. cap.* 550. *n.* 13. *cum sequentibus*, Cald. *cons.* 24. *n.* 8. *cum sequentibus.*

Testamenti publicationem impedit exceptio illius nullitatis, Flor. *var. q.* 1. *n.* 57.

Testamentum imperfectum ratione voluntatis, non valet etiam in favorem liberorum Surd. *dec*, 292 *n.* 15.

Testamentum primum habens clausulam derogatoriam, censetur revocatum per secundum factum post decem annos, Bald. *in l. sancimus*, *n* 6 *Cod. de testam.* Bart. *in l. si jure*, *n* 3 *ff. de legat.* 3. & est opinio recepta, ut per Cov. *in rub. de testam. p.* 2 *n.* 20. *vers. nono*, Tiraquel. *de præscript. gloss.* 4. *in fine*, Clar. *§. testamentum*, *q.* 91. *n.* 3. & *q.* 99. *n.* 9. Mascard. *de probat. conclus.* 1122. *n.* 4. & *conclus.* 1136. *num* 20. Menoch. *de præsump. lib.* 4. *præsumpt.* 166. *n.* 44. & vide Barbos. *in vois decisivis canonic. lib.* 1. *voto* 11. Ubi etiam qualiter testator dicatur furiosus & demens, ut exinde nullitas testamenti proveniat. De testamento nuncupativo vide Reynoso *observat.* 59. Et testator aliquando furiosus, an præsumatur in eodem furore perseverare tempore quo condidit testamentum? Vide Reynoso *observat.* 52.

Testamenti quæstio dirimi non potest, nisi viso testamento, *l. de his*, *ff. de transact.* Alexand. *consult.* 114. *n.* 5. *lib.* 7. Burg. *cons.* 14. *n.* 40. Valasc. *consult.* 39. *n.* 13. quod non solum procedit in transactione, sed etiam in compromisso, Avend. *tit de las excepciones*, *num.* 37. Menoch. *consult.* 323. *num.* 57. Azeved. *ad l.* 4. *tit.* 21. *num.* 156. *lib.* 4. *recopilat.* quamvis contrarium tradat Burg *ubi proximè.*

Testamentum præsumitur validum, *l. sive pars judicantium*, *in princ. ff. de inoffic. testam.* cum aliis de quibus Burg. *cons.* 7. *num.* 17.

Testamenti conditi tempus potest duobus testibus probari, Phœb. *arresto* 56 *num.* 12. *vers.* 2 Cald. *consult.* 10 *num.* 46.

Testamentum sustinetur quoad legata & officium executoris, argum. *in cap. si super gratia*, *de offic. delegati*, *lib. sexto*, Guter *pract. lib.* 2. *q.*, 30 *n.* 2. Executor testamenti si in alios usus erogaverit, vel expenderit pecuniam, quæ in aliquod opus publi

blicum fuerit destinata, tenebitur pœna legis Juæ peculatus, quæ est deportationis, ex text. *in l. 4. sed & qui, ff. ad leg. Jul. peculatus*, Mendez à Castro *in praxi Lusit. lib. 1. cap. 2. n. 12.* Et salarium habere debet arbitrio judicis, ac decimam fructuum instar tutorum & curatorum, de quibus Ordinat. *lib. 1. tit. 87. §. 53.* Themudo *dec. 259. numero 4. p. 3.*

Testamenti ex una parte declaratio, & voluntas ejusdem testatoris quoad aliam deducitur, *l. qui filiabus, in princ.* & ibi Bart. & Doct. *ff. de legat. 1.* Menoch. *cons. 339. num. 2. & cons. 397. num. 6.* Valasc. *cons. 82. num. 11.* Et ex delictis extra testamentum declaratur voluntas testatoris, Menoch. *cons. 198. n. 18.* Et statur dicto notarii, cùm agitur de declaranda mente conjecturata testatoris, idem *cons. 37. n. 154 & cons 195. num. 17.* Alciat. *de præsumpt. reg. 3. præsumpt. 13. num. 5.* Guter. *cons. 4. num. 4* Stephan. Gratian. *disceptat. forens. cap. 446. num. 7. & cap. 539. num. 16.* Ubi quod una pars scripturæ debet declarari per aliam, & per superiora restringuntur sequentia.

Testamentum ubi non ostenditur, præsumitur quis ab intestato decessisse, Mascard. *de probat. concl. 937.* Cov. *lib. 2. var. c. 6. n. 5.*

Testamenti productio arguit testatorem esse mortuum, Chassan. *in consuetud. Burgundiæ, rub. 7. §. 1.* verbo *le mort, num. 1.* Menoch. *cons. 345. n. 61. & de interdict. remed. 4 adipisc. possess. q. 61. cum seqq.* Azeved. *ad l. 3. num. 7. tit. 13. lib. 4. novæ recopilat.*

Testamentum & Codicilli dicuntur una & eadem dispositio, Stephan. Gratian. *disceptat. forens. cap. 571. num. 26.* ubi *num. 29.* quod in non reformatis in codicillis durat eadem voluntas, & *n. 45* quod codicilli dicuntur pars testamenti, & de codicillo vide Reynoso *observat. 48.*

Testamentum an sit totum edendum, an sufficiat pars? Vide Avil. *ad cap. Prætor. in proœm.* glos. *en los casos, fol. 20. verso, n. 12.*

Testamentum in quo testator adhibuit solemnitatem sufficientem testamento nuncupativo, an sustineatur quando concedere voluit testamentum in scriptis, & defecit solemnitas? Vide Menoch. *de præsumpt. lib. 4. præsumpt. 2. num. 14. cum sequentibus, juncto num 23. & cons. 313. num. 35. 36. & 37.* Guter. *lib. 3. pract. q. 45.* ubi distinguit per casus & conclusiones.

Testamento in eodem possunt duo institui, maritus & uxor, Menoch. *cons. 92. n. 48.* Gam. *dec. 231 num. 1. & dec. 246. num. 2.*

Testamentum diu occultatum præsumitur falsum, Menoch. *de præsumpt. lib. 2. præsumpt. 91. numero 5.*

Testamento nullo valent legata, & nominationes ad emphyteusim, Gam. *de Sacram præstandis, qnæst. 6. num. 21. & decis. 173.* Valasc. *consult. 161 num 4. & 6.* Cald. *de nominat. quæst. 10. num. 29. & de potestate eligendi, cap 8. à num. 1. & c. 16. num. 44.* alter Valasc. *tom. 1. allegat. 61. num 8. cum sequentibus, & num. 13. cum sequentibus* Molin. *de justit.* ubi quod debet fieri probatio de moribus, scientia, & *lib. 3. q. 22. num. 6*

Testamentum habet suum effectum à tempore mortis testatoris, *l. 4. ff. de adimend. legat. cap. cùm Martha, de celebrat. Missarum*, Menoch. *consil. 329 num. 5.* Surd. *cons. 398. n. 19.*

Testamentum factum de nocte valet non accensis luminaribus, Joseph. Ludovis. *decis. Perus. 116.* quod autem valeat accensis luminaribus, tradit Stephan. Gratian. *disceptat. forens. c. 199. n. 16. cum sequentibus.*

Testamenti bonorum Ecclesiasticorum Clericorum plura vide *in Constit. Brachar. 1. tit. 21.* Et quid in beneficiis Curatis? Vide Barbosam *in collect. ad finem lib. 2. Decretalium, pag. 694. cum seq.*

Testandi actus est individuus, Gom. *l. 3. Tauri, num. 19.*

Testator censetur se conformare cum legis dispositione, *l. si servi vestri, Cod. de noxalibus action.* Bart. *in l. hæredes mei, §. cum ita, ff. ad Trebel. & in l. si duo, ff. de acquir. hæredit.* Socin. *cons 104 n. 1. vol. 3.* Dec *cons. 316. num. 20.* Mascard. *de probat. concl. 1415. à num. 2.* Guter. *pract. lib. 3. q. 101. o. 3.* Gam. *dec. 193 num. 6.* Reynos. *observat. 30 n. 73.*

Testator videtur minus quàm possit gravare hæredem, Menocu. *cons. 56, num. 20. cum cum seqq. & cons. 140. num. 3. & cons. 141. num. 9. & cons. 329. num. 9. cum seqq. & cons. 349. num. 2. 6. & 7. & cons. 374. num. 46.* Molin. *de primogen. lib. 1. cap. 4. num. 8.* Guter. *cons. 18. num. 32. & de tutel. p. 3. c. 5. num. 17.* Stephan. Gratian. *disceptat. forens. cap. 70. num. 2.* Phœb. *p. 1. decis. 100 n. 16. & 17.* Ubi *n. 13. ex constitut. Archiepiscopat. Ulyssiponensis. 4. tit. 14.* asserit quad quando testator extra suam Parochiam sepultus est, dimidia pars Missarum dicatur in Ecclesia, aut Monasterio ubi est sepultura, alia verò dicatur in ejus Parochia, & *à num. 14.* quod si Sacerdos fuerit designatus à testore ad celebrandas Missas cum certo stipendio, non debet ei dari candela, vinum, & alia necessaria ad celebrationem, sed suis expensis celebrare debet? quod declarat *num. 18.* nisi legatario nihil aut parum restaret de legato, factis his & similibus expensis, quia licet regulariter transeat onus in legatarium, hoc tamen est, nisi illud onus sit ingens, quod legatum in totum, vel quasi totum extenuet? ex text. *in l. qui concubinam, 9. qui hortos*, & ibi glos. magistra, *ff. de legat. 3.* cum Doctor. quos ibidem adducit.

Testator si de tertia, quæ sicut legitima, non est quota hæreditas, sed quota bonorum, disponat per verbum, *relinquo*, non potest hujusmodi verbum institutionem inducere, neque is cui tertia relicta fuerit, reputabitur hæres, Reynoso *observat. 20.*

Testator potest imponere rebus suis quam legem velit, *l. 1. & 2. Cod. de donat. quæ sub modo, e. verum de condit. appositis.*

Testator magis videtur dilexisse filios masculos, quàm fœminas, Menoch. *cons. 318. n. 2.*

Testatoris casus omissus habetur pro omisso, *l. commodissimè, ff. de liber. & posthum.* Menoch. *cons. 526. n. 7.* Tiraq. *de jure primog. quæst. 40. numero 194.*

Testator jure potest liberare suum hæredem à confectione inventarii in præjudicium fideicommissarii, Menoch *consult. 177. n. 31.*

Testator dictavit testamentum, & Sacerdos vocatus ut notarius scripsit cúmque testator signare vellet non potuit, quia porrecto ad signandum brachio, priusquam testamentum totum coram sex testibus, qui tantùm aderant, Sacerdos perlegisset, mortuus fuit testator; hujusmodi testamentum nec ut nuncupativum debet valere, nec ut codicillus, cùm imperfecta fuerit voluntas testatoris, Cabed. *decis. 69. p. 1.*

Testamentarii testes debent testificari de uno & eodem contextu, *l. hæredes palam, §. fin. de testam. l. si unus, §. hac consultissima, Cod. eod. tit.* resolvunt Anton. Gom. *l. 3. Tauri, n. 49.* Farin. *de delict. part. 1 lib. 3. tit. 7. q. 6. n. 13.* Gam. *decis. 46. num. 1.* Spin. *de testam. gloss. 31. princ. num. 23.* Alia de testamentis vide per Molin. *de justitia, tract. 2. disputat. 124 cum seqq.*

Verbo

Verbo TESTIS, TESTIMONIUM.

TESTIS qui refert se ad alium, qui hoc non dicit, est suspectus, *leg. qui testamento 2. ff de condit. & demonstrat.* Mascard *de probat. concluſ.* 368. *num.* 1. Aym. *conſ.* 13. *num.* 3. Azeved. *l.* 2 *num.* 46. *tit.* 8. *lib.* 4. *novæ recopilat.* Farin. *de delict. p.* 2. *lib.* 3. *tit* 7. *q.* 63 *n.* 274 *cum ſequentibus*, Stephan. Gratian. *diſceptat. forenſ.* 721. *num.* 34. Phœb. *arreſto* 105. *p.* 2. Ubi refert fuiſſe quendam condemnatum pœna fuſtigationis & exilii pro teſtimonio lato conferendo ſe ad alios qui interrogati contrarium dixerunt, & vide Mendez *in pract ſaculari*, *lib.* 3. *c.* 15. *num.* 8.

Teſtis qui deponit de venditione, ſed non de certo pretio, non probat. Maſcard. *de probat. concl.* 1401. Bernard. Græv. *in pract. Cam. Imper. lib.* 2. *concl.* 13. *conſiderat.* 1. Et locatio non probatur per teſtes deponentes de incerta quantitate penſionis, ex Maſcard. *concl.* 902.

Teſtis per verbum *credo*, vel *judicio meo*, non probat, niſi reddat rationem dicti ſui, Maſcard. *de probat. concluſ.* 1369. *num.* 45. & quod faciat fidem, ſi teſtificetur per verbum, *credo*, tradit Stephan. Gratian. *diſceptat. forenſ. cap.* 151. *num* 30 Ubi idem aſſerit de peritis in arte, & ad defenſam, de quibus etiam idem probat Farin. *de delict. p.* 1. *q.* 127. *n.* 109. Et teſtis dictum dicens, *ſcio*, poteſt intelligi de fama, vel auditu. Anton. Gabr. *lib.* 7. *dec. criminal. concluſ.* 8. *n.* 57. *pag.* 1614.

Teſtes aſſignantes rationem præferuntur aliis non aſſignantibus, Rebuf. *de reprobat. teſtium*, *numero* 120.

Teſtibus de metu deponentibus magis creditur, quàm teſtibus de metu deponentibus magis creditur quam teſtibus deponentibus de mera voluntate, Boër. *dec.* 100 *n.* 3. Burg. *conſ.* 7. *n.* 12.

Teſtibns deponentibus conformia naturæ, vel juri communi, magis creditur, Stephan. Gratian. *diſceptat forenſ. cap.* 678 *n* 5.

Teſtibus de bonitate teſtificantibus major fides adhibetur, Maſcard. *de probat concl.* 234. *n.* 2. & 3. & *concl.* 1219. *n.* 9.

Teſtes teſtificantes de fama, etiam in cauſa hæreſis debent eſſe omni exceptione majores, Farin. *de delict. p.* 4. *conſ.* 40. *n.* 36.

Teſtes teſtificantes de bona fama alicu jus, præferuntur teſtibus de mala, Grammatic *dec. ſ.* 60. *n.* 12. Hyppolit. *conſ.* 15. *num* 10. & *conſ.* 18. *num.* 40. & *conſ* 44. *num.* 19. & 20. & *conſil* 72. *num.* 20 & *in ll. de minore*, §. *plurimùm*, *n.* 91. *ff. de quæſt.* Maſcard. *de probat. concluſ.* 234. *num.* 4. & *concl.* 135. & *concluſ.* 1219. *n.* 10. Clar. *lib.* 5. § *fin. q.* 60. *n.* 23. Stephan. Gratian. *diſceptat. forenſ. cap.* 562. *n* 64 Sayr. *clavis Regia lib.* 1. *cap.* 3. *num.* 1, nam fama bona eſt præferenda malæ, Hyppolit. *dicto n.* 91. Farin. *p.* 1. *lib.* 1. *tit.* 5. *q.* 47.

Teſtes de auditu alieno non probant, Barboſa *in remiſſ. ad Ordinat. lib.* 3. *tit* 5. *lib.* 2. *concl.* 1. *num.* 1. ubi plures citat, quibus adde Sayr. *clavis Regia lib.* 12. *cap.* 21. *n.* 21. Farin. *de delict. p.* 4. *conſ.* 55. *n.* 71. & *conſil.* 33. *num.* 27. Ubi aſſerit quod facit præſumptionem, & transfert onus probandi in adverſarium: & vide Barboſam *ad cap. tam literis* 33. *de teſtibus*, *num.* 12 Ubi ait quod teſtes de auditu probant in cauſa denuntiationis, in qua modica ſcientia fidem facit.

Teſtes de auditu alieno & famæ probant in antiquis, *cap. cùm cauſa*, *de probat.* Afflict. *deciſ.* 83. *num.* 7. & *deciſ.* 277. Valaſc. *de jure emphyt. lib.* 1. *q.* 9. *n.* 25. Barboſa *in dicta* 2. *concl. num.* 5. & ſilitis *in dicto cap. tam literis*, *num.* 6. Ubi etiam quod debent dicere ſe audiviſſe ab antiquioribus & majoribus, ſuis, & quod antiquum dicitur quod eſt centum annorum: & *num.* 10. quod probant conſanguinitatem, & debent eſſe plures, & debent ſpecificare ſingulos conſanguinitatis gradus, excepto ſtirpite: & idem Barboſa *dicto tit.* 35. *in* 4. *concluſ. num.* 4. aſſerit quod teſtes deponentes de conſanguinitate, non interrogati tenentur efficacem cautam, & probabilem rationem dicti ſui reddere.

Teſtes deponentes de publica voce & fama & communi hominum exiſtimatione probant in jure puritatem ſanguinis. Barboſa *de Canonic. cap* 13. *num.* 36 ubi *num.* 41. & 42. quod fama debet eſſe temporis antiqui, ſcilicet centum annorum, cùm fama recens ſit nullius momenti, & potius vana vox vulgi, vel falſus rumor populi; nam vanis vocibus populi credendum non eſt; *l. Decurionum*, *Cod. de pœnis*: & *num.* 43 quod teſtes ad probandam famam impuritatis debent atteſtari ſe audiviſſe à majori parte populi: & *num.* 44 quod non interrogati rationem ſui dicti concludentem reddere debent, *num.* 45. quod facta probatione impuritatis ex parte Capituli, poteſt proviſus contraria probatione probare ſuam puritatem: & *numero* 46. quod quando concurrunt probatio puritatis & impuritatis, ſemper prævalet illa quæ eſt pro puritate, ſicut prævalet bona fama.

Teſtis teſtificatus de veritate & fama cum alio de fama, plenam facit probationem, Grammat. *dec ſ.* 28. *num.* 3 & 4 Maſcard. *de probat. concluſ.* 379. *num.* 9. Joſeph. Ludoviſ. *deciſ. Peruſ.* 9. *num.* 15. Menchac. *uſufrequent. cap.* 30. *num* 14. Surd. *deciſ.* 12. *num* 7. *cum ſequentibus*. Farin. *de delict. p.* 1 *lib.* 1. *tit.* 5. *q.* 47. *num* 76. Et teſtes conjunguntur quando ex dictis illorum fit plena probatio, Molin. *de primogen. libro* 2 *cap.* 6. *n.* 34. & 35.

Teſtibus deponentibus de affirmativa magis creditur, quàm deponentibus de negativa, gloſſ. verbo *conſeruerunt*, *in l. diem proferre*, §. *ſi plure ff. de receptis arbitr.* Socin. *reg.* 508. Pinel. *in l.* 1. *Cod. de reſcind. vendit. p.* 3. *cap.* 4. *numero* 14. Farin. *de delict p.* 2. *lib.* 3. *tit.* 7. *quæſt.* 65. *numero* 200. *cum ſequentibus*, Stephan. Gratian. *diſceptat. forenſ. cap.* 562. *numero* 62. Rebuff *de reprobat. teſtium*, *num.* 121. Ubi quando ſtandum ſit teſtibus teſtificantibus de negativa; Et teſtes deponentes de affirmativa præferuntur deponentibus de negativa, cum ens magis imprimatur in hominum memoria, quàm non ens, Farin. *p.* 4. *conſ.* 55. *numero* 76. niſi deponentes ſuper negativa deponant veroſimilia, Tiraquel. *in l. ſi unquam*, *in præfat. num.* 46. *C. de revocand. donat.* Et debet reddere rationem dicti ſui, Maſcard. *de prob concl.* 1369. *n.* 2.

Testis si solus sciat, non tenetur revelare in causis criminalibus, nisi sequatur grave aliquod præjudicium Reipublicæ, proximi, aut subditi, & mandatum injustum judicis; & si testificetur, potest dicere quod nescit Fr Emman. Roder. *tom.*2. *qq. Regular. q.*13 *art.*7. Cabed. *decis.*79. *p.*1.

Testimonium unius non probat, ut latissimè resolvit Barbos. *in remiss. ad Ordinat. lib.*3. *tit.*55. *in* 1. *concl. num.*1. *cum sequentibus*, ubi ampliat & limitat Et testes duo sufficiunt ad perfectam probationem inducendam in qualibet causa, tam profana, quàm etiam Ecclesiastica, vel spirituali. Farin. *in praxi crimin. tom.*2. *tit.*6. *de opposit. contra personas testium, q.*63. *c.*5. *n.* 232. *cum seqq.* cum pluribus aliis citatis per Auctorem *in eo lect, ad cap. in omni negotio* 4. *n.* 2. *de testibus.*

Testis non tenetur reddere rationem dicti sui, si de eo non fuerit interrogatus Barbos. *dicto tit.*55. *in* 4. *concl. cum.* 1. *cum seq.* ubi multipliciter limitat.

Testes de credulitate non probant. Barbos. *dicto tit.*55. *in* 5. *conclus. numero* 1. *cum sequentibus*, ubi multipliciter limitat, de qua materia etiam agit Auctor *in cap. quoties* 5. *de testibus*, *& in addit. ad col. lect. pag.*12.

Testis potest esse legatarius in testamento in quo legatum est sibi relictum. Farin. *de delict. p.* 2. *lib.* 2. *tit.*6. *q.*60. *num.* 287. *cum sequentibus.* Et executor testamenti non potest esse testis in negotiis per ipsum exequendis, Barbos. *dicto tit.*55. *in septima conclus. n.*39. Et fideicommissarius universalis non potest esse testis pro testamento, in quo jubentur bona eidem restitui, ex citatis per eundem *dicta septima concl. n.*42.

Testis non potest esse tutor pro pupillo, Barbos. *in dicta septima conclus. n.*89. & citatis per eundem adde Rebuf. *de reprobat. testium, n.*560. *cum sequentib.* Farin. *de delict. p.*2. *lib.* 2. *tit.* 6. *q.* 60. *n.* 272. *cum sequentibus.*

Testis esse non potest fidejussor pro debitore ex citatis per Barbos. *in dicta septima concl. num.* 43. quibus adde Mascard. *concl* 1358. *num.*23. Stephan. Grat. *discept. forens. c.*14. *n.*34.

Testis potest esse creditor in causa debitoris sui, ex citatis per Barbos. *in dicta septima concl. numero* 27. Et debitor in causa creditoris non potest esse testis, ut per citatos ab eodem *ubi proximè num* 31.

Testis non potest esse venditor in causa emptoris, ex citatis per Barbos. *in dicta septima concl. n.*92 quibus adde Tiraq. *de retract. lig.* §. 1. *gloss.* 14 *n.* 59 *& in præfat. n* 26.

Testis non potest esse donans pro donatario, ex citatis per Barbos. *in dicta septima conclusione, numero* 35.

Testis esse nequit advocatus in causa in qua est advocatus, propter præsumptam affectionem, & testimonium ferre non potest, ut per citatos à Barbos. *in dicta septima concl num.*3. & per Auctorem *in cap. ex litteris, numero* 2. *de transact.* Et procurator in causa in qua est procurator, testis esse non potest, idem Barbos. *in dicta septima conclus. num.*74. & ibi citatis adde Parisium *consilio* 169. *cum.* 52. *vol.* 2. Auctor *in addit. ad collect. pag.* 45. *col.* 1. Et de procuratore revocato, vide Menoch. *de arbitr. q.*73. *n.* 3. ubi *n.* 29. *& cons.* 92. *n.* 86. quid patribus acquiescentibus

Testium dicta intelliguntur secundùm communem usum loquendi, Rebuf. *de reprobat. testium num.*101. Et an interpretanda sint contra producentem? Vide eundem *ubi proximè, n.*9.

Testis infamiâ facti laborans non repellitur à testimonio in civilibus, Hyppolit. *cons.* 74. *n.* 22. Azeved. *ad l.*2. *tit* 8. *lib.* 4. *nova recopilat. num.* 18. *cum seqq.* Mascard. *de probat. concl.* 1316. *num.* 59. Greg *l.*8. *tit.*16. *part.* 3. verbo *de mala*, Rebuf. *de de reprobat. testium, n.*233. *cum sequentibus*, *& p.* 4. *cons.* 39. *n.*2. *& p.*5. *q.* 141. *num.* 25. Cald. Pereira *in l.*1. *unica, Cod. ex delict. defunct. p.*2. *n.* 44. Et infamis infamia facti in criminalibus à testimonio

repellitur, ex Farin. *dicta q.56.n.* 115. *cum ſequentibus*, & de fallito, quod repellitur à teſtificando in cauſis criminalibus, tradit Maſc. *concluſ.*738. Item infamis infamia juris à teſtimonio repellitur, tam in civilibus, quàm criminalibus Farin. *in praxi crimin. tom.2.tit 6.de oppoſit.contra perſonas teſtium,q.56.art. 1.num.26.cum ſequentibus.*

Teſtis eſſe non poteſt ſocius omnium bonorum in cauſa ſocii, ex citatis per Barboſ, *in dicta ſeptima concluſ.n* 80. Ubi idem reſolvit in ſocio alicujus rei particularis, & in ſocio familiari.

Teſtis non admittitur ſocius criminis, niſi veritas per alios probari non poſſit, idem Barboſ. *ubi proximè,d.num.*80. & ibi per eundem citatis adde Menoch. *de arbitr.caſu* 474. *à numero* 13. Maſcard. *de probat. concluſ.* 1111. *numero* 9. *& concluſ.*1359. *numero* 19. Rebuff. *de probat. teſtium*, *numero* 483. *cum ſequentibus*, Flamin *de reſignat lib.*14.*quæſt.* 10. *à num.*1. Aloyſ.Ricc. *dec. Cur. Archiepiſcopat. Neapolit.p.*2. *dec* 80. *numero* 8. *& dec* 291. Auctor. *in addit.ad collect pag.*46 *col.*2. *in fine.*

Teſtis eſſe non poteſt cedens pro ceſſionario, ex citatis per Barboſ. *in dicta ſeptima concluſ.numero* 17.

Teſtimonium ferre non poteſt judex in cauſa coram eo pendente, ex citatis per Barboſ. *in dict.* 7. *concluſ.n.*52.

Teſtimonio non admittitur inimicus. Farin. *in praxi crimin.tom.*2.*tit.*6.*q.*53 *num.*3. *cum multis ſequentibus*, ubi ampliat, & limitat. Et inimicus. reconciliatus repellitur à teſtimonio, *cap. accuſatores* 3. *q.* 5. Menoch. *de arbitr. lib.*1.*q.*28.*n.*8. *& conſ.*1. *n.* 247. Clar. *lib.*5.§.*fin.q.*24.*num.*6. Fr. Emman. Roderic. *tom.* 2.*quæſtio.Regular. quæſtio.*15. *art.* 3. *verſ.* 10. Ricc. *deciſ. Cur. Archiepiſcopat. Neapolit. part.* 1. *deciſ.* 168. Cened. *ad Decretal. collect.* 129. *numero* 2. Si verò cauſa inimicitiæ jam dudum ſit extincta, & amicitia longo tempore confirmata, & pax ſequuta, repelli non poterit tanquam inimicus, gloſſ. verbo *inimicitias*, *in cap. per tuas* 32. *de ſimonia*, Maſcard. *de probat.concluſ.*899. *num.* 10. *& concl.* 1046.*n.*21. Farin. *de delict. p.* 1. *libro* 1. *titulo.* 5. *quæſt* 49. *n.*109. *cum ſeq.& tom.*2. *tit.*6 *q.*53. *n.*58. *cum ſeqq.* & ad propoſitum vide Ordinat. *lib.*3.*tit* 58.§. 7. & 8.

Teſtes qui dicunt contractum eſſe geſtum præſentibus talibus, & interrogati quibus, dicunt nullis, an ſuſtineantur eorum dicta? Vide Maſcard. *de prob. concl.*1200.*n.*10. Ubi quod probant intelligentes, exceptis talibus.

Teſtis idoneus non eſt pauper, vel omni exceptione major, Barboſ. *in d* 7.*concluſ. num.*72. Ubi plures citat.

Teſtes indignos an poſſit judex ex judicio repellere? Vide Rebuff. *de reprobat teſtium,n.*11.

Teſtibus parentibus fides non adhibetur, Ordinat. *lib.*3.*tit.*58.§. *fin.* Rot. Genuenſ. *deciſ.* 182. Cald. *conſil.*2*n.num.*21.

Teſtes ſuſpecti admittuntur ad probandam innocentiam, Maſcard. *de probat.concluſ.* 26. *numero* 6. *& concluſ.*491. *num.*4. *& concluſ.*1359.*n.*16. Menoch. *de præſumpt. lib.*5.*præſumpt.*3.*numero* 51 *& præſumpt* 48. *numero.* 7. Mendez *in praxi Luſitan.libro* 5. *c.* 1. *num.*80.

Teſtis eſſe non poteſt ſollicitator in eadem cauſa in qua ſollicitavit, ex citatis per Barboſ. *in dict.* 7. *concluſ.num.* 81. quibus adde Rebuff. *de reprobat. teſtium,numero* 499. *cum ſequentibus*, Cald. *conſil.*24. *num.* 23.

Teſtis eſſe non poteſt affinis pro affine, Maſcard. *de probat.concluſ.*68.*& concl.* 1357. *num.* 42. Aloyſ. Ricc. *deciſ. Cur. Archiepiſcopat. Neapolit. p.* 2. *deciſ.*80. *n.* 9. & de affine vide Reb. *de reprobat. teſtium,num.*8. Farin. *de delictis,p.*2.*lib.*2.*tit.* 6. *q.* 56. Et licet affinis in civilibus non repellatur, tamen eſt ſuſpectus, Cald. *in memorab.* verbo *teſtis,pag.*879 Et affinitas non repellit teſtes in cauſa civili, quando eſt tranſverſalis, multum tamen diminuitur de fide, Stephan. Gratian. *diſcept.forenſ.cap.* 277. *n.*8. & 9. Et ſi cum affinitate concurrit paupertas, rejicitur teſtis, Menoch. *de arbitr. caſu* 96. *n.* 8. Et quid in criminalibus? Vide Clar. *lib* 5. *fin.q.*24.*n.*11. Hyppolit. *conſ* 68.*n.*20.*& conſ.*113. *n.* 27. Et conſanguineus non poteſt eſſe teſtis pro conſanguineo, Maſcard *d.conſ.*1357.*n* 43. *& concl.*412. Menoch. *conſ.* 31.*n.*29. Et conſanguinei tranſverſales non impediuntur ferre teſtimonium pro tranſverſali, idem Menoch. *conſ.*199.*num.* 37. Et conſanguinei teſtes non recipiuntur in cauſa criminali, Maſcard. *d.concl.* 412.*n.*6. Et conjunctus pro conjuncto non admittitur in cauſa criminali, idem *conſ* 4. 8. *n.* 12. Et teſtis quo pacto teſtificari debeat de conſanguinitate? Vide Tiraquel. *de retract. lig. gloſſ.* 26. De fratre? vide Rebuff. *de reprobat. teſtium*, *n.* 218. & Farin. *de delict.tom.*2. *tit.*6. *de oppoſit. contra perſonas teſtium,q.* 55.*reg.*2.*n.*84. *cum ſeqq.* ubi aſſerit quod frater pro fratre non eſt idoneus teſtis, nec legitimam facit probationem ibique hanc regulam multipliciter ampliat & limitat.

Teſtis ſine manibus idoneus non eſt, quia jurare non poteſt, Maſcard. *de probat. concluſione*, 1358. *numero* 42

Teſtis inhabilis & minùs idoneus, cum aliis idoneis conjunctus fidem facit, & probat. Hyppolit. *in l.de minore*, §. *Tormenta*, *num.* 11. *ff. de quæſt. & conſil* 68.*n.*25.*& conſ.*84. *n.*28. *& conſ.*11. *n.* 30.*& conſil.*127.*num.*21. Gom. *tom.*3.*variar. cap.* 12. *num.* 21. Menchac. *controverſ.frequent.cap.*334 *numero* 15. Menoch. *de præſumpt.lib.*2. *præſumpt.*61. *numero* 19. Maſcardus *de probat. concluſ.* 897. *numero* 25. *& concluſ.* 1356. *numero* 74. *& concl.* 1359. *num.* 13. Cot. *in memorab.* verbo *legalitas unius*, & verbo *teſtis*, *pag.*880. Surd. *deciſ.*53. *num.* 26. Tiraquell. *de pœnis,cauſa* 51. *numer.* 121. Farin. *de delict. part.* 2.*lib.*2.*tit.*6.*q.*62.*num.*328. Cur. Philip. *p.* 1. §. 17. *num.*15.

Teſtimonium poſt datum optima practica eſt, ut legatur teſti, de qua praxi Bald. *in l.ult. Cod. plus valere quod agitur*, relatus à Rota Rom. per Farin. *deciſ.* 1390. Vide Gregor. Lopez *ad l.* 38.*titul*, 16. *part.*3.*lit.G.*

Verbo TITULUS.

TITULUM ſeu inſtrumentum poteſt judex ex officio cogere, ut pars exhibeat in judicio, aliàs quod poſtea eo non poſſit juvari, juxta text. *in l. non alienum eſt*, *ff. de interrogator. action.* & doctrinam Innocentii *in c. G. Perpetuus*, *de fide inſtr.* de qua Dec. *in cap.* 1. *de probat num.* 66. Jaſ. *in l. is apud quem,num.*9. *Cod. de edendo*, Covarruv. *lib.*1. *variar. caput.*8. *numero* 4. Valaſc. *de jure emphyt. quæſtio.* 8. *numero* 19. *junctis num.*6. Avend. junior. *ad libro.* 41. *Tauri,gloſſ.*4.*n.*91. Azeved. *l* 2. *tit.* 1. *numero.* 2. *cum ſequent.lib.*4. *nova recopilat.* Cened. *ad Decretal, collect.*144.*n.*70.& 71. quamvis Reus non teneatur edere propria inſtrumenta contra ſe Actori, per text. *in l.cogi* 11. *Cod. de petit. hæredit.* & ex citatis per Barboſa. *in collect. ad cap.*1 *in fine de probat.* Et poſſeſſor pacificus tenetur probare, & oſtendere titulum, cùm ſuperior ex officio requirit, Maſcard.

de

de probat. conclusione 1372. *num.* 18. Cov. *in reg. possessor, p.* 2. §. 10. *num.* 9. *col.* 2. Flamin. *de resignat. lib.* 11. *quæst.* 14. *n.* 35. *cum sequentibus*, Ricc. *in collect.* 889. Barbos. *de offic. & potest. Episcopi, p.* 3. *alleg.* 57. *num.* 223. Et de emphyteuta idem resolvit Cened. *dicto collect.* 144. *num.* 70. Steph. Grat. *discept. forens. c.* 188. *n.* 31. *cum sequentibus*, Rebuf *in l.* 1. *ff. de edendo, n.* 4. Et de Vassallo vide Bernard. græv. *in pract. Cam. Imper. lib.* 2. *concluf.* 69. *in considerat.* Et tenetur emphyteuta indicare domino directo confinia, Ricc. *p.* 5. *collect.* 1489. vulgò *monstrar todas as terras de casal, è con quien parien se as quiser ò senhonro ver è atombar ou demarcar.* Et quid de titulo sui prædecessoris? Vide eundem *collect.* 1784. *dicta p.* 5. & titulum rei quam possidet nemo cogitur ostendere, secus est in emphyteuta Barbos. *ad c. constitutus* 47. *n.* 3. & 4 *de elect.* de quo etiam vide eundem *d. c. Ordinarii* 3. *de offic. Ordin. libro sexto.*

Titulum beneficii vel Ordinis non tenetur quis iterum ostendere, nec cogendus est elapsis decem annis, postquam Ordinarius vidit & probavit, Menoch. *illustr. c.* 61. *num.* 5. *& de succes. resolut.* §. 5. *n.* 25. Menoch, *de præsumpt. lib.* 3. *q* 132. *n.* 46. *& de interdict. remed.* 1. *recuper. possess. n.* 272. *& n.* 301. *& remed.* 15. *n.* 461. Hyppol. *cons.* 10. *num.* 28 Call. *de renovat. q.* 15. *n.* 27. *cum sequentibus*, Tiraq. *de præscript. pag.* 95. *vers. sextò*, Azeved. *l.* 2. *n.* 5. *cum sequentibus, titul.* 1. *lib.* 4. *novæ recopilat.* & Mascard. *de probat. concluf.* 1372. Quid si probetur de intrusione, vel vitioso ingressu? Vide eundem *conclus.* 1371. *n.* 125. *cum sequentibus*, ubi quod poterit possidens removeri.

Titulus coloratus in materia beneficiali dicitur, quando fuerit habitus ab eo qui de jure communi, vel speciali habet potestatem conferendi beneficium, quamvis fuerit nullus ex defectu accipientis Panorm, *in c. cùm nostris, de conces. præbendæ, n.* 23. post Calder. ab eo relatum: sequitur Cosm. *in pragmat. titul. de pacific. possessor in princip. in gloss.* verbo *coloratum, colum.* 3. & inde Rebuf. *in tract. de pacific. possessor. n.* 42. *cum sequentibus*, Gom. *in reg. de triennali, q.* 27. qui resolvunt quod pessessio beneficii incolorata est quando non juvatur titulo colorato, sed solùm titulo incolorato, qui talis erit quando habitus fuerit ab eo qui nullam habuerit potestatem conferendi beneficium sic possessum: & Valasc. *consult.* 79. *num.* 5. ait quod ubicunque non est defectus in conferente beneficium, nec inducitur privatio à jure, vel ab homine, talis possessio est colorata, atque omnis ille qui habet collationem ab eo qui prohibetur ipso facto conferre à jure, vel ab homine, dicitur non habere titulum coloratum, quia talis est intrusus, ideo *in dicto c. cùm nostris*, possessio beneficii judicatur colorata, & tanquam talis exprimenda est in literis Apostolicis ad idem beneficium, quia titulus ejusdem possessionis coloratus erat, utpote concurrentibus prædictis qualitatibus necessariis ad titulum coloratum: è contra verò beneficii possessio, de qua *in c. literas, eo tit. de conces. præbendæ* ideo judicatur incolorata, & tanquam talis non est necessario exprimenda in literis ad idem beneficium, quia titulus ejusdem possessionis non erat coloratus. Et titulus coloratus sufficit quod ostendatur, & non exigitur exacta titruli probatio, Menoch. *de interdict. remed.* 15. *recuper. possess. n.* 463. Flor. *var. lib.* 1. *q.* 4 *n.* 41 & vide Valasc *consult.* 79. *num.* 6. Ubi quando quis dicatur intrusus, & *n.* 7. quod reservatio Papæ discolorat titulum, habita ab alio, *& num.* 8. quod decretum irritans discolorat titulum.

Titulum qui dicit habere in articulis. & postea eum non invenit, malam causam fovet, *l. fin. Cod. de fide instrument.* Bald. *cons.* 406. *in fine, lib.* 4. cum aliis citatis per Aym. *consil.* 172. *num.* 6. Menoch. *de præsumpt. lib.* 2. *cap.* 91. *n.* 4 *& lib* 5. *cap.* 3. *n.* 90. *& numero* 105.

Titulum nullum in potestate sua habens præsumitur habere scientiam rei alienæ, juxta resoluta per Surd. *cons.* 4. *numero* 8. *& decis.* 288. *num.* 54. Gabr. Pereira *decis.* 24. *num.* 10. Cald. *resp.* 5. *pro monasterio de Ossera, num.* 3.

Tituli initium ubi apparet, omnia sequentia videntur continuata ratione ejusdem tituli. Petr. Barbosa *ad l.* 2. *numero* 310. *Cod. de præscript.* 30. *vel* 40: *an.* ubi *numero* 311. quod titulus verus ubi apparet, nunquam ex tempore præsumitur variatus: *& numero* 31. quod titulo locationis temporalis ubi constat rem perveniſſe ad colonum, non potest colonus prætendere se præscripsisse jus coloniæ perpetuæ.

Titulus non inducitur ex solo cursu temporis, *l. non quemadmodum, ff. de judic. l. obligationum*, §. *placet, ff. de action. & obligat. l. nulli, C. de rei vendic.* Dec. *cons.* 144. *n.* 3. Balb. *de præscript.* 1 *p.* 3. *principal. q.* 10. *n.* 2. Surd. *de alim. tit.* 8. *privil.* 22. Et titulus præsumitur ex possessione decennali, Garc *de benef. p.* 1. *c.* 4. *n.* 29.

Titulus præsumptus induci non potest ubi constat de initio tituli quod fuit ex locatione & simplici colonia, Clar. §. *emphyteusis, q.* 1 *vers. sed pone*, Ruin. *cons.* 63. *n.* 21. *lib.* 1. Paris. *cons.* 23. *n.* 11. *lib.* 4. Menoch. *de præsumpt. lib.* 3. *præsumpt.* 10. *num.* 10. Gam. *dec.* 245. *numero* 10. *& decis.* 297. *numero* 4. Et vide Gab. Pereira *decis.* 37. Et præsumptio cedit veritati, *l. ille aut ille* §. *cùm in verbi. ff. delegat.* 2. *l. continuus*, §. *cum ita ff. de verbor. obligat* Menoch. *de præsumpt. lib.* 1. *præsumpt.* 31. *numero* 4. Guter. *in l. nemo potest, à numero* 187. *ff. de leg.* 1 Gam. *dec.* 244 *numero* 10. Et quando tempus concurrit cum titulo, non attendimus nisi ad vires tituli, Paul. *cons.* 424 *numero* 2. *lib.* 2. Aym. *de antiquit. temporum*, §. *materia ista, numer* 3. Molin. *de primog. lib.* 2. *c.* 6. *num.* 65. Mex. *in tract. taxæ panis q.* 1. *numero* 137. Et ad præsumendum titulum emphyteusis sæcularis requiritur tempus triginta annorum, in emphyteusi verò Ecclesiastica quadraginta annorum, ut per Gam. *dec.* 127. *& 244. aliàs* 243. *& decis.* 276. *& 297.* Camil. Borel. *in summa decis. tit.* 33. *numero* 371.

Verbo TORTURA.

TORTURÆ indicia quæ sint? Vide Menoch. *de præsumpt. lib.* 1. *quæst.* 89. Aloys. Ricc. *in collect. decis. p.* 3. *collect.* 730. *& p.* 4. *collect.* 1178. Fr. Eman. Roderic. *quæst. Regular. tom.* 2. *quæst.* 19. *art.* 3. Et de minore vide Clar. *lib.* 5. §. *fin. quæst.* 64. *numero* 21. Et de prægnante tide *quæst.* 97. *numero* 5. Valasc. *alleg.* 85. *numero* 4. *& 5* Ubi quod permittitur impunè maritis uxores etiam prægnantes propter crimen adulterii occidere. Et pro quo delicto debet quis subjici torturæ? Vide Ricc. *decis. Cur. Archiepiscopat. Neapolit. p.* 2. *decis.* 22. Et quando testes possint supponi torturæ? Vide eumdem *decis.* 245. *dicta p.* 2. Et an tortura possit dari in pœnam? Videndus est idem Ricc. *in praxi rerum fori Ecclesiast. decis.* 363. Et tortus sine legitimis indiciis non debet condemnari, licèt perseveret in confessione delicti. Mart. *de jurisdict. part.* 4. *cent.* 2. *casu* 139. *numero* 20. Et vacillatio, titubatio, trepidatio, tremor, timor, pallor, & similia signa faciunt contra reum indicium ad torturam. Farin. *de delict. tom.* 1. *tit.* 5. *quæst.* 52. *n.* 40. ubi *n.* 41. considerat declinationem oculorum Rei versus terram, & *num.* 42. agit de eo qui erubuit, & mutavit

colorem, & *n* 43. redit rationem hujus concluſionis, quia erubeſcere, pallere, & inconſtanter loqui ſunt ſigna malæ conſcientiæ, & ſecundum Ovidium: *O quàm difficile eſt crimen non prodere vultu.* Et ex vultu cognoſcitur dolor & alacritas cordis, & ſic culpa, vel innocentia Rei, quorum primum mœſtitiam, alterum verò cordis lætitiam in oculis hominis præ ſe fert, & ut ait Cic. in Piſonem 1. *Vultus eſt ſermo quidam tacitus mentis*, & idem inquit in 2. de Orat. *Senſus animi judicat, imagoque eſt animi vultus, & indices oculi.* Deinde Demoſthenes in Orat. de falſa legat. dixit: *Conſcientia ſcelerum eripit audaciam linguam reprimit, obturat os, angit, ſilentium imponit.* Et ut dicit Senec epiſt. 98 *Proprium quidem eſt nocentium trepidare.* Accedit huc quod Eccleſiaſticus inquit: *Cor hominis immutat faciem illius, ſive in bono, ſive in malo*: tum illud Sapientis in Proverb. *Pavor iis qui operantur malum* & in lib. Sapient. *Cum ſit timida nequitia, teſtimonium dat condemnationis*; ſemper enim præſumit ſæva perturbata conſcientia, & animus impudicus præſumitur ex oculo impudico, *c. nec ſolo. 23. q. 2.* Maſcard. *de probat. concluſ. 99. n. 4.*

Verbo TRANSACTIO.

TRANSACTIO nulla eſt, ſi lis non extet, & partes fingendo litem non faciunt quod ſuſtineatur tranſactio, *l. ſi cum lis, & l. cum enim ff. de tranſact. l. 2. Cod. eod. tit.* Surd. *deciſ.* 131. *n.* 20. *&* *deciſ.* 185. *n.* 9. *cum ſeqq.* Cardoſ. *in praxi jud. & advoc.* verbo *tranſactio, num.* 3. & tranſactio facta ſuper lite affectata non nocet, Surd. *de alim. titul.* 7. *quæſt.* 16. *num.* 101.

Tranſactione non haberur reſpectus ad valorem rei, ſed ad jus quod pars habere poteſt, quod requirit teſtimonium juris peritorum, Tiraquel. *in l. ſi unquam*, verbo *donatione largitus, num.* 199 *Cod. de revocandis donat.* Menchac. *uſufrequent lib.* 3. *c.* 61. *n* 10. Et habetur reſpectus ad dubium litis eventum, Barboſ. *in remiſſ. ad Ordinat. lib.* 4. *tit.* 13. §. 6. *num.* 6. Et veniens contra tranſactionem juratam patitur pœnas, *l. ſi quis major, Cod. de tranſact.* Et vide Aloyſ. Ricc. *in collect. deciſ. part.* 2. *collect.* 347.

Tranſactio facta ſuper bonis majoratus in præjudicium ſucceſſorum non valet, Gregor. *lib.* 10. *itul.* 26. *part.* 4. gloſ. magna *col.* 5. Gom. *l.* 40. *Tauri, num.* 80. Pinel. *in l.* 1. *Cod. de bonis maternis, n.* 3. *n.* 46. *ante finem, & num.* 50. *verſ. octava, limitatio*, quorum opinionem veram eſſe, & in forenſibus controverſiis receptam aſſerit Molin. *de primogen. lib.* 4. *cap.* 9. *n.* 10. Et quando inſtitutio habet prohibitionem de non alienando, filius poteſt venire contra tranſactionem, etiamſi de hæres patris, idem Molin. *dicto lib.* 4. *c.* 1. *n.* 17 & Vide Cald. *de renovat. q.* 16. *n.* 30. *cum ſeq.* Ubi quod alienatio bonorum majoratus eſt nulla, adeo ut neque prétium teneatur venditor reſtituere.

Tranſactione inducitur novatio, Gabr. Pereira *dec.* 20. *num.* 1. ubi etiam *dec.* 17. *n.* 5. quod novatio non inducitur quando accepti ſunt fidejuſſores pro re judicata, quia poteſt agi ex ſententia, & an ex novatione ceſſet effectus executivus ſententiæ? vide Cald. *qq. forenſ. lib.* 2. *c.* 35. ubi agit ex novatione, de qua etiam Seſſ. *Aragon. dec.* 135. *&* 202. *num.* 9. *cum ſequentibus.*

Tranſactio non poteſt fieri ſuper alimentis futuris ſine ſuperioris auctoritate, *l. cum* 11. *ff. de tranſact. l. de alim. C. eod. tit.* Surd. *de alim. tit.* 8. *privil.* 56. *num.* 1. Et probat. Monet *de diſtribut. quotid. p.* 3. *q.* 5 *n.* 19 ubi *n.* 20. quod ſuper penſione Eccleſiaſtica in futurum ſolvenda, vel non, quæ datur pro alimentis, tranſigi non poteſt ſine ſuperioris auctoritate: & *n.* 23. quod ſuper præteritis alimentis tranſigi poteſt, ex text. *in dict. l. de alimentis*, Surd. *dicto privil.* 56. *n.* 94.

Tranſactio & compromiſſum æquiparantur, Auth. *ut differentes judices*, §. 1. *collat.* 9. Auth. *ſi verò contigerit. C. de judic.* Alez *conſ.* 22. *n.* 3. *lib.* 1. Cepol. *conſ.* 25. *n.* 11. *lib.* 2. Alciat. *in l. cum te, num.* 4. *Cod. de tranſact.* Tiraq. *ad leg. connubial. gloſ.* 5. *n.* 205. *quæſt.* 20. Molin. *de primog lib.* 4. *c.* 9. *n.* 1. Tranſactio ac res judicata æquiparantur, *l.* 2 *ff. de jurejur.*

Tranſactio, conventio, & remiſſio de futuro circa quotidianas diſtributiones malè perceptas retinendas, licèt omnino prohibita, ſit, neque tutum reddat earum retentorem tamen probabile eſt, non eſſe prohibitam remiſſionem de præterito, modo nulla præceſſerit conventio, nullaque fraus ſubſit, Monet. *de diſtribut. quotid. p.* 3. *quæſt.* 5. *n.* 8. *cum ſequentibus.* Et ubi dubium aliquod vel controverſia oriatur ſuper diſtributionibus præteritis, hoc eſt quarum percipiendarum dies jam ceſſit, ſive perceptæ fuerint, ſive non, tranſigi poteſt etiam ſine ſuperioris auctoritate: ſuper futuris autem, ſeu ſuper jure illas in futurum percipiendi ſine hac auctoritate non poteſt, idemque procevit quamvis juramentum intercedat, ibidem *num.* 14. *&* 15. *junctis num.* 21. *&* 22. *& n.* 26. limitat in amicabili compoſitione, quæ gratis fiat: & *num.* 17. niſi detur pro ſpirituali aliud ſpirituale, quia tunc licita erit tranſactio, & *num.* 10. intelligit quoad evitandam ſimoniam, nam quoad validitatem requiritur ſuperioris auctoritas.

Verbo TRIBUTA.

TRIBUTA & onera realia quæ præſtantur à re vel occaſione rei, ſolvere tenetur emphyteuta, non dominus. Declara cum Valaſc. *de jure emphyt. quæſt.* 17. & Barboſ. *in cap. tua* 26. *de decimis, n.* 13. ubi refert quod tributum ex certo fundo debitum, cùm ſit onus reale, tranſit in quemlibet poſſeſſorem: & idem in fundo emphyteutico, & quod cenſus poſſeſſor pro præteritis redditibus tenetur non excuſſo principali venditore, & beneficii poſſeſſor pro præteritis penſionibus conveniri poteſt. De antiquitate tributorum vide Fr. Hieronym. Roman. *p.* 1. *de Republica gentilica, lib.* 4. *c.* 32

Verbo TUITIVA.

TUITIVÆ judicium eſt ſolum quoddam præparatorium judicium Ordinarii, & ſine præjudicio ipſius, in cauſa poſſeſſionis, & proprietatis, ut ita pluries obtinuiſſe in facto dixit Ceval. *commun. contra commun. p.* 4. *quæſt.* 897. *n* 946. Cov. *pract. cap.* 17. *à princip.* Menoch. *in pralud. recuper. num.* 28. refert Gabr. Pereira *de manu Regia, p.* 1. *c.* 21. *num.* 15. Juſtificatio ſummaria debet præcedere tam circa poſſeſſionem impetrantis, quàm circa perturbationem adverſarii, citata parte, Valaſc. *tom.* 1. *conſult.* 79. *num.* 14. ubi *num* 12. quod debet juſtificare ſe poſſediſſe tempore impetrationis tuitivæ, & *n.* 13 quod valet contra quemcunque, & vide Gabr. Pereira *dicto c* 21. *n.* 16. Ubi quod licet clauſula, citatis partibus, ſolita poni in tuitivis, non exprimatur, tamen tacitè intelligitur, & videtur expreſſa ex

reg

reg. text, *in l. quod si nolit*, §. *quia assidua, de ædilitio edicto*.

Tuitivæ chartæ conceduntur ratione voluntariæ jurisdictionis, & ex mera gratia Principis, absque responsione judicis & citatione partis, cùm agitur de manutentione, & responsione possessionis, Ordinat. *lib.* 3. *tit.* 85. §. 1. & 2. Et quod pendet à gratia Principis, non coarctatur meta aliqua temporis, *reg. decet gratiam Principis esse permansuram. ff. de reg. juris, & reg. l. sufficit, ff. de cond. ex. indebiti.* Et adde hic quod subreptitia charta non expressa causa, quæ si expressa fuisset, difficiliorem redderet Superiorem ad concedendum, non valet, *cap. postulasti* 27. *de rescriptis, c.* 2. *eod. tit. l. fin. in princip. C. de diversis rescriptis*, Barbos. *d. clausula* 166. *n.* 4. inter tractatus legales, si preces veritate nitantur Et subreptionis vitium in provisione si arguatur tempus, in quo illata fuit supplicatio, attenditur, Cabed. *p.* 1. *dec.* 132. *n.* 4. & vide Gabr. Pereira *dicta p.* 1. *cap.* 8. *n.* 11. Ubi Bobadil. *in Polit. lib.* 2 *c* 18 *n.* 194.

Tuitivas chartas dare ad Regem solùm pertinet, vel ad officiales ab illo ad id deputatos, Ordinat. *dicto tit.* 35. §. 1. *è no Regimento dos Dezembargadores do Paco.* §. 116. Cened. *dec.* 71. *p.* 1.

Tuitiva veris possessoribus conceditur, Valasc. *dicta cons.* 79. quem vide *n.* 15. & 18 Ubi de modo procedendi in tuitiva.

Tuitivam impetrans in causa beneficiali manuteneri non debet, nisi de colore tituli doceat, Cov. *pract. c.* 23. *post n.* 4. de quo vide Cald. *forens. lib.* 1. *q.* 25. *à n.* 29. In tuitiva Princeps occurrit soli violentiæ se opponens, quæstionem justæ, vel injustæ possessionis suo judicio competenti remittens, apud que partes agere possunt, sicque tuitivæ verba insinuant, ibi: *contra elle pretender algun dereito, &c.* Valasc. *dicta consult.* 79. *n.* 15. & 16. Alia de Tuitivis vide pet Gabr. Pereira *dicto c.* 21. *per totum*.

Verbo TUTELA, TUTOR.

TUTOR de suo non tenetur solvere pro pupillo, *l* 1. & ibi Bald *C. ne fiscus vel privatus*, Duenh *reg.* 175. *vers. limita octavo*, Jas. *in l.* 4. *in prin. n.* 10. *ff. de re jud.* Parlador. *ib.* 2. *ver quotid. cap fin.* 4. *p.* § 3. *n.* 1. & 5. *p.* §. 6. *n.* 14. Rebuf. *ad leges Galliæ. tom.* 1. *art.* 2. *glos. unica, n.* 96. *cum sequentibus*. Limita si nomine pupillorum, vel adultorum calumniosas intentet actiones, per text. *in l. non est ignotum, Cod. de administrat. tutor.* Bart. *in l.* 4. *in princip. ff. de re judic.* Duenh. *ubi proximè*, Surd *de alim. tit.* 1. *q.* 48. *n.* 33. Menchac. *controvers. usufrequent. c* 9. *n.* 10. Menoch. *cons.* 145. *n.* 15. Barbos. *in l. eum qui temerè ff. de jud. n.* 17. Cavalc. *tract. de tutore, n.* 50. *cum sequentibus*, Rebuf. *ad leges Galliæ, tom.* 3. *tract. de expensis, art. unico, glos. unica, n.* 56. *p.* 881.

Tutor in rebus spectantibus ad pupillum videtur contrahere nomine pupilli, Sess. *Aragon. dec.* 86. *n.* 4. *tom.* 1.

Tutor tunc solvet de bonis suis quando constiterit de debito & impotentia solvendi, juxta text. *in l. tutor constitutus* 16. *ff. de administr. tutor.* cum citatis à Jas. *in l. periculum, ff. si certum petatur*, Menoch. *de arbit. casu* 204. *n.* 31. Cald. *in l. si curatorem*, verbo *sine curatore, n.* 7 *C. de in integrum restit. min.*

Tutor si extra territorium debitores convenerit, litigabit expensis pupillorum, ut probat text. *in l.* 1. §. *si pupillos, ff. de tutel. & ration. distrahend.* resolvit Surd. *de alim. tit.* 1. *q.* 47. *n.* 5.

Tutor omnes res describere tenetur in inventario aliàs si eas non apposuit, dolo feciisse videtur, Barbos. *l. tutores* 24. *n.* 7. *C. de administrat. tutorum.*

Tutor potest non describere in inventario debita, quorum non extant scripturæ ut resolvit Bart *in l. tutor qui repertorium, in fine vers. secunda conclusio, ff. de administrat. tutor.* Et est receptum, ut per Surd. *dec.* 222. *n.* 8. Valasc. *de part. tit. c* 8. *n.* 12 & de tutore qui non descripsit res pupilli in inventario, vide Menoch. *de præsumpt. lib.* 5 *q.* 3 *n.* 67. Ubi refert quod tutor qui non descripsit bona pupilli in inventario, dicitur non servasse promissa, & præsumitur, in dolo, & *n* 93. quod tutor, vel administrator, qui reliquatum non restituit, in mala fide esse censetur.

Tutori debent computati expensæ necessariæ factæ cum pupillis, aliàs locupletaretur cum jactura aliena, *l. nam hoc natura, ff. de condict. indebiti*, & officium suum nemini debet esse damnosum, *l. sed & si quis, ff. quemadmodum testam. aper.* & pro alieno commodo non debet quis jacturam sentire, *l. si quando, C. de testibus* Surd. *de alim. tit.* 7. *q.* 37. *n.* 55. *Tutelam* qui allegat interveniisse, debet probare. Bart *in l. legitima, ff. de legitimis tutor.* Rot Rom. ex Farin. *decis.* 101. *n.* 2 & *n.* 8. facit & Ordinat. *lib.* 4. *tit.* 102. *in principio*. Et tutela debet probari per scripturam. Mascard. *de probat. concl.* 1393. Surd. *decis.* 23. *num.* 5.

Tutor non potest emere res pupilli, Mascard. *de probat. concl.* 1391. *n.* 12. Menoch. *de arbitr. casu* 459. *n.* 9. Paul. Montan. *de tutel. c.* 30. *n.* 91 Secus est finita tutela. Flor. ad Gam. *decis.* 217. Molin. *de justit. tract.* 2 *disput.* 224. *vers. res minoris.*

Tutor habet 50. dies ad se excusandum, *l quinquaginta, ff. de excusat. tutor.* § *qui excusare, Instit. eod. tit.* Guter *de tutel. p.* 2 *c* 21. *n.* 33. & 34. & plures excusationis causas vide *in l.* 1. & 3. *tit.* 17. *part.* 6. ubi Gregor. & Barbos. *ad legem matres* 2. *n.* 8. *C. quando mulier tutelæ officio fungi potest*, & in Auth. *matri & aviæ, C. eod. tit. n.* 11.

Tutorem debet dare judex domicilii defuncti, *l.* 12. & ibi Gregor *tit.* 16. *part.* 6.

Tutor excusatur habens quinque filios naturales, & legitimos & amissos in bello, Guter. *de tutel. p.* 1. *c.* 21. *fol.* 289

Tutela debet probari ab inventario, glos. *in l. cùm de lege, ff. de probat.* Bart. *in l. Titiæ textores, ff. de legat.* 1. & *in l.* 1. *C. de exactor. tributorum, lib.* 10. cum aliis, de quibus Mascard. *de probat. conclus.* 834. *n.* 35 Menoch. *consil.* 98. *n.* 50. & *cons.* 122. *n.* 10. & *cons.* 199 *num.* 3.

Tutor dandus est clerico minori per judicem Ecclesiasticum, Cabed. *p.* 1. *dec.* 80. *n.* 1 ubi *n.* 2. quod Clerico mente capto, & prodigo curator dandus est per judicem Ecclesiasticum, & *n.* 3. quod curator ad litem clerico minori, qui in judicio sæculari litigat, dari debet per judicem laicum, & *n.* 4. quod emancipatio, quæ fit de filio clerico per patrem, coram judice laico fieri debet. Et tutor clerico à temporali præside datus bona Ecclesiastica administrare non valet Cald. *de nominat. q.* 21. *n.* 50.

Tutor tenetur rebdere rationem, Ordinat. *lib.* 1. *tit.* 61 §. 29 & *tit.* 87. §. 49. *l.* 1. §. *officio, ff. de tutel & ration. distrab. l rationes, l. adversus, C. de admin. tutor.* Menoc. *de arbitr. casu* 209. & tenetur solvere de suis bonis quod amissum est culpa sua, *l. si tutor constitutus* 16. *ff. de administr. tutor. l.* 2. *C. arbitrium tutelæ, l.* 2. *C. si tutor vel curator non gesserit.* Menoc. *ubi proximè n.* 32. Cald. *in l. si curatorem*, verbo *sine curatore n.* 7. *C. de in integrum restitut. min.* & tenetur tradere quod accepit reddita ratione, *l. cùm servus* 81. *ff. de condit. & & demonstr.* Menoch *ubi proximè n.* 21 optimè Joan. Garc. *de tutel. p.* 3. *c.* 1. *n.* 120 *cum sequentibus*, *p.* 391. Paul Mont. *de tutelis, c.* 36. *p.* 185.

LITERA V.

Verbo VALOR.

VALOR rei quomodo probetur ? Vide Menoch. *conſil.* 343. *numero* 14. *cum ſequentibus*, & *conſil.* 358. *numero* 14. *cum ſequentibus*, Stephan. Gratian. *diſceptationum forenſium capite* 510. *& capite* 600. *numero* 20. *cum ſequentibus*, ubi de peritis, & illorum æſtimatione.

Valor annuæ præſtationis debet calculari habito reſpectu ad fructus 20. annorum, Joſeph, Ludiſ. *deciſ. Peruſ.* 65. *num.* 14. Menoch. *conſ.* 343. *n.* 24. *& conſ.* 358. *num.* 20. Surd. *de alim. tit.* 9. *q.* 41. *n* 2. Cald. *forenſ. q.* 10 *n* 10. Grat. *forenſ. c.* 545. *n.* 13. *cum ſequentibus.*

Verbo VASSALLUS.

VASSALLI nomen unde dicatur ? Vide Mart. *de juriſdict. p* 4 *cent.* 2. *caſu* 288.

Vaſſalli tenentur aſſociare dominum ad bellum proficiſcentem ſuis expenſis, & non expenſis domini, ut expreſſe tradit Albert Brun. *inter conſilia feudalia, vol.* 2. *conſ.* 182. *col.* 4. *verſ. & ſuper iſta q.* per text. *in c.* 2. *§. ſimiliter, de capitulis Corradi*, & ibi gloſ. verbo *partem*, & tradit AFFLICT. *in cap. domini guerram, numero* 6. hic finitur lex, *& in capit. præterea, §. ſi Vaſſallus, numero* 41. *quæ ſit prima c tuſa benefic. amit.* ubi aſſerit quod vaſſallus tenetur aſſociare dominum ſuum ad bellum tendentem. Et poteſt eum privare bonis quæ habet ab eo, ita Curt. junior *in tract. feudorum, p.* 5. *partis principalis, numero* 3. per gloſ. *in capite* 1. *§. ult. de pace juramento firmanda*, & docet idem Albert. Brun. *inter conſilia feudalia*, 2. *part. conſilio* 190. *colum.* 1. *colum.* 5. *verſ.* 4. pro ipſo domino adhuc tamen teneri aſſerit per tex. *in cap. licet, ſi de feudo fuerit controverſia inter dominum & agn. titul.* 26. ibi, *ſi tamen ſciat*: & habetur *in cap.* 1. *hic finitur lex, & in cap. forma* 21. *q.* 5. *& in cap. ego enim, de jurejur. & in cap cùm clerici, de verbor. ſignificat.* quod adeo verum eſt, ut procedat etiam contra proprium patrem, filium, vel fratrem, juxta text. expreſſum *in cap. fin. hic finitur lex*, & eſt communis ſententia, teſte Zazio *de feudis, p.* 7. *cap.* 4. *numero* 10. & cum aliis Jul. Clar. *receptar. ſentent. §. feudum, quæſt.* 21. *numero* 3. Et tenetur vaſſallus ad vocationem domini terrarum venire, ut probat Bald. *in l. plures apochis, Codic. de fide inſtrument.* ſequitur Albert. Brun. *ubi ſuprà, conſil.* 17. *conſiderat.* 9. Et ut eleganter tradit Card. Zabarel. *in Clem.* 1. *verſ. denique, numero* 7. *de re judic.* dominus villarum & locorum quantumcunque vilis & ruſticus, habet dominium & ordinariam juriſdictionem in ſuos vaſſallos, ex eo ſolùm quod ejus terras poſſideant, & eum recognoſcant, per text. *in cap. imperialem, §. ult. de prohibita feudi alienat. per Federicum.* Et nobilitas procedit ex qualitate inhærenti, ut in habente Marchionatum, Ducatum, Comitatum, & alia ſimilia. Maſcard. *de probation. concluſ.* 1090. *numero* 5. item procedit ex Dominio & Baronia, Luc. de Penna *in l. mulieres, verſ. quarto ex comitatu, Cod. de Dignitatibus, lib.* 12. Garc. *de nobilit. gloſſ.* 18. *numero* 14. Et feuda nobilitant. Menoch. *conſil.* 126. *numero* 8. Ducatus, Marchionatus, atque Comitatus faciunt præſumi illos qui ea tenent eſſe nobiles. Guter. *pract. lib.* 3. *quæſt.* 14. *numero* 113. Et quid ſi ignobilis emat iſtam Baroniam, ſeu feudum, non ex hoc fit nobilis, idem Garc. *ubi proximè, numero* 28. *cum ſeq.* Avend. *de exequend. mandat. p.* 2. *capit.* 14. *n.* 31. Guter. *dicto lib.* 3 *quæſt.* 16. *num.* 13. *cum ſeq. & quæſt.* 17. *num.* 264. *cum ſeq.* Et vaſſallus plus debet domino quàm proprio parenti, ex Menoch. *de præſumpt. lib.* 5. *q.* 19. *n.* 1.

Verbo VECTIGALIA.

VECTIGALIA juſta defraudans tenetur ad reſtitutionem, Menoch. *uſufrequent. cap.* 10. *num.* 43. Parlador. *lib.* 1. *rer. quotid. cap.* 3. *numero* 28. Menoch. *conſil.* 9. *num.* 13. Sayr. *clavis Regiæ lib.* 3. *cap.* 7. *n.* 3 *lib.* 9. *cap.* 16 *n.* 29. *cum ſequentibus*, Pat. Comitol. *reſponſ. moral. lib.* 4. *quæſt.* 35. Beja *reſponſ. caſuumcon ſcient. p.* 1. *caſu* 13. Farin. *de delict. p.* 6. *quæſt.* 172. *num.* 5. Quid ſi injuſta ſint ? Vide Sayr. *dicto cap.* 7. *numero* 1. *ad finem, & numero* 6. Ubi quod non obligant in conſcientia, non ſequuto ſcandalo. Et quid ſi ceſſet cauſa propter quam impoſita fuerunt ? Vide ibidem, *numero* 12. Ubi declarat quod licitum erit ea fraudare, quamvis ab initio juſtè impoſita fuerint, quod intelligitur dummodo alia nova cauſa priori ſimilis in genere, vel in ſpecie in ordine ad bonum commune non ſupervenerit.

Vectigalia ſunt nervi Reipublicæ, Rebuf *in leg. eum qui, pag.* 107. *ff. de verbor. ſignificat.* & de gabellis vide Mex. *tract. taxæ panis, con. l.* 5. *num.* 42. & vide tradita per Barboſ. *in leg.* 1. *ſoluto matrim. p.* 7. *numero* 6. Ubi ait, quod utilitas fiſci non cenſetur publica principalis, ſed potiùs privata ipſius Principis.

Verbo VENARI, VENATIO.

VENARI qui poſſint, & qui venationem prohibere ? Vide Avend. *in tract. de venat. in calce tractat. de exequendis mandat.* Sayr. *clavis Regiæ lib.* 11. *cap.* 9. Et jus venandi an ſit ſervitus realis, vel perſonalis ? Vide Bernard. Græv. *in pract. Cam. Imper. lib.* 2. *concluſ.* 66. Et eſt juſtum propriis in locis prohiberi venationem, & piſcationem ob propriam utilitatem, Sayr. *ubi proximè, numero* 28. *& num.* 23. *cum ſequentibus*, ubi an poſſit prohiberi

ne

ne quis in loco, vel fundo suo venetur aut piscetur. Et an jus venandi sit præscriptibile ? Vide Græv. *ubi proxime, in coronide*, & venationis laudes vide per eundem *concl.* 67.

Venatio non est omnibus permissa, Græv. *dicto tractatu*, *lib.* 1. *conclus.* 68. & potest prohiberi à Principe ex causa, vide eundem *considerat.* 1. Martam *de jurisdict. p.* 4. *cent.* 1. *casu* 57. *à num.* 10. Et per dominos temporales : præda tamen facta est capientis per venationem, Stephan. Gratian. *discept. forens. cap.* 139. *num.* 12. *cum sequentibus*, Farin. *de delict. p.* 6. *quæst.* 174. *num.* 94. Et de venatoribus vide aliqua per Næv. *ad c. venatoribus* 7. *C. de excusat. munerum*, *lib.* 10. Et statutum Principis prohibens venationes atque piscatione, non comprehendit Ecclesiasticos, Mart. *dicto casu* 67. *à n.* 17. *cum sequentibus*, ubi *num.* 24. & 25. limitat in prohibitione venationis, & piscationis à privatis dominis locorum.

Verbo VENDERE, VENDITIO, VENDITOR, VENDITUM.

VENDITIO dicitur quando partes sic appellant, & unicum est pretium, Surd. *decis.* 326. *num.* 2.

Venditio quando dicatur ad corpus, non ad mensuram, vide Steph. grat. *discept. forens. c.* 566. *n.* 4. & *num.* 8

Venditor tenetur emptori ad consignationem rei, & ad interesse quanti plurimi ob illam debito tempore non factam Bart. & omnes alii *in l. vinum*, *Digestis si certum petat. l. dat io. §. si per venditorem*, ubi Bart. & alii, *Digestis de action. empti*, & qui rem sibi non consignatam dicit, fundatam habet intentionem, *l. fin. Cod. de solut decis.* Genuen. 211. Et an liberetur præstando interesse, si nolit rem tradere ; Vide decis. Genuen. 214. & Perez *tit.* 7. *lib.* 5. *Ordinam. p.* 189.

Venditionem fuisse factam justo pretio, præsumptio juris est, glos. *in l. si fundus*, *ff. de rebus eorum*, & ibi notant Bald. & Cuman. Jacob. *in l. unic. numero* 59. *Cod. ne liceat potent.* Menoch. *consil.* 358. *n.* 23. Mascard. *de probat. conclus.* 1225. *& conclus.* 1400. Burg. *consil.* 4. *num.* 24. Surd *decis.* 248. *num.* 7. Stephan. Gratian. *discept. forens. cap.* 461. *num.* 19. & *cap.* 703. *num.* 12. & ex quantitate pretii colligitur, an sit vendita tota res ? Idem *num.* 11. Ex quo consequitur, testes pro venditione deponentes esse, præferendos, cùm pro illis sit juris præsumptio, Mascard. *conclus.* 1396. *num.* 12. & est doctrina Innocentii recepta *in cap. auditis*, *numero* 4. *de præscript.* Ubi dicit illos testes esse præferendos, qui juri communi consonant, quasi verisimiliora deponentes : & ideò licèt pauciores sint, præferuntur, *l. ob carmen*, *§. fin. Digestis de testibus.* Panorm. *in cap. cùm oporteat*, *in fin. de accusat.* & vide Menoch. *consil.* 1. *numero* 417. *cum seq.* Rebuf. *de reprobat. testium*, *numero* 120. Cald. *consil.* 24. *numero* 24. Valasc. *consult.* 145. *numero* 16 Item si propter repugnantiam testium reddatur. res dubia, pro reo est ferenda sententia, tum propter liberationem, *l. Arianus*, *ff. de action. & obligat.* tum quia vincere debet in dubio, qui pro se habet juris præsumptionem, juxta glos. *l. pen. Codice de peric. tutor.* & in specie Cremens. *in l.* 2. *Codice de rescind. vendit. n.* 212. Boër. *consil. numero* 8. quidquid repugnet Pinel. *in dicta l.* 2. *pag. ult. numero* 43. Et probatio magis plena excludit minùs potentem. Grat. *dicto cap.* 461. *numero* 17. Et ex quantitate colligitur quæ res fuerint venditæ, glos. *in l.* 1. *§. qui superficiem*, *ff. de superficiebus.* Surd. *decis.* 257. *num.* 6.

Vendita vacca an videatur venditus vitulus lactans ; Vide text. *in l. sed addes*, *§. si quis mulierem*, *Digestis locati*, Hyppolit. *in leg.* 1. *§. Divus Adrianus*, *numero* 8. *Digestis de quæst. & in rub. de fide jussor. num.* 189. Bart. *in l. si ut certo*, *§. usque adeo*, *ff commodati*, Rebuf. *ad l.* 26. *ff. de verbor. significat. p.* 155.

Vendere cogitur quis domum ob publicam utilitatem, quam ob paupertatem non potest reficere Tiraquel. *de nobilit. cap.* 37. *num.* 132. & facit Ordinat. *lib.* 4. *titul.* 43. *§.* 8. & cogitur quis domum reædificare, si ejus ruinâ deformetur publicus aspectus civitatis, *l. ædificia*, *Codice de operibus publicis*, Barbosa *in l. divortio*, *§. ult. p.* 1. *num.* 119. *Digestis soluto matrim.* Et si ruina domus noceat transeuntibus potest compelli Clericus per judicem sæcularem ad reficiendam domum, Valasc. *tom.* 1. *allegat.* 50. Et vendere nemo invitus cogitur, Mart. *de jurisdict. p.* 4. *cent.* 2. *casu* 171. ubi per articulos declarat

Vendens modios frumenti, videtur vendere de modiis, ubi contractum est, & non de modiis ubi res sita est, Tiraquel *de retract. lign. §.* 1. *glos.* 18. *num.* 15. Stephan. Gratian. *discept. forens. c.* 11. *num.* 19 *cum sequentibus*.

Venditor regulariter tenetur rem liberam tradere, text *in l. si in emptione*, *§. vacua*, *Digestis de action. empti*. Surd. *decis.* 165. *num.* 2. & *decis.* 253. *numero* 7. & *decis.* 64. *numero* 9. Tiraquel. *de retract. lig. §.* 1. *glos.* 9. *numero* 57. & *§.* 52. *glos unica*, *numero* 6. Et res semper videtur vendita libera, Cald. *de empt. cap.* 22. *numero* 7. Et tenetur exprimere omnes rei qualitates & conditiones, *l. si vina*, *vers. planè*, *Digestis de periculo & commodo rei venditæ*, Surd. *decis.* 253. *numero* 12. & *decis.* 265. *numer.* 7 Et tenetur venditor ad interesse, si non expressit qualitates rei, utpote si sit emphyteutica, Stephan. Gratian. *discept. forens. cap.* 534. *numero*, 21. Et vendens tanquam dominus tenetur ad interesse, si sit usufructuarius, Surd. *decis.* 326. *numero* 48. Gratian. *cap.* 175. *numero* 2. & *numero* 34. *cum seqq.* & vide Gam. *decis.* 248. *numero* 3. Bernard. Græv. *in pract. Cam. Imper. lib.* 2. *concl.* 14.

Venditio nulla non est venditio, Surd. *dec.* 122. *n.* 5. & *dec.* 289. *n.* 5. *cum seqq.*

Venditionem reddit conditionalem pactum reservativum dominii, & interim dicetur locatio, Surd. *dec.* 305. *n* 39. & 40. & faciunt quæ idem *dec.* 326. *n.* 11. & quæ Bernard. Græv. *d. lib.* 2. *concl.* 3. *considerat.* 1.

Venditor non tenetur tradere instrumenta originalia emptori pertinentia ad rem venditam, Bernard Græv. *dicto lib.* 2. *concl.* 17. *considerat.* 1. Cald. Pereira *de empt. c.* 15. *n.* 60. Ubi idem asserit de hærede, quod non teneatur tradere instrumenta legatario. Et instrumenta debent esse penes illum ad quem pertinent, *l. si quis ex argentariis*, *§ pertinere*, *ff. de edendo*, Surd. *dec.* 54. *num.* 16. Et de quitatione generali vide Mascard. *de probat. concl.* 1252. Cald. *de empt. c.* 23. *n.* 4. Ubi quod solutionis nomen ad aliud non refertur, quando materia solùm pecuniæ numerationem signat.

Venditio cum pacto ut venditori res locetur, vel emphyteuticetur cum pacto de retro, non est usuraria, Gam. *decis.* 39. & 82. *in fine*, & *decis.* 113. Cald. *in l. si curatorem*, verbo *sua facilitate. n.* 82. & 83. *Cod. de in integrum restit. min.* Mascard. *de probat. concl.* 442. *n.* 1. Steph. Grat. *discept. forens. cap.* 175. *num.* 10.

Vendita

Vendita re, plus valet quando venditur tota, quàm ſi vendatur per partes, quia prædia unita ſunt majoris valoris, ut reſolvunt Menoch. *conſ.* 358. *n.* 29. Tiraquel. *de retract. lig.* §. 23. *gloſ.* 1. *n.* 17. & ideò debet æſtimari tota res, non ſingulæ ejus partes, *l. Mavius*, §. *ult.* & ibi gloſ. verbo *partes*, *ff. famil. herciſc.* gloſ. *in l.* 1. *C. communi divid.* Bald. *in l. ult.* §. *præterea*, *n.* 6. *in fine*, *Codice de jure dotium*, Roland. *conſil.* 71. *num.* 16. *volum.* 3. Pinel. *in l.* 2. *Codice de reſcind. vendit*, *p.* 3. *cap.* 4. *num.* 36. Surd. *deciſ.* 155. *num.* 3. Garc. *de expenſis*, *cap.* 24. *num.* 6. Et venditio partis multa adducit incommoda, teſte Baldo *in l.* 1. §. *in primo*, *colum.* 3. *verſ. extra quæro*, *Cod. deædific. toll.* per text. *in l. ſi non ſortem*, §. *ſi ſcientium*, *ff. de condict. indebiti*, *l.* 2. *Cod. quando & quibus quarta pars*, *lib.* 10. Valaſc. *conſult.* 53. *num.* 2 Surd. *deciſ.* 188. ubi multa ad propoſitum adducit.

Venditio non reſolvitur, ſi intra terminum pretium non reſolvatur, Barboſa *in l. ſi cum dotem*, §. *ſi n. num.* 36. *ff. ſoluto matrim.*

Vendita re an debeantur emptori penſiones illius anni, & præteritorum? Vide Stephan. Grat. *diſceptation. forenſ. capite* 20. *numero* 44. *cum ſeq.* Ubi aſſerit quod in fructibus civilibus, ut ſunt penſiones domorum, navium, & ſimilium, debeatur penſio pro rata temporis ante venditionem venditori, poſt venditionem emptori: & *à num.* 40. quod integra penſio pertineat ad venditorem, ſi tempore locationis fructus erant collecti, alias ſi non eſſent collecti, ad emptorem: ſi verò pars fructuum eſſet collecta, tunc penſio non ſpectat pro rata fructuum perceptorum ad venditorem, & pro rata fructuum pendentium ad emptorem, prout in ſimilli dicitur de penſione Eccleſiaſtica.

Vendere promittens liberatur ſolvendo intereſſe. Cald. *de emption. capite octavo*, *numero* 6. *ad finem.*

Vendens agrum videtur vendere arbores quæ ſunt intra agrum, Stephan. Gratian. *diſceptat. forenſium capite* 146. *numero primo cum ſequentibus.*

Vendens vel donans rem abſenti, ſtipulante Notario, & tranſlata poſſeſſione per clauſulam, *conſtituti ante ratificationem abſentis*, poteſt alii vendere, & in dominio præfertur preſens, Tiraquel. *de jure conſtituti*, *limitat.* 30. *num.* 51. *cum ſequentibus* Valaſc. *conſultat.* 55. *num.* 2. & 3. Gam. *deciſ.* 383. *num.* 2. Emman Soarez *in addit. ad Anton. Gom.* 2. *c.* 2. *lit. F.*

Verbo VERISIMILE.

Dispositio omnis intelligitur regulariter, rebus sic stantibus, ut declaratur. p. 57. c. 1
Dispositio intelligitur ut conveniat naturæ actus qui celebratur ibid.
Dispositio non habet locum ubi verba non conveniunt dispositioni. ibid
Dispositio regulatur secundùm jus vigens tempore dispositionis. ibid.
Dispositione principali nulla existente, corruunt accessoria. ibidt
Dispositio non debet esse elusoria, sed debet intelligi omni meliori modo quo sustineri potest. ib.
Dispositio aliquid supponens, non verificatur, nisi verificato supposito. ibid.
Dispositio in casu vero, an extendatur ad fictum. ibid.
Dispositio una & eadem non debet diverso jure censeri. ibid.
Dispositio intelligitur ut verba sonant. ibid.
Et de prima & unica vice. ibid.
Ampliatur & restringitur secundùm jus commune. ibid.
Dispositio omnis semper intelligi debet de actu valido. ibid.
Dispositio omnis an debeat intelligi de persona habili. ibid.
Dispositio generalis generaliter intelligenda est. p. 58. c. 1
Nisi restringatur ratione particulari. ibid.
Dispositio generalis non comprehendit casus in specie privilegiatos, vel de quibus disponi non potest. ibid.
Dispositio limitata limitatum producit effectum. ibid.
Dispositio specialis derogat generali. ibid.
Dispositio legis & hominis an æquiparentur. ibid.
Dispositio extenditur ad id quod est consequens. ibid.
Dispositio non operatur ultra intentionem disponentis. ibid.
Dispositio restringitur secundùm suam causam. ib.
Et ad terminos rationis. ibid.
Dispositio hominis intelligitur de præsentibus. ib.
in Dispositione voluntas & potestas requiritur. p. 58. c. 2
in Dispositione generali censetur excepta persona loquentis. ibid.
Dispositionem non mutant quæ secundariò veniunt. ibid.
Dispositio facta per nomina propria non extenditur ad alias personas. ibid.

Dispositum in principali, censetur etiam in dependentibus dispositum. ibid.
Dispositum in uno ex æquiparatis, etiam militat in alio. ibid.

Distributiones.

Distributiones quotidianæ non computantur in valore beneficii. p. 58. c. 2
Sunt quodammodo loco alimentorum. ibid.
Distributiones quibus debeantur. p. 59 c. 1
Distributiones lucratur Lector Theologus. ibid.
Et absens ex privilegio Pontificis. ibid.
Et infirmus, vel incarceratus injustè. ibid.
Vide *Carcer.*
Distributiones quotidianæ non obligantur pro debito. ibid.
Distributiones amittunt excommunicati, suspensi, & interdicti. ibid.

Divisio.

Divisio habet vicem emptionis venditionis. p. 59. col. 2
Et permutationis. ibid.
Divisio fundi non præjudicat hypothecæ creditoris. ibid.
Divisione facta inter condominos, vel cohæredes, an evictio locum habeat. ibid.

Doctor, Doctoratus.

Doctorum laudes, remissivè. p. 59. c. 2
Doctor dicitur in dignitate constitutus. p. 60. c. 1
Doctores habent jus Annuli. ibid.
Doctor esse potest minor 25. annorum. ibid.
Doctores inter Nobiles censentur. ibid.
Doctores quasi radii solis splendent ibid.
Doctorari qui juravit nullibi, quàm Conimbricæ, intelligitur rebus sic stantibus. p. 60. c. 1
Doctor creatus cum rigore examinis, præfertur aliis tantùm bullatis. ibid.
Et cæteris paribus, prior præfertur posteriori. ibid.
Doctor utriusque juris præfertur Doctori in uno tantùm. ibid.
Doctor præfertur militi. ibid.
Doctor in collatione beneficii, vel receptione Ordinis examinandus non est. ibid.
Doctor bullatus seu indoctus non gaudet privilegiis Doctorum. ibid.
Doctorum appellatione veniunt Magistri Artium. ibid.
Et Licentiati, in favorabilibus. ibid.
Doctorum privilegio gaudent Advocati Consistorialis Curiæ & Domus supplicationis. ibid.
Doctor pro debito civili incarcerari non debet. p. 60. col. 2
Doctorum authoritas plurimùm potest. ibid.
Doctoris opinio excusat litigantem à calumnia & condemnatione expensarum ibid.
Doctori multùm prodest invenire decisionem in terminis, nec respondere per regulas generales. ibid.
Doctori aliquid asserenti in consiliis magis est credendum, quàm in lecturis. ibid.
Doctorum opiniones variæ faciunt rem ambiguam ibid.

Dolus.

Dolus est delictum. p. 60. c. 2
Dolus ubi abest, non dicitur delictum pœnâ dignum. ibid.
Dolus non præsumitur donec probetur. ibid.
Præsumitur ex brevitate temporis. ibid.
Et in eo qui facit quod facere non debuit, & viciſſim. p. 61. c. 1
Dolus præteritus, aut futurus quando videatur remissus. ibid.
Dolum dolo repellere licet. ibid. col. 1
Dolo facit qui petit quod restituere debet. ibid.
Dolus præponderat culpæ, quod declaratur: ibid.
Dolo facilius circumvenitur mulier propter sexus fragilitatem, & faciliùs probatur. ibid.
Dolus præsumitur ex interpositione personæ ad aliquid faciendum. ibid.

Domicilium.

Domicilium quid? & quot sint ejus species? an pro libito mutari possit. p. 61. c. 1
Domicilium ex sola decennali habitatione an præsumatur contrahi. ibid.
Domicilium originis est immutabile. ibid.

Dominium, Dominus.

Dominium quo pacto probetur. p. 61. c. 2
Dominium & possessio in rebus corporalibus per traditionem acquiritur. ibid.
Dominium vel possessionem importat genitivus. ibid.
Dominium an possit quæri ex pluribus causis. ib.
Dominos plures habere onerosum est. ibid.
Dominium probans ex emptione, debet etiam probare venditorem fuisse dominum. ibid.
Dominii quæstionem non potest movere qui habet causam à me. ibid.
Domino si rem Princeps auferat, tenetur pretium resarcire. ibid.
Dominii appellatione propriè venit directum, lato modo etiam utile. ibid.
Dominium directum tempore immemoriali acquiritur. p. 62. c. 1
Domini directi interest habere plures vasallos. ibid.
Domini non possunt collectam imponere vasallis. ibid.
Neque confiscationem. ibid
Neque revocare ab exilio. ibid.
Neque habere Senatum, sed tantùm Auditores. ibid.
Neque creare nova Officia. ibid.

Domus.

Domus appellatione quæ veniant. p. 62. c. 1
Domus quæ reficitur mea pecunia, ut mihi tacitè hypothecata sit, quæ requirantur. ibid.
Domus mobilia relinquens quid censeatur legasse ibid. col. 1

Donatio, Donare.

Donatio filio legitimo facta à Clerico in vita, conferri non debet. p. 62. c. 2
Donatio dotis facta per avum nepti, non confertur, nec imputatur ibid.
Donatio pro ingressu monasterii an conferatur. ibid
Donatarius certæ rei non tenetur ad debita defuncti. ibid.
Donator potest apponere conditiones quas voluerit in donatione. ibid.
Donatio præsumitur in viro nobili & divite aliquid concedente. ibid.
Donatio præsumitur inter affines & conjunctos in certis casibus. ibid.
Donatio tertiæ inter vivos non valet. ibid.
Donatio inofficiosa non revocatur in totum. p. 62. c. 2
Donatio venit appellatione contractus. ibid.
Donatio facta præsenti & tacenti valet. ibid.
Donare non præsumitur mulier. ibid.
Donatio an & quomodo fieri possit absenti. ibid
Donare prohibitus non potest in testamento relinquere. p. 63. c. 1

Donatio transit ad quoscunque successores. ibid.
Donatio facta cum pacto, quod post mortem donatarii transeat ad Tertium, an possit revocari. ib.
Donatio regulariter non præsumitur. ibid.
Donatio omnium bonorum est dilapidatio, nec valet regulariter. p. 63. c. 2
Quid si facta sit Ecclesiæ? ibid.
Donatio Ecclesiæ facta à Constantino fuit valida & legitima. ibid.
Donatio facta Ecclesiæ non revocatur ob ingratitudinem Prælati, seu Rectoris. ibid.
Donatio ob servitia non revocatur. ibid.
Donatio ob benemerita præsumitur in dubio facta filio. ibid.
Donatio remuneratoria non videtur facta motu proprio, nec revocari potest. p. 64. c. 1
Donatio & nominatio in testamento facta valet & an possit revocari. ibid.
Donatio ob causam dicitur quæ fit sub conditione ferendi arma donatoris. ibid. col. 1
Donatio ob causam non revocatur ex capite ingratitudinis. ibid.
Donatio simplex facta à patre filio in potestate existenti, non valet. p. 64. c. 1
Donatio facta ab ægroto, si mortis mentio non fiat, præsumitur inter vivos. ibid.
Donatio causâ mortis præsumitur, si mortis mentio fiat. ibid.
Quid si adjiciatur pactum de non revocando in verbis dispositionis. ibid.
Donationes Regiæ in Lusitania exspirant morte concedentis. ibid.

Dos.

Dos est proprium mulieris patrimonium. p. 64 c. 2
Dotis titulus est onerosus. ibid.
Dotis promissioni non potest imponi onus. ibid.
Dotis privilegia, remissivè. ibid.
Dotis causam non comprehendit dispositio generalis. ibid.
Dos dicitur causa pia. ibid. col. 2
Dotis in cauta an sufficiant leviores probationes. ibid.
Dos non debetur nisi sequuto matrimonio. ibid.
Dotis appellatione venit promissa tantùm. ibid.
Dos & donatio propter nuptias pari passu ambulant. ibid.
Et pro solutione Dotis manet Tertia tacitè obligata. ibid.
Dotare tenetur pater filiam etiam emancipatam, etiam nuptam sine ejus consensu. ibid.
Dotare an & quando teneatur pater iterum, priori dote amissa. p. 65. c. 1
Dos an possit revocari propter ingratitudinem. ibid.
Dos annullari potest ex capite doli. ibid.
Dos confessata à marito non habet jus probationis ibid.
Dos æstimata efficitur mariti. ibid.
Doti fructus tenetur pater solvere à tempore dotis promissæ. ibid.
Dotata filia potest venire contra dotem, data enormissima læsione. ibid.
Dotis fructus augent dotem. ibid.
Dotare an possit maritus filiam alterius matrimonii sine consensu uxoris de bonis communibus. ib
Dos à patre data præsumitur congrua. ibid.
Dos congrua quæ dicatur ibid.
Dos major est constituenda propter nobilitatem. ib
Dotem potest uxor repetere, divortio facto. p. 65. col. 2.
Dotis commoda & incommoda. ibid
Prio Dote potest mulier soluto matrimonio retinere propria authoritae bona mariti. ibid.
Dotare quando teneatur avus paternus vel maternus neptem. ibid.
Dotans frater sororem an possit sibi stipulari dotis reversionem. ibid.
Dotare & alere tenetur Clericus sororem inopem ex redditibus beneficii. ibid. c. 2

E

Ecclesia.

Ecclesia est congregatio fidelium. p. 66 c. 1
Ecclesia indiget viris litteratis, ibid.
Ecclesia æquiparatur minori. ibid.
Ecclesia Romana est caput, mater, & magistra omnium Ecclesiarum. ibid.
Ecclesiæ Bracharensis prærogativæ. ibid.
Ecclesia Collegiata quæ dicatur. p. 66. c. 2.
Ecclesiæ Collegiatæ præbendas quis conferat. ibid.
Ecclesiæ Vimaranensis præbendæ quomodo, & à quibus conferantur. ibid.
Ecclesiæ Parochialis Rector dicitur in ea Prælatus p. 67. c. 1
Ecclesiæ Parochialis Rector oblationes omnes percipit. ibid.
Ecclesia Romana in his quæ sunt fidei, errare non potest. ibid.
Ecclesia dicitur mater pauperum. ibid.
Ecclesia læsa ob negligentiam Prælati, an possit petere restitutionem. p. 67. c. 1
Ecclesiæ in utilitatem si mutuum versum sit, obligatur. ibid.
Ecclesiæ unio quanto tempore præscribatur. ibid.
Ecclesiæ Sede vacante cessat præscriptio contra illam. ibid.
Ecclesia semper possidere dicitur. ibid.
Ecclesiæ Operarius an possi esse laicus. ibid.
Ecclesia dives tenetur alere Patronum. pagina 67 col. 2
De sedilibus quæ habentur in Ecclesiis, plura notatu digna traduntur. ibid.
Et quæ actio competat contra turbantes. ibid.
Ecclesiæ portam manu tenens, gaudet immunitate ibid.
Ecclesia in dubio præsumitur libera à jure patronatus. ibid.
Ecclesia an & quando teneatur ad onera realia ibid.
Ecclesia quando censeatur polluta sanguinis vel seminis effusione. ibid.
Ecclesia polluta à quo reconciliari debeat p. 68. c. 1
Ecclesia an debeat habere jurisdictionem. ibid.
Ecclesia habens temporalem jurisdictionem, venit appellatione Domini temporalis, & Judex ab ea constitutus dicitur secularis. ibid.

Ecclesiasticus.

Ecclesiasticus potest esse Consiliarius Regis, & consulere etiam in criminalibus, & facere statuta quæ pœnam mortis irrogant, absque irregularitate. p. 68. c. 1
Ecclesiasticus Judex non potest laicos incarcerare extra casum hæresis vel sortilegii. ibid.
Ecclesiastici non debent cogi solvere exactiones absque urgenti necessitate, & concessione Apostolica. p. 68. c. 2

Ecclesiastici quando possint cogi ad contribuendum pro sumptibus belli. ibid.

Electio, Eligere.

Electione alicui commissa, si is nolit arbitrari, evanescit compromissum. p 98. c.2
Quod declaratur. ibid.
Eligens dignum ad beneficium, omisso digniore, peccet mortaliter & teneatur ad restitutionem. ibid.
Electione canonicè facta, quæsitum est jus electo. ibid. & seq
Electores excommunicati privantur activè & passivè, jure eligendi. p. 69.c. 1
Limitatur ibid.
Electionem Officialis Civitatis non ritè factam potest quilibet de populo impugnare. ibid.
Eligere nemo potest seipsum. ibid.
Limitatur. ibid. c.1
ad Electionem canonicam requiritur major pars respectu totius Capituli. ibid.

Eleemosyna.

de Eleemosynæ obligatione, virtute, & effectu, remissivè. p 69. c.2
Eleemosyna in extrema necessitate est de præcepto. ibid.
Eleemosyna potiùs est danda consanguineis indigentibus, quàm extraneis. ibid
Eleemosynam an uxor facere possit sine consensu mariti. ibid.

Emphyteusis, Emphyteuta.

Emphyteuta & colonus in multis differunt. p.70. col. 1
Emphyteusis requirit scripturam. ibid.
Emphyteusis ex quibus præsumatur concessa, licèt instrumentum non ostendatur. ibid.
Emphyteuta naturaliter possidet. ibid.
in Emphyteusi bonorum Ecclesiæ nihil solvitur pro ingressu. ibid.
Emphyteuta nominatus statim jus acquirit etiam ante possessionem. p.70. c. 2
Emphyteuticus contractus non transfert dominium ante traditionem. ibid.
Emphyteuticus contractus est stricti juris. ibid.
in Emphyteusi quod solitum est attenditur. ibid.
Emphyteusis est contractus. ibid.
Emphyteuta dici potest procurator in rem suam. ibid.
Emphyteusis in dubio præsumitur antiqua. ibid.
Emphyteusis simpliciter accepta intelligitur secundùm ejus naturam. ibid. & seq.
Emphyteuta non potest recedere à tenore contractus. p. 71. c.1
in Emphyteusi tenor primæ investituræ servandus est. ibid. col. 1
Emphyteusis non potest transferri in eum qui non est vocatus ex forma investituræ. ibid.
Emphyteuta non potest mutare rei formam, & deteriorem facere sine domini consensu. ibid.
in Emphyteusi non habet locum jus accrescendi. ibid.
Emphyteusis non est donatio, nec requirit insinuationem. ibid.
Emphyteuta tenetur recognoscere novum dominum, & illi ostendere titulum. ibid.
Emphyteutica concessio revocatur per supervenientiam liberorum. p.71. c. 1
in Emphyteusi locum habet remedium *legis 2 C. de rescind. vend.* ibid.
Quod declaratur. ibid.
Emphyteusis fit ad prædia melioranda. ibid.
Emphyteusi concessa pro tribus personis, sunt tres concessiones. ibid.
Et maritus, & uxor reputantur pro una vita & persona. ibid.
Emphyteusis jus durat in vita primi emphyteutæ, licet transferat rem in alium. p.71. c. 2
Emphyteusis quando transit ad comprehensos in investitura, non requiritur consensus domini directi. ibid.
Emphyteuta non nominante successorem, dominus eligit. ibid.
Emphyteuta non exhibens instrumentum concessionis, expelli potest. ibid.
Emphyteuta Ecclesiæ in dubio præsumitur tertia persona. ibid.
Emphyteuta non potest emphyteusim pignori dare, nisi pro sua vita. ibid.
Emphyteuta Ecclesiæ cum potestate nominandi successorem, an possit fratriam, vel Collegium nominare. ibid.
Emphyteusi concessa in dotem filiæ, an & quando requiratur consensus domini. p.72. c. 1
Emphyteuta qui habet potestatem nominandi in vita vel in morte, an possit variare. ibid.
Emphyteusis non communicatur inter maritum & uxorem. ibid.
Emphyteusi concessa alicui & filio, deficiente filio non potest nominari extraneus. ibid.
Emphyteusis perpetua non potest dividi per æstimationem. ibid.
Emphyteusi accepta pro se & uxore, & uno ex liberis, decedente uxore, ad quem pertineant fructus. p. 72. c. 2
Emphyteusis concessa filiis, non comprehendit filias. ibid.
Emphyteusis potest concedi alicui in remunerationem servitii de aliqua terrula Ecclesiæ cum parva pensione. ibid.
Emphyteusis non potest fieri de manso, seu passalibus Ecclesiæ, sine licentia Papæ. ibid.
in Emphyteusim iterum concedi potest res emphyteuticari solita sine solemnitate. ibid.
Emphyteuticari an possint bona beneficii patronati absque consensu Patroni. ibid.
Emphyteusis non potest vinculari in majoratu. ibid.
in Emphyteusi possessio capta in prædio principali extenditur ad omnia. ibid.
in Emphyteusi non admittuntur conditiones & gravamina. ibid. & seq.
Emphyteusis vacans per mortem solùm conceditur proximioribus. ibid.
Emphyteusis non potest alienari in potentiorem ibid.
in Emphyteusi non potest nominari Ecclesia. ibid.
Emphyteusim Ecclesiasticam, quæ ad fiscum pervenit, potest Ecclesia intra biennium revocare ibid.
Emphyteuta prædiorum fiscalium potest liberè alienare, salvo canone fisco debito. ibid.
Emphyteuta primus an possit alienare, vel renunciare in manibus domini. ibid.
Emphyteusi finita, finitur etiam subemphyteusis. ibid.
Emphyteusis renovatio potest legari. pagina. 73. col. 2
Emphyteusim potest revocare usufructuarius. ibid.
Emphyteusis renovata censetur eadem. ibid.
Emphyteusi extincta, est locus gratificationi inter consanguineos. ibid.
Emphyteuta renuncians in manibus domini, an præjudicet subemphyteutæ. ibid.
Emphyteusim sibi renovari potest petere agnatus

timi

tàmi possessoris intra 30. annos, & ad hoc compellere dominum directum. ibid.
Emphyteuta subemphyteuticans non censetur à se abdicare dominium utile, nec possessionem naturalem. ibid.
Emphyteuta vagabundo existente, dominus directus rem alteri concedere potest. p. 74. c. 1
de Emphyteusi Ecclesiastica lite mota, ad quem judicem eatur. ibid.
Emphyteusi finita an possit dominus directus possessionem capere propria authoritate. ibid.
Emphyteusi finita dominium utile consolidatur cum directo. ibid.
Emphyteutico titulo finito dominium utile consolidatur. ibid.
Emphyteuta præscribit utile dominium contra alium Emphyteutam spatio 10. annorum inter præsentes & 20. inter absentes. ibid.
Plura de præscriptione. ibid. & seq.
Emphyteutico titulo nondum finito, non potest res in Emphyteusim concedi. p. 74. c. 2
Emphyteuta emente emphyteusim à domino directo, fit consolidatio. ibid.
Emphyteusim an possit dominus directus sibi retinere, ut eam alteri det. ibid. col. 1
in Emphyteusi non possint parentes filiis præjudicare. ibid.
Emphyteuticus titulus ex quibus præsumatur. ibid.
In Emphyteusi seculari possunt succedere Legitimati à Principe seculari: in Ecclesiastica verò legitimati à Papa. p. 75. col. 1
Emphyteusi concessa primò spuriis, in ea admittuntur. ibid.
De successione illegitimorum in Emphyteusi seculari vel Ecclesiastica. ibid.
Emphyteusis Ecclesiastica potest transire ad extraneos hæredes. p. 75. c. 2
Non venit in confiscatione bonorum. ibid.
in Emphyteusi pater nominans in testamento unum ex filiis, juste solus habebit Emphyteusim, cæteri agent ad æstimationem. ibid.
Emphyteusim capere potest filius, & repudiare hæreditatem patris. ibid.
Emphyteusis accepta pro se & uxore & filius utriusque, an possit devenire ad filios secundi matrimonii. ibid. & seq.
Emphyteusim de pacto & providentia si pater vendat, non censetur vendere jus filiorum. p. 76 c. 1
Emphyteusi ex pacto & providentia cadente in commissum, præjudicatur successoribus. ibid.
Emphyteusim hæreditariam potest pater uni ex filiis prælegare, nec tunc locus erit incapitationi. ib.
Emphyteusis acceptata pro se & filio, an possit alienari in præjudicium filii. ibid.
Emphyteusis concessa pro descendentibus hæredibus utramque qualitatem requirit. ibid.
Emphyteusis cum onere molendi pro domino directo, an obliget etiam pro illius hæredibus. p. 76. col. 2
Emphyteusis unica sufficit cum spatio 40. annorum, ut bona emphyteuticari solita dicantur. ibid.
Emphyteusis dividi non debet sine consensu Domini: quod declaratur. ibid.
Emphyteuta non potest transigere, vel compromittere super emphyteusi sine consensu domini. ibid.
Emphyteuta alienans emphyteusim, irrequisito domino, an amittat jus suum. p. 77. c. 1
Quid si addita sit clausula, *Si Domino placuerit.* vel *Salvo jure Domini.* ibid.
Quid si tertius solvat pro eo ibid.
Emphyteuta potest donare jus suum sine consensu domini. ibid.
Et constituere usufructuarium. ibid.
Emphyteuta non solvens pensionem, an & quomodo cadat in commissum. ibid.
Emphyteusis justa pensio quæ dicatur. p. 78. c. 1
Emphyteuta an teneatur solvere tributa jam decursa. ibid.
Emphyteuta de facto per vim, potest dominus directus agere interdicto *unde vi.* ibid.
Emphyteuta alienans per clausulam constituti, non incidit in commissum. ibid.
Quod declaratur. ibid.
Emphyteutæ asserenti se solvisse, incumbit onus probandi. p. 78. c. 1
Et sufficit probare solutionem pro tribus annis proximè præteritis. ibid.
Emphyteuta cadit in commissum ob non servata pacta. ibid.
Emphyteuta alienans partem emphyteusis, amittit tantùm illam partem. p. 78. c. 2
Emphyteutæ quomodo conveniri possunt pro solutione pensionis. ibid.
Emphyteuta non solvens pensionem, non incidit in commissum ante sententiam declaratoriam. ib.
Emphyteusi inter plures heredes divisa, si unus non solvat pensionem, an cæteri cadant in commissum. p. 79. c. 1
in Emphyteusi hæreditaria testator potest præjudicare hæredibus. ibid.
Emphyteusis fructus acceptæ pro se & uxore, & uno ex liberis. ibid.

Emptio, Emptor.

Emens scienter rem fideicommissò subjectam, non habet recursum contra venditorem. p. 79. c. 1
Emptum ex pecunia mea, an fit meum. ibid.
Emptio potest fieri in favorem alicujus personæ nominandæ intra annum. ibid.
Emptio in dubio præsumitur facta ex pecunia solventis. ibid.
Emptio per interpositam personam facit dolum præsumi. ibid.
Emptio cum pacto de retrovendendo quas conditiones requirat, ne dicatur usuraria. ibid.
Emptionem non probat tractatus. ibid. c. 1
Emptor an possit agere de evictione contra venditorem antequam res evincatur. ibid.
Emptor primus an & quando præferatur secundo, cui res tradita est ibid. & seq.

Episcopus.

Episcopus vocatur speculator. p. 79. c. 2
de Episcopi dignitate, & officio. ibid.
Episcopus non potest eligi, nisi habeat ætatem 30. annorum. ibid.
Episcopi nominati per Reges non possunt administrare ante confirmationem summi Pontificis. ibid.
Episcopus ingrediens civitatem qudmodo sit recipiendus. ibid.
Episcopus qualiter & quando teneatur Synodum diœcesanam congregare. ibid.
Episcopus Canonista an & quando Theologo præferatur. p. 80. c. 1
Episcopus quasi contrahit cum Ecclesia acceptando prælaturam. ibid.
Episcopus habet fundatam jurisdictionem suam in tota diœcesi. ibid.
Episcopus est ordinarius collator beneficiorum in sua diœcesi. ibid.

Index Generalis

Episcopi abutentes alternativa,eam amittunt.ibid.
Episcopus non potest dispensare contra Concilium generale. ibid.
Episcopus debet esse sine genealogia. p.80 c.1
Episcopus prohibetur conferre beneficia consanguineis usque ad 4. gradum,& affinibus usque ad 3. ibid.
Episcopus potest habere fiscum. ibid.
Episcopus an & quando possit bona Ecclesiæ emphyteuticare. ibid.
Episcopo mortuo, exspirant officia ab eo concessa. ibid.
Episcopus non habet vocem in Capitulo.p 80. c.2
Episcopus an possit suspendere Interdictum a jure vel ab homine positum. ibid.
Et absolvere subditum à censuris. ibid.
Episcopo qui casus sint reservati. ibid.
Episcopi authoritas circa dispensationes matrimoniales,& irregularitates. ibid.
Episcopus an possit dispensare cum illegitimo ut beneficium obtineat. ibid.
Episcopus quid possit in Exemptos extra locum exemptum delinquentes,vel contrahentes.p.80. col. 2
Episcopi illius loci,in quo fit Confessio Sacramentalis,approbatio necessaria est. ibid.
Episcopus recusari non potest in casibus visitationis & correctionis. ibid.
Episcop. potest testari de patrimonialibus.p 81.c.1
Et à judice seculari inventarium conficitur. ibid.
Episcopi ut possint testari de bonis intuitu Ecclesiæ quæsitis,quid requiratur. ibid.

Error.

Errans non amittit rem suam. p.81. c.1
Error in nomine,si de re constet,non vitiat dispositionem, ibid.
Error excludit consensum. ibid.
Error in facto proprio non relevat. ibid.
Limitatur. ibid.
Error in facto alieno excusat. ibid.

Exceptio.

Exceptio debet esse de Regula,cui standum est ubi non datur exceptio. p.81.col.2
Exceptio tertii possessoris impedit executionem. ibid.
Exceptiones calumniosas potest Judex rejicere. ibid.
Exceptio potest opponi, ne quis possessionem capiat. ibid.
Exceptionem videtur judex rejicere procedendo ad ulteriora. ibid.
Exceptio impuritatis sanguinis debet plenè probari. ibid. c. 2
Exceptio incompetentiæ an possit opponi post sententiam. ibid.
de Exceptione opposita contra Regium rescriptum. ibid.
Exceptio subreptionis suspendit executionem rescripti. ibid.
Exceptio non facit causam per se. ibid.
Exceptionem debet reus plenè probare. ibid. & s.
Exceptio solutionis opposita ante sententiam non potest opponi executioni illius. p.82.c.1
Exceptio rei judicatæ ut impediat cursum causæ, quæ requirantur. ibid.
Exceptio excommunicationis post conclusum in causa opponi potest. ibid.col.2
Exceptio nullitatis incontinenti probanda impedit executionem sententiæ. ibid.
Exceptio ne quis conveniatur ultra quam facere possit,quando competat,necne. ibid.
Exceptiones competentes principali, competunt fidejussori. ibid.col.2

Excommunicatio, Excommunicatus.

Excommunicatio probatur per famam. p.82.c.2
Excommunicare possunt qui habent jurisdictionem Ecclesiasticam in foro exteriori. ibid.
Excommunicatus in dubio quis non præsumitur.ib
Excommunicatus non potest assistere in Capitulo. ibid.
Excommunicationis nullitatem allegans probare debet. ibid.
Excommunicatio major supponit peccatum mortale. ibid.
ad Excommunicationis validitatem citatio necessaria est. ibid.
Excommunicato præsente prohibetur quis audire & celebrare Officia divina. ibid. col.2
Excommunicantur assassini. p.83.c.1
Excommunicatio lata à delegato nulla est, nisi detur copiam suæ delegationis. ibid.
Excommunicatus potest quis declarari absque monitione,data contumacia. ibid.
Excommunicationis mala, remissivè. ibid.
Excommunicatus potest iterum excommunicari per aggravationem. ibid.
Excommunicatus vitandus non potest resignare beneficium. p. 83.c.1
Excommunicatio non eximit à solutione pensionis. ibid.
Excommunicatus privatur fructibus beneficii, & distributionibus. ibid.
Quod declaratur. ibid.
Excommunicatus justè quomodo lucretur distributiones quotidianas. ibid.
Excommunicans injustè tenetur ad damnum & interesse. ibid. col. 1
Excommunicatus injustè Clericus divinis se immiscens, fit irregularis. p. 83.c.2
Excommunicationis timor inducit metum gravem. ibid. c. 1
Excommunicatio,sive justa, sive injusta, semper timenda est. ibid.
Excommunicationem injustam contemnens peccat mortaliter. ibid.
Excommunicatio injusta ligat. ibid.
Excommunicatus insordescens per annum, de hæresi suspectus est. ibid.
Excommunicatus per annum & ultra pro causa merè civili,an privetur beneficiis. ibid.
Excommunicatus Judicis officio fungi non potest. ibid.
Excommunicatus ut actor non auditur in judicio, nec per procuratorem. p. 84.c.2
Excommunicatus potest ad sui defensionem omnes exceptiones allegare in judicio. ibid.
Excommunicationis majoris absolutio quo ritu fiat. ibid. col. 1
Excommunicationis minoris aliqua remissivè.ibid
Excommunicatum se non fatetur petens absolutionem ad cautelam. ibid.
Excommunicatus nominatim quomodo possit absolvi virtute Jubilæi. ibid.
Excommunicatio lata contra aliquem donec satisfecerit,sequuta satisfactione etiam requirit absolutionem. ibid. & seq.
Excommunicatus ab homine debet absolvi ab excommunicatore. p. 84. c. 2.
Excommunicatio ab homine per mortem judicis exspirat. ibid.
de Excommunicatione lata cum reincidentia aliqua remissivè. ibid.

Excom

Excommunicatum faciens promoveri ad Ordines Sacros suspensionem incurrit indispensabilem. ibid.
Excommunicatus denuntiatus in una diœcesi, debet vitari in omnibus. ibid. col. 2
Excommunicatus potest petere restitutionem in integrum. ibid.
Excommunicatus non potest agere remediis restitutoriis ibid.
Alia notabilia de his quæ excommunicatus facere potest, vel non. ibid. & seq.
Excommunicatus potest contrahere. p.85.c.1
Et nominare ad emphyteusim. ibid.
cum Excommunicato carcerato potest communicare custos carceris. ibid.
Excommunicatus testificari non potest. ibid.
An possit esse executor testamenti. ibid.
Excommunicatus potest testari. ibid.
Excommunicatus ob levem Clerici percussionem potest absolvi ab Episcopo. 85. c. 2
Excommunicatus potest appellare & prosequi suam appellationem. ibid. col. 2
Excommunicationis sententia non suspenditur per appellationem. ibid.
Excommunicatio post appellationem justam lata est ipso jure nulla ibid.

Executio, Executor.

Executio potest fieri contra Clericos in redditibus beneficiorum. p 86. c. 1
Executionem literarum Apostolicarum impedientes incurrunt censuras Bullæ Cœnæ Dominicæ, ut declaratur. ibid.
Executor literarum Apostolicarum debet esse constitutus in dignitate Ecclesiastica. ibid.
Limitatur, nisi datus sit, tantùm ad compellendum. ibid.
Executor Apostolicus non potest exercere suam jurisdictionem, literis non præsentatis. ibid
Executoris Apostolici potestas quando expirer. ibid. & seq.
Executores gratiarum possunt delegare. p.86.c.2.
Executor gratiæ habens causæ cognitionem potest regulari. ibid.
Executor gratiæ Apostolicæ quando teneatur supersedere, & remittere causam Ordinario in prima instantia. ibid.
Executor Apostolicus quo pacto procedere debeat ibid.
de executoribus Executorialium Rotæ, remissivè. ibid.
Executor redditur mixtus ubi adest intrusus, vel comparet contradictor. ibid.
Executor non potest cognoscere de exceptionibus quæ respiciunt merita causæ principalis. ibid.
Executione facta in re adjudicata victori, an Reus possit petere summam melioramentorum depositam, data cautione. ibid. & seq.
Executor juris dicitur Executor justitiæ. pag. 87. col 1
Executores sententiarum variare possunt, nec eis ponitur litispendentia. ibid.
Executoris potestas pendet ex forma mandati. ib.
Executoris mandato acta valida sunt. ibid.
In Executivis an sit supersedendum mandato Principis. ibid.
Executio fieri non potest in emphyteusi nominationis, nisi vivente domino. ibid.
Executio ubi facta est à jure, non admittitur moræ purgatio. ibid.
Executio non potest fieri per apocham non recognitam. ibid.
Executio sit pro censu, captis pignoribus. ibid
Executio non sit pro tacita reconductione, sed procedendum est via ordinaria. ibid.
Executio non potest fieri sine sententia & citatione partis. ibid.
Executione sententiæ debet citari pars principalis, etiamsi sit absens, & non potest citari procurator. ibid.
Executio differtur ubi Tertius appellat. ibid.
Executionis quis debeat esse Judex à quo, vel ad quem. p.87. c.2.
Executio retardari non potest ex clausula solita apponi, *sine præjudicio executionis &c.* ibid.
Executor an debeat citare intrusum, seu possessorem injustum notoriè. ibid.
in Executione non datur instantia, nec lis, nec judicium. ibid.
Executio potest suspendi super principali quousque sententia super desertione transeat in rem judicatam. p. 87. c. 2
Executionem impedit exceptio nullitatis notoriæ. ibid.
Executionem sententiæ potest impedire Tertius. ib
Executio facta non præcedente legitima liquidatione est nulla. p. 87. c.2
Executio pro delicto mariti non potest fieri in bonis mulieris. ibid.
Executio an fieri possit in peculio profectitio pro delicto filii vel patris. ibid. & seq.
Executor merus nullam habet causæ cognitionem, ideo nec admittit exceptiones. p.88. c. 2.
Executor metus est nudus minister. ibid.
Executores meri debent tenaciter servare fines datæ commissionis. ibid. col. 1.
Executor merus non potest cognoscere de justitia & injustitia causæ. ibid.
Executor merus non potest recusari. ibid.
Executores testamentorum an & quando possint esse Regulares. ibid.
Executores testamentorum agere possunt contra hæredes, ut solvant legata. ibid.
Executor testamenti, si pauper sit potest sibi retinere legatum pauperi relictum. ibid.
Executor testamenti negligens per annum adimplere voluntatem defuncti, an sit privatus ipso jure. ibid.
Et quando annus currere incipiat. ibid.
Executor testamenti, nullo dato hærede, hæredis loco est. ibid.
Executio debet fieri in bonis inventarii. ibid.
Executio trium sententiarum conformium impeditur per injustitiam notoriam. p.88.c.2

Exemptus.

Exemptus si delinquat extra locum exemptum potest coram Ordinario loci conveniri. Quod magis declaratur. p. 88. c. 2
Exemptus citatus non comparens an incurrat pœnam contumaciæ. ibid.
Exemptus non comprehenditur in statuto generali. ibid.
Exemptus æquiparatur non subdito. ibid.
Exempti à jurisdictione ordinaria quomodo conveniri debeant. ibid.
Exemptio Ecclesiasticorum à jurisdictione secularis an impediat executionem in bonis ipsorum. ib.
Exemptus non potest renunciare suo privilegio. ibid.

Expensæ.

Expensis alicujus quando aliquid videatur factum nomine alterius. p.89.c.1
Expensas litis tenetur actor dives præbere reo pauperi. ibid.
Expensæ factæ in lite contra Capitulum ab uno de

Capitulo quomodo deducantur. ibid.
Expensis suis debet facere qui tenetur ad aliquid faciendum. ibid.
Expensas in prædic alicujus factas & quando teneatur dominus solvere. ibid.
Expensas faciens scienter in re aliena, an possit eas repetere. ibid.

F

Factum.

FActum antiquum quomodo probetur. p. 89 col. 2.
Factum dicitur antiquum, si 100. annos excedat. ib.
Facto magis declaratur voluntas quàm verbis. ibid
Facta verbis sunt fortiora. ibid.
in Facto proprio admittitur probatio erroris. ibid.

Falsitas, Falsum.

Falsitas est mutatio veritatis. p. 89. c. 1
Falsitas concludere debet per necesse. ibid.
Falsitas non committitur in instrumento nullo. p. 89. c. 2
Falsitas commissa in scriptura extra acta non facit amitti causam. ibid.
Falsi pœna tenetur is qui se facit procuratorem, cùm non sit. ibid.

Fama

Fama ut plurimùm fallax est. r. 89. c. 2
Fama probatur per Scripturas. ibid.
Fama tam in civilibus, quàm in criminalibus non facit plenam probationem. ibid.
Fa næ probatio requirit duos testes. p. 90. c. 1
Fama sola plenè probat in probatione nobilitatis. ibid. col. 1
Fama circa puritatem sanguinis quomodo probet. ibid.
Fama in antiquis probat. ibid.
Fama probatur, quamvis testes non deponant unde oriatur. ibid.
Fama sola in probatione juris patronatus, juncta longissimâ præsentandi possessione sufficit. ibid.
Famâ probatur, furor, vel dementia. ibid.
Fama quando probet plenè, vel semiplenè. ibid.
Fama bona thesaurus inæstimabilis est. p. 90. c. 2
Famæ suæ detrimentum ab alio datum potest quis remittere. ibid.
Fama bona purgat suspicionem. ibid.
Fama bona est præferenda malæ. ibid.
Famæ bonæ probatio prævalet malæ. ibid.
Fama cum uno teste non probat in criminalibus. ibid.
Fama probat vacationem beneficii. ibid.
de Fama plura remissivè. ibid.

Familia, Familiares, Famuli.

Familiæ factum utpote spolium, videtur factum de consensu Domini. p. 90. c. 2
Familiæ factum nocet Domino. p. 91. c. 1
Familiares qui dicantur. ibid.
Famuli Scholarium quibus datur tempus ad studendum, non possunt de consuetudine petere salarium. ibid.
Famulus infirmus infirmitate durante salarium non consequitur. ibid.
Famuli non exigentes stipendium infra tres annos non habent actionem contra dominos. ibid.
Famulus alicujus quis dicatur ibid.
Famulus quando noceat domino. ibid.
Famuli res inductæ in domum domini sunt tacitè obligatæ domino pro servitio. ibid.
Famulus aufugiens præsumitur res amissas subtraxisse. ibid.

Fideicommissarius, fideicommissum.

Fideicommissum non extare in dubio pronuntiandum: & non præsumitur nisi probetur. p. 91. col. 1.
Fideicommissum ex conjecturis probetur. ibidem col. 2
Fideicommissi materia non dicitur favorabilis, sed odiosa. ibid.
Fideicommissum quibus verbis videatur constitui & probari. ibid. c. 1
Fideicommissario an competat rei vendicatio, & adversùs quos. ibid.

Fidejubere, Fidejussio, Fidejussor.

Fidejussor non potest quis esse sui ipsius. p. 91. col. 2
Fidejussor pro capitali censetur etiam pro interesse ibid.
Fidejusio ex enormi læsione judicatur nulla. ibid.
Fidejusio est stricti juris, & obligatio Fidejussoris stricte interpretatur. ibid.
Fidejussor simpliciter acceptus tenetur ad usuras interesse vel damna. ibid.
Fidejussor condemnatus an possit petere discussionem bonorum rei principalis. ibid.
Fidejussoris indemnitates & prærogativæ, remissivè ibid & seq.
Fidejussor videtur acceptus in omnem causam, p 91. col. 1.
Fidejussor non potest accipere aliquid pro fidejusione. ibid.
Fidejubere denegans an peccet. ibid.
Fidejusionis grave onus. ibid.
Fidejussor qui dixit, *Si Titus non solverit ego, solvam*, ad quid teneatur. ibid.
Fidejussor quam habeat actionem contra confidejussorem, si ipse fidejussorio nomine solverit. ibid.
Fidejussor acceptus in prima instantia non tenetur in secunda. ibid.
Fidejubere idem importat quod solvere. ibid.
Fidejussorem qui tenetur dare, an debeat dare in loco judicii. ibid.
Fidejussorem recipiens minùs idoneum, tenetur reficere parti damna. ibid.
Fidejussor qui se obligavit tanquam principalis, ad quid teneatur. ibid.
Fidejussoris obligatio non potest esse sine principali. p. 92. col. 2
Fidejussor ad tempus, finito tempore manet liberatus. ibid c. 2

Filiatio, Filius.

Filiatio quomodo probetur. p. 92. c.
Filiatio est difficilis probationis ibid.
Filiatio probatur per conjecturas. ibid. col. 2
Filiatio requirit varias præsumptiones, quæ referuntur. p. 93. c. 1
Filius regulariter sequitur conditionem Patris, non autem matris. ibid.
Filius dicitur pars viscerum matris. ibid.
Filius concubinarius præsumitur natus ex concubina domi retenta. ibid.
Filius spiritualis non excludit, quando vocatur quis sub conditione, *si decesserit filius.* p. 94. c. 1
Filius familias ex omnibus causis tanquam pater obligatur. ibid.
Filius potest petere legitimam in vita patris, si fit dissipator. ibid.
Filius susceptus ex uxorato & concubina, non succedit matri ibid.

Filius Clerici in minoribus etiam habentis beneficium Ecclesiasticum, poterit matri succedere. ib.
Filius Clerici in sacris constituti non succedit matri. ibid.
Filiofamilias minori vigintiquinque annorum datur curator. ibid.
Filius familias Clericus regulariter non potest stare in judicio nomine proprio sine patris consensu. ibid.
Filius plus diligitur quàm nepos. ibid.
Filiorum educatio est præceptum naturale usque ad annos discretionis. ibid.
Filius non præsumitur is qui patrem verberibus affecit. p. 94. c. 2
Filius succedens avo non tenetur debita patris solvere, ibid.
Filiusfamilias dicitur civis illius loci cujus pater civis est. ibid.
Filiorum appellatione an & quando veniant soli legitimi, vel admittantur naturales spurii. ibid.
Filiorum appellatione an & quando veniant nepotes. ibid.
Filii naturales qui dicantur. p. 95. c. 1
Filii naturales succedunt matri ab intestato. ibid.
Filii naturales non possunt succedere in majoratu. ibid.
Filius in dubio præsumitur legitimus. ibid.
Filius natus ex stupro, dicitur natus ex coïtu punibili, attenta lege Regni. ibid.
Filii naturales & illegitimi sequuntur originem ac domicilium matris. p. 95. c. 2
Filius potest consentire vinculo bonorum in præjudicium legitimæ. ibid.
Filii confessio de recepta pecunia pro legitima, an ipsi præjudicet. ibid.
Filius familias non potest testari, etiam de consensu patris. ibid.
Filius nubens sine consensu patris, peccat mortaliter. ibid.
Filius licet separetur à patre ob ejus nequitiam, adhuc ei acquirit. ibid.
Filius potest renuntiare in vita patris supplemento legitimæ, & præjudicare creditoribus. ibid.
Filii exhæredatio tollitur conciliatione. ibid.
Filius familias potest esse fidejussor, si sit legitimæ ætatis. ibid.
Filii bona castrensia, & quasi castrensia propter ejus delictum non confiscantur, sed deferuntur patri. ibid.
Filius Sacerdotis est infamis de facto. ibid.
Filii Clericorum illegitimi an possint habere beneficia in Ecclesiis, in quibus eorum patres obtinuerunt ea. p. 96. c. 1
Filius illegitimus non potest esse Monachus in Religione in qua ejus pater est professus; valebit tamen professio. ibid.
Filius fuse prius ex moniali non succedit. ibid.
Filius expositus potest admitti ad beneficia, etiamsi requiratur puritas sanguinis. ibid.
Filio exposito vel educato in aliquo Hospitali, succedit Hospitale si non inveniatur hæres. ibid.

Fiscus.

Fiscus potest appellare à sententia contra se lata. p. 96. c. 1
Fiscus alienata à rei criminis indistinctè revocat à possessoribus, pretio non restituto. ibid.
Fiscus habetur loco hæredis. p. 96. c. 2
Fiscus an teneatur stare locationi factæ à delinquente. ibid. col. 2
Fiscus de bonis confiscatis tenetur dotem dare filiæ condemnati. ibid
Fiscus restituitur adversus contractum solennitèr factum. ibid.

Forma.

Forma an dicatur substantialis, & quando aliquid dicatur de forma. p. 96. c. 2
Forma quando vitiet actum. ibid.
Forma non inducitur ex modo tacito. ibid.
Forma est servanda. ibid. c. 2
Forma potest adimpleri per æquipollentiam. ibid.
Forma alienationis & contractus non potest mutari. ibid.

Fœmina.

Fœmina est finis unius familiæ, & principium alterius. p. 96. c. 2
Fœmina potest esse procuratrix extra judicium. p. 97. c. 1
Fœmina semel exclusa semper est exclusa. ibid.
Fœmina spuria nupta legitimo viro fit legitima. ib
Fœmina in causis criminalibus non potest esse testis. ibid.
Fœminæ possunt esse Canonicæ Regulares & sæculares. ibid.

Frater.

Fratris appellatione fœmina continetur. p. 97. c. 1
Frater tenetur fratrem alere, vel sororem. ibid.
Frater utrinque conjunctus in fratris defuncti successione præfertur fratri uterino. ibid.
Fratres in successione patris succedunt æqualiter, licèt non sint utrinque conjuncti. ibid.
Fratrum filii in patrui hæreditate an succedant in stirpes, vel in capita. ibid.

Fraus.

Fraus & dolus probantur ex conjecturis p 97. c. 1
Fraus probatur ex temporis brevitate. ibid.
Fraudis præsumptionem coadjuvat conjunctio sanguinis. ibid.

Fructus.

Fructus dividuntur in naturales, civiles & industriales. p 97. c. 2
Fructus appellatione continetur palea. ibid.
Fructus spectant ad eum qui habet dominium. ib.
Fructus sunt illius qui est dominus fundi, etiamsi alius posuerit semen. ibid.
Fructibus locatis non veniunt laudemia. ibid.
Fructus spectant ad possessorem bonæ fidei. ibid.
Fructus per triennium usucapiuntur à bonæ fidei possessore. ibid.
Fructus tenetur restituere possessor malæ fidei. ib.
Fructificatio agri non est semper uniformis. ibid.
Fructus intelliguntur deductis expensis. ibid.
Fructus pendentes tempore venditionis augent valorem rei. ibid.
Fructus à solo separati, licèt nondum in horreo conditi, pertinent ad hæredes fructuarii. p 98. c. 1
Fructus percepti, & à solo separati sunt conductoris ibid.
Fructibus à solo separatis, & nondum exactis, succedunt beneficiatorum hæredes. ibid.
Fructus collecti, percepti, & separati à solo ante obitum Prælati, ad hæredes ejus pertinent; pendentes verò, ad Ecclesiam vel successorem in beneficio. ibid.

Frumentum.

Frumentum prohibetur extrahi extra territorium. p. 98. c. 1. & 2.
Frumentum vel vinum qui tenetur solvere, & fuit in mora solvendi, debet solvere majori pretio quo valuit tempore præterito. ibid. c. 2
Frumenti destructi herba æstimatur tanti, quanti potuisset vendi tempore damni dati dubius eventus perceptionis. ibid.

Fuga.

Fuga quo pacto debeat probari. p. 99. c. 1
Fuga an probet delictum. ibid.

Fundus.

Fundi appellatione veniunt omnia quæ sunt in fundo. p. 99. c. 1
Fundo vendito veniunt arbores quæ sunt in fundo. ibid.
Fundus emptus nomine alieno ex pecunia mea, an sit mihi obligatus, & possim fructus perceptos cum pecunia compensare. ibid.

Funus.

Funeris expensæ quæ sint. p. 99. c. 1
Funeris expensæ quæ fieri solent corporis sepeliendi causa, ex quibus bonis deducantur. ibid.
Funeris impensæ an possint taxari à lege & statuto laicorum. p. 99. c. 2
Funeris impensa fieri debet, inspecta dignitate defuncti, & qualitate patrimonii. ibid.
Funeris impensa prædit omne æs alienum, etiam in hypotheca expressa. ibid.

Furiosus, Furor.

Furor quo pacto probetur. p. 99. c. 2
Furor non præsumitur, nisi probetur. ibid.
Furor præsumitur durare, nisi constet de dilucidis intervallis. ibid.
Furoris tempore præsumitur factus contractus vel actus. ibid.
Furore superveniente revocatur mandatum, & furiosus habetur pro mortuo. ibid.
Furiosus & mente captus æquiparantur. p. 100. c. 1
Furiosus æquiparatur ebrio. ibid.
Furiosus habet privilegia collata minoribus. ibid.

Fur, Furtum.

Furtum est contrectatio rei alienæ invito domino. p. 100. c. 1
Furtum an præsumatur commissum ab alio penes quem res furtiva reperitur. ibid.
Furtum probatur conjecturis. p. 100 c. 2
Furtum committit qui labores alterius sibi adscribit. ibid.
Furari quando quis possit propria authoritate rem sibi debitam. ibid.
Fur nocturnus potest occidi impunè. ibid.
Furem non licet interficere pro defensione rerum tantùm. ibid.

G

Gabella.

GAbellæ nomen unde originem traxit p. 100. col. 1
Gabellæ jus est odiosum, & strictam recipit interpretationem. ibid c. 2
Gabella ubi solvi debeat. ibid.
Gabella solvi debet in loco in quo gestum est negotium, non in quem confertur solutio. ibid.
Gabella solvenda est in loco ubi res est sita. ibid.
Gabellæ exactoris libro an sit adhibenda fides. ibid.
Gabella quibus casibus sit solvenda. p. 101. c. 1
Gabella non debetur ex donatione. ibid.
Gabella de armis non est solvenda. ibid.
Gabella nō debetur ubi dominiū nō transfertur. ib
Gabella non debetur ex contractu conditionali, conditione pendente. ibid.
Gabella non debetur ex contractu nullo. p. 101. c. 2
Gabella annullato contractu non debetur; & si fuerit soluta, restituitur solventi. ibid.
Gabella non debetur ex revenditione, quando venditio fuit facta cum pacto de retro. ibid.
Gabella non solvitur pro accessoriis. ibid.
Gabella non debetur pro contractu qui non habuit effectum, vel qui perfectus non fuit. ibid.
Gabella non debetur ex quasi contractu. p. 101. c. 2
Gabella non est bis solvenda. ibid
Gabella non solvitur ubi alienatio est necessaria. ibid.
Gabella non solvitur ex redditibus Ecclesiasticis sequestratis, quæ habent œconomum. ibid.
Gabella non debetur ex re nondum tradita. ibid.
Gabellas percipiendi jus præscribi non potest. ibid.
Gabella non debetur quando pensio transfertur de uno prædio ad aliud. ibid.
Gabellæ onus pertinet ad conductorem. ibid.
Gabella non soluta contractus remanet nullus ib.
Gabella non debetur ex divisione facta inter cohæredes. p. 102. c. 1
Contra non solventes Gabellam proceditur executivè. ibid.
Gabella non debetur si emphyteuta det pecuniam domino directo tempore concessionis pro ingressu. ibid.
Gabella imponitur pro publica utilitate. ibid.
à Gabellæ solutione socius privilegiatus excusat socium. ibid.
Gabellam non fuisse solutam probatur per librum exactoris. ibid.
Gabella solvitur de eo pretio, quod venditor consequitur, deductis expensis. ibid.
Gabella non debetur de his quæ quis portat proprii usus causa. ibid.
Gabella debetur ex venditione, vel alio contractu bonorum immobilium. ibid.
Gabella debetur ex permutatione. p. 102. c. 2
Gabella non debetur ex datione in solutum voluntaria. ibid.
Gabellam non solvunt Ecclesiasticæ personæ. ibid.
Gabellam non solvunt Commendatarii, cum jubent colligi fructus ex suis commendis. ibid.
Gabellam solvit Clericus negotiator. ibid.

Generare, & generatio.

Generare regulariter quis potest post annum. 60. p. 103. c. 1
Generatio propriè intelligitur de descendentibus ex linea masculina, non fœminina. ibid.

Gerundium.

